This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

1376

Soc. 24171 d. 17
5-6



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA

HUNGARIAE HISTORICA.

SCRIPTORES.

V.

Digitized by Google

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYA.

MÁSODIK OSZTÁLY: ÍRÓK.

ÖTÖDIK KÖTET.

PEST, 1859.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI, ÚGY GEIBEL, HARTLEBEN, KILIÁN EGYETEMI, LAMPEL, LAUFFER ÉS STOLP, OSTERLAMM, PFEIFFER, RÁTH PESTI, HAAS BÉCSI, KÖNYVÁRUSOKNÁL.

Digitized by Google

VERANCSICS ANTAL

M. KIR. HELYTARTÓ, ESZTERGOMI ÉRSEK

ÖSSZES MUNKÁI.

KÖZLI

SZALAY LÁSZLÓ

M. AKAD. R. T.

NEGYEDIK KÖTET.

ELSŐ PORTAI KÖVETSÉG

1555 - 1557.

PEST, 1859.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI, ÜGY GEIBEL, HARTLEBEN, KILIÁN EGYETEMI, LAMPEL, LAUFFER ÉS STOLP, OSTERLAMM, PFEIFFER, RÁTH, PESTI HAAS BÉCSI KÖNYVÁRUSOKNÁL.

Digitized by Google

Pest, 1859 Nyomatott Emich Gusztáv könyvnyomdájában.

Digitized by Google

Közlöm a magyar történetvizsgálás barátaival Verancsics munkáinak negyedik kötetét, mely az általa 1553-tól 1557-ig viselt portai követség második részét foglalja magában. Ismétlem, mit a harmadik kötet előszavában mondottam: hogy valamennyi szám, — ide nem értve a toldalékiak közől négyet, vagy magából az eredeti fogalmazatból, vagy ennek letisztázott hivatalos példányából, vagy a szerző, illetőleg a titkár által készített egykorú másolatból íratott le névszerint azon codexekből, melyek a nemzeti muzeum kézirat-gyűjteményében 1660. fol. lat. 1681. fol. lat. és 2380. fol. lat. jegyek alatt fordúlnak elő.

Az elsőből vett, XV. XX. LI. LIII. LX. — LXVI. LXXII. LXXXIV. LXXXV. alatti számok Miller Jakab Ferdinánd által már közzé tétettek, de jelen második kiadásukkor összehasonlíttatván az eredetiekkel, alkalom volt Miller egyes tévedéseit helyre igazítani.

A többi számok, ha kifogjuk a VI-dikot, a XXI-diket, az LIX-diket s a LXXXVI-dikot, a második helytt említett codexből írattak le.

Digitized by Google

Ezek közől többnek kisebb nagyobb töredékei Katona Historia Criticájában az illető éveknél olvashatók, de egészen egy sem; a nagy számú olaszokat pedig épen érintetlenül hagyta az érdemes férfiú, a deákok közől is egykettőt, jelességök daczára, a codexben felejtvén.

Mi illeti a VI-dik számot, azt e munkák második kötetéből, hol, mint magyar szövegű, általam már közzé tétetett, ide is kelle iktatni tartalma és Verancsics signaturája miatt. A XXI. és LIX-dik számok, mint a jegyzet is mondja, hézagpótlékúl, a követtárs, Busbeck Auger irományaiból soroztattak be. A LXXXVI-dik végre a nemzeti muzeum 2380. fol. lat. jegy alatti kéziratának első kötetéből íratott le, közzétéve már Kovachich által ‚Scriptores Minores Rerum Hungaricarum' czímű gyűjteményében, de általunk a leíró s a közzétevő kéz hibáiból kitisztítva.

A toldalék A—F. olasz számai most első ízben látnak világot egykorú másolatból, mely szintén az imént említett muzeumi codex részét teszi. Verancsicsnak hol deákos, hol dalmátiai olasz stylusát az olaszúl vagy nem, vagy csak gyarlón tudó írnok még mindenféle visszásságokkal tarkította el, s nagy fáradságba került azt egy részről olvashatóvá tenni, s más részről sajátságait s az ezekkel járó hibákat is megtar-

Digitized by Google

tani, hogy épen önkényről ne vádoltathassam. Mikor keltek legyen e számok, azt tartalmukból csak közelítőleg határozhatni meg — egynémelyik talán 1554-nek vége felé, mások 1555-ben irattak, úgy látszik, — s épen, mert keletök ideje nem tűzethetett ki kellő szabatossággal, azért vettettek, noha magának Verancsicsnak papirosaiból másoltattak, a toldalékba, melynek többi számai Pray „Epistolae Procerum Hung." czímű gyűjteményéből kölcsönöztettek a jelen kötet tartalmát tevő emlékiratok kiegészítésére. Pest. 1859. octoberben.

Sz. L.

Digitized by Google

Digitized by Google

TARTALOM.

	Lap.
I. A királyi felségnek Verancsics és Zay.	1
II. Gaztelunak Verancsics és Zay.	3
III. Gregoriancz Pálnak Verancsics és Zay.	4
IV. Verancsics és Zay Busbeck-Augiernak.	5
V. Amhád pasának Verancsics, Zay és Busbeck.	6
VI. Az császár ellen való conjuráczionak kinyilatkozása.	7
VII. A királyi felségnek Verancsics és Zay.	10
VIII. A királyi kamara tanácsosainak Verancsics és Zay.	11
IX. Gaztelunak Verancsics és Zay.	13
X. Mihály testvérének Verancsics.	17
XI. a) János testvérének Verancsics.	19
XI. b) Oláh Miklós esztergomi érseknek Verancsics, Zay és Busbeck	20
XI. c) Nádasdy Tamás nádornak Verancsics.	20
Amhád pasának, az első vezérnek, Verancsics és Zay.	22
XII. Gróf Zríni Miklós bánnak Verancsics és Zay.	23
XIII. Verancsics Gregoriancz Pálnak.	25
XIV. Thurzó Ferencz nyitrai püspöknek Verancsics és Zay.	26
XV. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek a király.	27
XVI. Remer Krist. Zsigmondnak Verancsics, Zay és Busbeck.	30
XVII. Gaztelunak Verancsics, Zay és Busbeck.	32
XVIII. Verancsics és Zay Gaztelunak.	33
XIX. Egy török nagyságosnak.	35
XX. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek a király.	36
XXI. Busbeck, társaival, Verancsicscsal és Zayval a szultánhoz utazik, s előadja, mint fogadtattak általa.	41
XXII. Ferdinándnak Szulejmán.	44
XXIII. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.	48
XXIV. Magyarország tanácsának Verancsics és Zay.	49
XXV. Guzman Mártonnak Verancsics Antal.	51
XXVI. Lucretius János Albertnek Verancsics.	54
XXVII. Saland Józsefnek Verancsics	55
XXVIII. Paksi Jánosnak Verancsics.	58
XXIX. Paksi Jánosnak Verancsics.	59
XXX. A királynak Verancsics és Zay.	64

Digitized by Google

Lap.
XXXI. Gaztelu Domonkosnak. 66
XXXII. Zeffo János tisztelendő atyának Verancsics. 69
XXXIII. Gróf Zríni Miklós bánnak Verancsics. 72
XXXIV. A királynak Verancsics és Zay. 74
XXXV. Gergely deáknak és fogolytársainak Verancsics és Zay. 78
XXXVI. Verancsics és Zay Hoggi, Domane és L'altro uraknak. 80
XXXVII. Gaztelunak Verancsics és Zay. 81
XXXVIII. Atyjának, Ferencz úrnak Verancsics. 82
XXXIX. Gaztelunak Verancsics és Zay. 86
XL. Guzman Mártonnak Verancsics. 87
XLI. Gaztelunak Verancsics és Zay. 89
XLII. Királyuknak Verancsics és Zay. 90
XLIII. Gergely deáknak és fogolytársainak Verancsics és Zay. 92
XLIV. Zeffónak Verancsics. 93
XLV. Gaztelunak Verancsics és Zay. 96
XLVI. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 97
XLVII. Maximilián cseh királynak Verancsics és Zay. 103
XLVIII. Singkhmosernek Verancsics és Zay. 105
XLIX. Gaztelunak Verancsics és Zay. 115
L. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 120
LI. Verancsicsnak és Zaynak Ferdinánd király. 126
LII. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 127
LIII. Verancsics, Zaynak és Busbecknek a királytól utasitás. 130
LIV. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 147
LV. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 154
LVI. Ferdinándnak Verancsics és Zay. 157
LVII. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 165
LVIII. Mihály testvérének Verancsics. 171
LIX. Busbeck írja egyik barátjának. 176
LX. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 178
LXI. Verancsicsnak Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 180
LXII. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 187
LXIII. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 190
LXIV. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 197
LXV. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 203
LXVI. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd kir. 212
LXVII. Singkhmoser Márknak Verancsics és Zay. 217
LXVIII. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 223
LXIX. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 242
LXX. Királyuknak Verancsics, Zay és Busbeck. 249
LXXI. A kamarának Verancsics és Zay. 258
LXXII. Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek a király. . . . 259
LXXIII. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . . 261
LXXIV. Jacobus Palaeologusnak Verancsics. 268
LXXV. A királynak Verancsics, Zay és Busbeck. 269
LXXVI. A királyi felségnek Verancsics, Busbeck és Zay. . . 275

Digitized by Google

Lap.
LXXVII. Taxis Rogernek Verancsics, Zay és Busbeck. . . . 280
LXXVIII. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 282
LXXIX. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 284
LXXX. Taxis Rogernak Verancsics, Zay és Busbeck. . . . 288
LXXXI. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 289
LXXXII. Lenkovics Jánosnak Verancsics, Zay és Busbeck. . . 296
LXXXIII. A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck. . . 297
LXXXIV. Verancsicsnak és Zaynak a király. 298
LXXXV. Verancsicsnak és Zaynak a király. 299
LXXXVI. Ferdinánd királynak Verancsics és Zay. 300

TOLDALÉK.

Verancsics és Zay a szultánnak s a nagyvezírnek . . 347
Verancsicsnak és Zaynak Ferdinánd király 398
A szultánnak Ferdinánd. 400
Ugyanannak ugyanaz. 401
Verancsics Antalnak és Zay Ferenczuek Ferdinánd király. 404

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

A királyi felségnek Verancsics és Zay.

Ad majestatem regiam.

Allatum heri nobis est: collegam nostrum supe- 1535. Jan. 6
rasse jam Haemi montem, eumque non Joannem Mariam sed alium esse, quod nos dudum divinaveramus, accepta toties de illius tanta infirmitate pertinacia. Profecto dolemus de incommodo boni vestrae majestatis servitoris et amici nostri, qui nobis etiam commodissimus ad hanc legationem facilius peragendam futurus fuerat, si redire potuisset. Verum haec ita fieri oportet ut necessitas exigit et majestatis vestrae voluntas est. Modo jam Deus Optimus Maximus omne negotium ejus secundet, quod nobis apud hunc principem conficiendum restat.

Hoc ipso die litteras quoque accepimus a domino Gaztelu Venetiis, quae nobis superiorem laetitiam gratissimis novis de statu rerum sacratissimae majestatis caesareae, quae tam in Galliis quam in Italia geruntur, cumularunt. Faxit Deus altissimus, ut et vita majestati ejus quam longissime proferatur, et omnes conatus publicae Christiani nominis tutelae solita et adhuc majore felicitate procedant.

Turcae apparatus indies magis ac magis in Asiam intentus fervet, et dicunt, miro eum indignationis

Digitized by Google

ardore agitari, quod sic deludi ab hoste videatur. Verum populi aegerrime ad hoc bellum consurgunt, adeo, ut opinentur quidam, quod illos vi etiam paulo post, quum movendum erit, compelli oportebit. Queruntur labores et impendia et pericula sua compensari nulla utilitate posse ob terrarum illarum inopiam et solitudines non tantum dedita opera omnibus colonis et rebus spoliatas, sed etiam suapte natura ut vastas et asperas, ita et nudas et nulla commoditate praeditas.

Portum quoque Herculis in ora Tusciae a Petro Strozio fuisse insessum, eumque magna industria, magnisque operibus muniri intelleximus; qui nisi seditioso homini adimetur, antequam justis munitionibus firmabitur, magnum ad Italiam maritimis hostium viribus praebebit aditum, quum interim et Senensibus ea spes animos, quod hic latissime fertur, ad perferendum obsidium fovet.

Aliis de rebus, quod sciamus, nihil est consequutum.

Nos statim ubi collega appulerit, Amasiam ad principem deducemur, non parum, si vera sunt, quae amici referunt, expectati. Faxit Deus, ut exoratores redeamus. Felix et incolumis majestas vestra quam diutissime valeat. Datae sexta Januarii, Constantinopoli, 1555.

Digitized by Google

II.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Al Gaztelu.

Gieri a un tempo ne venne la novella, che il collega nostro era già in Andrenopoli, ma no il signor Givan Maria. Recevessimo le lettere da vostra illustre signoria, due veramente cose con la festa delli Tre Re molto liete. Iddio sia laudato.

Le speditioni sproviste di corrieri accascono anchora qui spesse volte, quando nasce ai signori baili qualche nuova notabile. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . .

Di messer Pietro Dellavecchia, poi che la cosa in tutto è cussi raffredata, non bisogna riscaldarla. Cerca el cambio che li mandassimo, havemo inteso, e ringraziamoli summamente del nobilissimo offizio e singularissimo favore, che noi ha prestato; pregando quello, che parimente sia contenta di fare a nome nostro col magnifico signor Homo (?), et offerirne à tutti suoi piaceri.

In darvi la notizia delle cose di quà non mancaremo. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Ma per dir el vero, le dicerie di costoro sono tanto

Digitized by Google

varie et affettuose, quando noi altri volemmo (?) deviare de la cognizione del vero, cheber molte ancora particolarite di costumi loro s'ingannino quello che a noi ancora intravenne.

De la lettera spagnuola haveremo bona cura, ringraziandoli molto delli summarii de cose de soa cesarea magiestà. Iddio la prospéri.

Ma il Porto Hercole ne tien solleciti, e quello s'el si lassarà nelle mani di Pietro Strozzi, ne darà da fare. Perchè faciandosi l' armata per li rive nostre, come si ragiona, puotrà esser una gran scala agli nemici nostri nella Toscana.

Al resto de sue lettere pensamo, que le nostre prossime sodisfaranno. E si ha recevuto altre nostre più anziane da misser Fazzini, haveremo a grato quando ne avisarà, perchè furon gran fascia. A vostra illustre signoria raccomandamo et ufferimoci. State sano. Da Constantinopoli nel VII. Januario, anno 1555.

III.

Gregoriancz Pálnak Verancsics és Zay.

Verancius et Zay reverendissimo domino Paulo Gregoriancio episcopo salutem.

1555. jan. 14. Sabariam e profanorum jure vendicatam et praesulem suum in possessionem ejus esse restitutum, quod ex amicorum litteris cognovimus, tibi magnopere gratulamur, precamurque divinam mentem, ut vivis nobis etiam Zagrabiensem episcopatum, primum tuum genitorem in pristinum statum et integritatem reducas atque recuperes. Nos autem quum memoriam

Digitized by Google

tui constantissimam retineamus, certe vellemus etiam posse ad te crebrius scribere Verum quum non es ignarus causarum, quibus prohibemur a scribendo, nullum dubium nobis est, quin hanc officii nostri raritatem candido, benignoque animo sis excusaturus. Et quum ea, quae a nobis expectare deberes, omnia accipis ex litteris, quas ad regem damus, his id solum et interdum etiam aliis exequemur, ut veteres tibi obsequiorum nostrorum oblationes identidem renovemus, quum tui nos non tantum apud Bosporum Thracium et Propontidem memores atque observantes simus, sed si ultra Imaum et Gangem et ultimos Indos essemus, non possemus non esse etiam maxime studiosi, cupidi, amantissimi. At faxit Deus Optimus Maximus, ut te propius et amemus et colamus, et ab hoc Orco jam tandem aliquando ad homines et mansuetiores animas repedamus. Nos tu solito more ames et tuearis. Vale, Constantinopoli, IIII. *) Januarii 1555.

IV.

Verancsics és Zay Busbeck-Augiernak.

Verancius et Zay Augerio Busbecho collegae S.

Magno sane affecti gaudio tibi de adventu tuo**) plurimum gratulamur. Caeterum paucis eris admonitus, quod nobis ob honorem et commodum principis nostri duximus esse faciendum, ne quid erroris intercideret ob tuam apud hanc gentem novitatem. Si ii te 1555. Jan 20.

*) Talán tollhiba XIIII. helyett, legal bb Verancsics maga a VII-en kelt felebbi levél után sorozta.

**) V. ö. Augerii Gislenii Busbequii omnia quae extant. Basel 1740. a 40. l.

Digitized by Google

a nobis seorsum collocare voluerint, enitenturque, ut ante de rebus etiam intelligant, quas attulisti, quam una erimus, memineris utrique conatui eorum cum dexteritate occurrere; nec patiaris induci ad secus faciendum, quum existimemus idem et regiam majestatem tibi commisisse.

Has ad te hesterno adhuc die eramus missuri litteras, quum jam ad urbis fere hujus portas pervenisse audiveramus. Nihil itaque de eis immutantes, paucis ad illius **) respondemus: nobis te et expectatum multum fuisse, et jam venisse, magnae esse non jucunditati solum sed etiam consolationi; Deoque agimus gratias, quod incolumis appuleris. Quae de hospitio tuo uno animo, consilioque cupieramus, passa haud aegre concessit. Nihil alioqui deterius commisisse potuisset, quam si nos disjunxisset. Verancio vero admodum accidit volupe, quod privata, quae tibi fuit cum eo familiáritas, in publici muneris consortium reciderit, quo ut jam conjunctiorem cernit, ita et auctiorem firmioremque futuram non desperat. Reliqua posterius. Vale. Constantinopoli, 20. Januarii 1555.

V.

Amhád pasának Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius Achmat passae.

1555. jan. 25. Per aviso de V. vostra illustre signoria saprà, come alli XX. del presente mese arrivò quà a Constantinopoli il terzo collega nostro signor Augerio à Busbeche, familiare gentilhuomo del serenissimo re nostro si-

*) Talán: ‚ad tuas.'

Digitized by Google

gnore in luoco de signor Giuvan Maria Malvezzo con la spedizione, con la quale esso Giuvan Maria venir dovea. Per la qual cosa pregamo la vostra illustre signoria, che si interponga appresso la soa altezza a ciò ne faccia venire tutti tre insieme alla soa felice Porta, come è il voler del serenissimo re nostro per trattare e finire il fatto della pace, per la quale semo mandati a soa altezza. Ne ci è altro che diciamo per hora salvo chè ancora la pregamo con instanzia per la facultà di puoter venire alla sudetta felice Porta e concluder quello che già tra il Gran Signor et il re nostro serenissimo è comminciato, a ciò chè dimorando più in lungo non nascessero maggiori scandoli nelli confini, stando le cose in questo modo dubie et indeterminate. Signor Iddio la conservi sana e felice. Da Constantinopoli nel XXV. di Gienaro 1555.

VI.

Az császár ellen való conjuracziónak kinyilatkozása.

Midőn szultán Musztafát császár megölette, 1555 jan. 26.
minekelőtte még császárhoz bément vóna egynehány fő jancsár ment vót az jancsáraga hirénél köl szultán Musztafához congratulálkodni és reverenczíát neki tenni, hogy valami ajándékot vehettek vóna tőle, mely jancsárokat, midőn imár Musztafát megölték vóna, Hrusztán passa az jancsárokat mind mazullá teszi, kik közzől egyik jancsár fiú vót, az többi acham-oglanbul lött jancsár vót, kik megbusulván, hogy mazullá tötték vóna őket, mindnyájan Kuzul bashoz *) szöknek, az egyiktől megválva, a ki jancsár fiubul lött vót jancsárrá. Az nem akar Kuzul

*) Értsd: a persákhoz.

Digitized by Google

bashoz menni, hanem hogy dervissé legyün, egy sehhez megyen a dervisek közzé, és midőn ott a sehnél egy jó falka ideig lött vóna, és kedve szörint szolgálta vóna (a seh a törököknél szent gyanánt tartatik, nagy religiosus embernek, mint minálunk egy apátur), vélte az seh, hogy az jancsárbul lött dervis a rajta lött boszuságbul tiszta szívvel gyűlölni a császárt, hozá hívja és mond neki : Im én teneked két levelet ádok; menj el, e két levelet vidd sah Tahmaznak Kuzul basnak, ki téged megajándékoz jó módon, és emberré es teszön. Az a két levelet elveszi, és midőn elindult vóna a levelekkel, gondolja magában: hogy nem jó vóna neki szerencsára a levelekkel oda menni, nem tudván mi legyen a levelekbe. Megnyitja a leveleket, hát a levélbe a vót irva : tudjad hogy ez embert én bocsátám hozád, kit hogy jól megajándékozz, igön kérlek, és tégy jól vele, mert megérdömli; továbbá tudjad, hogy rivid nap az császár fejites neked köldöm, kiért igen vigyázok éjjel nappal, ki ett nem messze hozám vadász minden nap, kevesed magával, hatvan hetvened magával; imár im vagyon ett nálam titkon több hatszáz embernél, és ezer embörre való fegyveremnél több vagyon, csak időt várok hozzá, hogy megmivelhessem, kit, hiszöm, hogy rivid nap megmivelhetönk a te kivánságod szörint.

E levelet látván az dervisből lött jancsár, gondolja magába, hogy ellyen dolgot öneki nem gonosz vóna császárnak vinni, és öneki megjelenteni, ki ő neki fejibe járna. És midőn császárhoz ment vóna, találja császárt vadászatba, kinek midőn köszönt vóna, császár megkérdeti, micsoda ember vóna és mi dolga vóna. Ki a választ adja a császárnak : én jancsár vótam előbb, és mazullá töttek vót, és im most

Digitized by Google

dervissé lõttem ; de ìm én két levelet hoztam a császárnak õmagának, kit szükség hogy õmaga megolvasson. Császár a levelet elvéteti, és midõn megolvasta vóna, elcsodálkozik rajta, és hozá szólitatja a dervist, megkérdi, hol yette vóna a leveleket. Amaz megmondja neki minden kezdetét a dolognak, hogy mint lött vóna dervissé, és a sehnek jól szolgált vóna, és õ adta vóna neki a leveleket, és látta vóna, hogy császár ellen vónának, nem akarta vóna oda vinni, hanem császárhoz. Meghagyá császár neki, hogy sohová ne menne, császáres azonhelyen megtér a vadászatbul, senkinek semmit nem szólván. Másod nap egynehány ezer emberrel az õmaga udvarabeli néppel megyün oda az seh házához, és az sehet kihivatja, és neki adja a két levelet, mondván : lássadsz-e e két levelet, ki levele, és mi vagyon a levélbe? Az seh hogy meglátja, megesmeri az õ leveleit; az embertes előállatja a kinek adta vót a leveleket. Amaz nem tagadhatja, elijed; császár mindjárást megfogatja mind õt smind a kik vele vótak, és békõld az házakba, és a föld alatt találnak rejtekboltokat sokat, kikbe többet találtak hat száz embörnél az boltokba, és fegyvert többet három ezer emberre valónál, puskát, kézivet, kopját, gerelyt és afélét. Kiket midõn császár eleibe hoztak vóna, megbeszélik neki, miképen gyüjtötte vóna õket a seh az császár veszedelmére, es hogy még kivöl még ennél többenes vónának. Kiket császár mindönött megkerestetött, mind megfogdostatta õket, többet három ezer embernél; mastes mindönött keresik õket, és még azt mondják, hogy meg nem öletött vóna bennek csak egyetes, hanem mind fogva tartatja õket. Az dervisnek kedig nagy sok ajándékot és nagy timárokat adott. Mast

Digitized by Google

úgy beszélik, hogy ellyen dolog tertént vóna az császáron. Constantinopoli 26. Januarii, 1555.

VI.

A királyi felségnek Verancsics és Zay.

Ad majestatem regiam Verancius et Zay.

1555. febr. 6. Quoniam ea tota pecunia, quam nobis attulit Augerius collega noster novus, coacti sumus debita nostra persolvere, aliam summae ejusdem a Zacharia Scaramella accepimus, freti spe illius, quam diu jam nobis per Venetias majestas vestra misit. Imminente enim hac profectione nostra Asiatica, quae subita erit, ubi primum mandato Turcae advocabimur, mature voluimus de impensis curam gessisse, quum prodigere prope nos in aula ejus oportebit, si pacem confecerimus, non impendere. Quare supplices petimus, ne quid ex hoc temeritatis nobis imputetur, cambio, ut vocant, nondum confirmato, quum secus certe fieri nulla potuit ratione. De quo quia latius ad tuae majestatis camerae thesaurarios omnia perscripsimus, eandem pluribus non molestabimus.

De liberatione filii nostri ciausi plurimum et a patre et ab iis duobus passis Ibraino et Hruztano sollicitamur, nec facile invenimus, quid pro eorum voto respondeamus, nisi quod majestas tua nunquam fuit nec est in referendis gratiis vel huic principi vel passis ejus de collatis in se officiis et amicitiae fructibus*), unumque Kara Hamzam et huic de quo agitur, et multis aliis ingratitudine sua erga tuam majestatem commissa obfuisse. Verum eniterentur omnes pro viribus, ut ad hanc pacem incrementa aliqua af-

*) Kimaradt ‚avaru' vagy rokonérte'mü más szó.

Digitized by Google

ferant, majestatem tuam esse et semper fore gratissimum regem. Quum igitur hic idem ciausi nostri filius, pace firmata, a primariis quoque passis et fortasse etiam ab ipso principe repetetur, non videretur nobis alienum, si interim majestas tua rescire dignaretur, ubi nam sit? quo, si opus fuerit, eo pacis etiam progressus adjuvetur.

Mirandam, Joannis Castillegii consanguineum, Venetias mari expedivimus, inde Viennam profecturum; nam reditum nostrum expectare non potuit.

Reliquum est, rediit hodie etiam Durgut ciaa, a principe, tenui, ut ajunt, buccina expeditus, de cujus statu ut adhuc nihil, ita paulo post aliquid cognituri, et ad tuam majestatem scripturi. Quam feliciter valere cupimus. Constantinopoli 6. Februarii 1555.

VIII.

A királyi kamara tanácsosainak Verancsics és Zay.

Verancsics et Zay camerae regiae quaestoribus S.

Meminisse vos non dubitamus, quod ad hanc le- 1555. febr. 6.
gationem, quam trimestrem tantum fore omnes putabamus, non majore cum pecunia nos expedivistis, praeter eam, quae ad apparatum rerum necessariarum itineri collata nobis fuerat, quam IIII. millium florenorum monetae hungaricae. Quae summa istic adhuc apud magistrum solutionum relicta, duo dumtaxat millia aureorum nummum et circiter DC. accepimus ac inter nos divisimus; quumque hi aurei nummi fuissent nobis pro hungaricis denariis 148 attributi, hic nonnisi pro 112. expositi sunt. Quae jactura quanta

Digitized by Google

sit, videtis. At in hac voragine impensarum per sesqui annum quam commode suffecerit nobis, tanta familia comitatis, quae in tres menses erat data, facilis est consideratio. Quare quum et exponere cogeremur, et existimationi principis ac decori etiam nostri non deberemus decesse, alieno aere, non sine graviori foenore usi sumus, satis alioqui difficulter contracto. Quibus debitis persolvendis ne inhumani erga amicorum officia esse videremur, omnem certe illam duorum millium aureorum pecuniam, quam Augerius collega noster nobis attulit, uno die insumpsimus, et aliam subito comparare coacti sumus simili summa propter iter Asiaticum, quod ferunt et longum esse et difficile. Freti itaque spe duorum illium millium aureorum, quos majestas regia curavit nobis Venetiis numerandos, scripsitque toties, eosdem nos dudum jam accepisse arbitrari se, a Zacharia Scaramella 2399 coronatos Venetos ad ejus summae rationem sumpsimus, et cambium eorum Venetias ad Dominicum Gaztelu regium oratorem transmisimus ea fiducia, quod vos, uti jam de voluntate regis edocti sumus, cum iisdem Scaramellis et eorum principali supranominatum cambium conficietis, quo oratores, qui hic moraturi sunt, non laborent circa impendia. Rogamus itaque vos, ut id nobis non vertant temeritati, sed potius a necessitate nos excusent, deque hoc ipso cambio celerius transigant, quum iidem amici in*) pecuniae nobis datae ac dandae stagnum quoque et cynabarim et mercurium sint accepturi, verum eo pretio, quo Venetiis res ejusmodi prostant; nam eas huc alia via conducere nulla est in promptu ratio, quemadmodum latius Augerium vobis perscripturum speramus.

*) Kimaradt: ‚vicem' vagy hasonló értelmü szó.

Digitized by Google

Quum autem in hac pecunia accipienda necesse fuit, omnes nos subscribere ob mercatoris majorem cautionem, Augerius quoque nostro rogatu subscripsit, nec id alia causa, quam nostro commodo, quum adhuc ipse ut recens provisus in exordio sui muneris nondum laboret eo incommodo, quo nos ad hoc tempus laboravimus. Eum itaque apud vos excusatum hac de re iri cupimus; cui nos quoque vices reddère non gravabimur, si quis usus ejus similis postulaverit. Verum his omnibus sincere atque simpliciter vobis, uti par fuit, expositis et recensitis, oramus vos, ut benigne velitis omnia interpretari et in nos esse munifici, non nostro sed publico commodo. Valete. Constantinopoli VI. Februarii 1555.

IX.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Verancio e Zay al ms. Dominego Gaztelu S.

Agli cinque del presente recevessimo da voi una letera con un summario di nuove d' Alemagna, di Fiandra e di Franza, et intendessimo il tutto molto volontieri, pregando Iddio, che li successi del imperatore nostro sacratissimo voglia prosperare di ben in meglio. Perchè al fine eziandio qui quella sola riputazione ci raccomandi et respetta se quello malamente battezzato sarà sommesso e redutto nella via.

E quanto al buono et amorevole offizio, che n' avete prestato appresso soa magiestà, e questi nuovi amici circa el constituire del cambio per le provisioni nostre e d' altri ambasciatori che staranno qui, li ringraziamo con tutto il puotere nostro, e li offerimo

Digitized by Google

ogni possibilità nostra e valore, se pur c'è in noi. Ne puotemo dir altro sopra ciò, se non, che tutto ha fatto e transatto prudentissimamente, e con commodo delle ambedue parti.

E cerca il metter nelle polizze più longo tempo agli pagamenti, e specificare le summe de danari recevuti in ducati, non d' oro, ma correnti veneziani de VI. lire e IIII. soldi, respondemo, che la jattura, la qual si fà in ori forestieri, poi che quelli sono sbassati, non è piccola, e perho ogni modo è da schifarla. Nondimeno dandossi à noi la roba a prezio che corre qui, e se costì quella si pagasse a duo correnti, dicono i mercanti, che non farebbono vadagno alcuno, e non faciando quello, non ci ne anche puotrebonno servire, cosa che saria di gran impedimento alle maneggi de prencipi. Perciò affermanno, esser il loro consueto, di nominare nelle polizze di cambii scudi non ducati, nelli quali i pagatori prenderebbono maggior botta. Sì chè quello si puol far in ciò, vòi lo vedete. E veramente vadagnando li sopra nominati mercanti sopra li scudi non più che IIII. per cento, non è par cosa che non si puotesse tolerare. Perche torli a pegno da Giudei o da altri huomeni di questo luoco, se ne perde 15. e 20. per cento. E diciamo cosa pruovata nel passato anno tal che ne par doversi mantenere li simil amici.

Parimente si puol responder cerca li termeni de pagamenti, segondo le ragioni de istessi mercanti, li quali dicono, non star il fatto ne in do, ne in tre mesi, ogn' hora che scorresaro (?) senza esser satisfatto alle polizze, ne usino per altra causa, in far li termeni de 30. over di 40. giorni in ditte polizze, chè per una certa riputazione di loro professione, a ciò

Digitized by Google

andando le polizze tali in altre mani, non paressero discaggiuti, faciando largi partiti e maggiori del commune consveto a chi prestar danari. E, cussi per far il fine, ne par, che a queste raggioni non si puol contradire. Tuttavia il tutto si rimette nelle mani de vostra illustre signoria; e quella quando verrà alla constituzione del ditto cambio, ordeni, faccia e fermi costi ogni cosa con li principali di Scaramelli, come a lei piacerà e puotrà meglio per utile de soa magiestà.

Noi tra questo mezzo havendo ricevuto per il nuovo collega nostro da soa magiestà dui millia hongari, e quelli subito il primo giorno sborsati tutti agli creditori nostri de uno anno, ne è sta forzo provederci d' altre spese per el viazzo de Asia. E, cussi puochi giorni avanti che da voi vennero sopra dette lettere, in speranza de quelli, che da Venezia spettamo, per grazia de soa magiestà togliessimo tante robe in seta e panni da ms. Zacharia Scaramella, si come conoscerete per le polizze, le quali puoi non puotessimo mutare per già dette cause.

Parne dunque la cosa molto opportunamente acascata, essendo tra questo mezzo venuta la benigna risposta da soa magiestà sopra la confermazione del cambio, già più volte menzionato, con li signori Scaramelli e lor principale; delli quali non puotemo non laudarci molto, e massime qui da ms. Zacharia, il quale havendo fin dal principio, offerto a noi per el commodo e honore della magiestà del nostro signor e roba e vita, quella tal summa subito, che la dimandassimo, nela concesse molto cortesamente, quantunque ancora non fusse fatto certo ne avisato di voler de soa magiestà verso il suo servizio.

Digitized by Google

Dove conosciuta questa prontezza delli detti con suo principal insieme, ne pare cosa degna, che sieno raccomandati a soa magiestà e sodisfatti nelli tempi loro, a ciò alla giornata si portino meglio nel suo offizio verso soa magiestà.

Le lettere date a ms. Fazzini ch' ancora non le ha havute, credemo, chè ancora non era arrivato costi il bailo Trivisano con lo quale parte da qui, faciando esso bailo il camino suo a posta più lento, per toglier da se la sospizione della peste che de quà havrebbe puo lerto (?) condur seco. In quelle lettere scrivessimo el successo della guerra di Persia

De questa del presente anno parlassi il medesimo, ne si lassano li suoi apparati.

Della pace col Persa similmente si ragiona, come fina mo, cioe chè si farà, e chè no; pur' andando inanti l' apparato delle armi tuttavia.

Noi comè havremo il mandato dal Signore, andaremo a truovar quello.

Dell' armata nulla ancora dirvi puotemo, salvo che l' altro giorno arrivò quà il nuovo generale per nome Pyally aga.

De Durgutto suol questo che restarà nel primo stato. State sano. Da Constantinopoli nel VI. di Februario 1555.

Digitized by Google

X.

Mihály testvérének Verancsics.

Verancius Michaeli fratri S.

Quum in apparatu sum Amasiam ad magnum Turcam proficiscendi, immo etiam in meditationibus actionis ejus, quae de pace bene conficienda mihi incumbit, eamque perdifficilem fore arbitrer propter adversariorum concursum, succincte ad tuas litteras respondebo, quas X. Novembris ad me dedisti. 1555. febr. 6.

Curam proventuum episcopatus mei non est cur molestius obeas, praesertim quod de mandato regis ad finium conservationem remissi sunt, ita ut pretia eorum in pecunia mihi a quaestoribus suis integra reponant. Quicquid igitur te in hoc posthac agere oportebit, utere duorum, archiepiscopi et palatini consiliis, neque committas, ut tibi ipse concites aliquod odium, vel apud hos vel apud totam aulam, meque etiam simul in aliquam apud regem adducas contumaciam; te autem, ut optasti, commendavi litteris meis et camerae quaestoribus, et Nitriensi ac Transsylvaniensi episcopis, nostroque Tahino, ut te una omnes fine praecipuum ac unicum rerum mearum curatorem agnoscant, et ad tuas manus mea attribuant. Nec dubito, acquieturos meae voluntati, tuique mei gratia rationem habituros, dummodo te cum omnibus modeste geras, eisque ita accommodes, ut verum te esse intelligant.

Joannem Peccium moveas officio, postquam aegre, ut scribis, illi praesit. Nec enim invitis canibus venari oportet. Ejus autem loco hominem non solum

Digitized by Google

probum et industrium, sed etiam maturum et dexterum substituas, qui in ea provincia aliis etiam in rebus commodo mihi esse possit, non tantum in reditibus administrandis.

De vicario Agriensi agas comice. (?) Jam enim eos proventus, quos ipse curat, multo angustiore statu puto esse, quam quum istinc discesseram.

Valentinus et Antonius coloni mei, postquam primos judicii impetus de occiso meo janitore evaserunt, enitendum tibi esse existimo omni ratione, ut ad finem usque subducas eos periculo. Alioqui omnia rite et pro aequitate gesseris, ne quid temeritati atque insolentiae tibi imputetur. Rem cum amicis, cum dominis et procuratoribus nostris primum conferas diligenter, sic demum agenda ages.

De re familiari bene curata, vasisque et locis domus omnibus fructibus redituum meorum impregnatis laudo te et multis gratiis expleo atque afficio, hortorque, ut pergas in optimis coeptis, nec de fratris animo erga te vel quid minimum diffidas, tuncque magis etiam confidas cum ei castigeris. Nemo enim qui odit errantem, corrigit.

De legatione nostri Badoarii novi dudum, pauloque ante ad eum litteras dedi, quam Venetiis movit.

Quae demum thracico caballo pensari tibi desideras, gratissima sunt, votisque tuis haud dubie satisfaciam, si salvus rediero.

Joannem quod non destituis, libenter audio. Juvanda enim sunt bona ingenia, liberiusque educandi ingenui, nec sic, ut nos noster avunculus Statileus, quos et ad obitum suum et ad senium nostrum durissime pressit, ac in obscuro esse studuit. Sed jam ipse

Digitized by Google

in Deo conquiescat, nos divina dona agnoscamus non humana.

Per Dominicum Regulum conterraneum nostrum misi parenti, novercae et cognatis xeniola. Parenti, ut pietati morem geram; mulieribus, ut in bono, quod dicit Paulus, vincam malum. Tu tamen, si de rebus omnibus sic sentis, ut te semper sapientem judicarim, toto certe conatu eniteris, ut et familiam retineas in concordia, et patris senium, vitamque et quietem omnibus rebus anteponas, quod mandato quoque Dei commoneris. Vale. Constantinopoli, VI. Februarii 1555.

XI.

János testvérének Verancsics.

Verancius Joanni fratri S.

Etsi mihi de te ab omnibus optimae spei omnia nuncientur, eademque Michael etiam frater noster litteris suis affirmet, sic ut non putem pluribus te ad virtutem et bonos mores mihi esse commonendum: tamen quia aetas adolescentiae, qua nunc es, semper lubrico statu consistit, nec facile permitti possit in quam partem potissimum inclinaverit, te etiam atque etiam moneo hortorque,ut quod de progressibus tuis jam persuaseris, effectu etiam comprobare elabores. Nam incepisse, parum et prope nihil est, si etiam non profeceris. Plura ad tuas per Augerium datas nequeo respondere propter multa, quibus hac profectione in Asiam distineor. Vale. Constantinopoli, VI. Februarii 1555. 1555. febr. 6.

Digitized by Google

XI.

Oláh Miklós esztergomi érseknek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius Nicolao Olaho Strigoniensi archiepiscopo.

1555. febr. 6. Imminente jam nobis hac profectione Asiatica, nequaquam aliis rebus vacare possumus. Quare si per hunc tabellarium prolixius ad tuam amplitudinem non scribimus, excusari nos postulamus. Illud tamen non praetermittemus, Gallum toto conatu, nervisque contendere, ut pacem nostram impediat. Res tamen nostrae non omnino sunt sine spe, ut rerum praesentium facies clamitat, et multorum conjectura polliceri videatur, quamquam omne hoc negotium in exitu consistit. Nos vero quanta maxima possumus et industria et ingenio et diligentia ad gerendam rem apparamur, Deum potissimum exorantes, ut nobis adsit. Sed interim quicquid istic ad hanc rem pertinens vel ex Polonia vel ex locis aliis orietur novi, curabis nos quam celerrime edocendos. Vale. Constantinopoli, 6. Februarii 1555.

XI.

Nádasdy Tamás nádornak Verancsics.

Verancius comiti palatino Thomae a Nadasd S.

1555. febr. 6. Magno me solatio afficit tua incolumitas ex tuis litteris cognita, mihique nihil potest esse gratius, quam quod his fortunis meis et libere et familiariter

Digitized by Google

uteris, quas tuis et meritis et virtute et beneficio acceptas refero, measque haud dubie tunc esse agnoscam, quum authori usui fuerint. Sed his omissis, valde doleo non habuisse vina dulcia meum Pornonium, et quae gustui tuo convenire potuissent. Alioqui majorem in modum peto te, ut et Pornio ipso et fructibus ejus sic uti velis, ut in posterum dulcioribus vinis tibi se probare meminerit.

Quae de rebus publicis cognoscendis attigisti, abunde quum ex litteris regiae majestatis et amicorum, tum ab novo collega nostro intellexi. Et placuere quidem omnia quae istic aguntur, maxime de Germanorum erga imperatorem nostrum obsequiis et Anglorum erga filium studiis. Hic tamen non puto nos sine negotio rem gesturos concursu omnium adversariorum nostrorum. Nam ad pertinaciam Turcarum tres Galli nuncios habebimus in palaestra: unum, qui hic excubat assidue, alium, qui recens ex Galliis, tertium, qui ex Polonia heri, et quartum Hungarum, qui paulo ante a Petro Petrovio advenit. Freti tamen divino auxilio nihil terremur portis inferi.

Accepimus etiam, a Polonorum rege venisse oratorem cum Isabellae reginae nuncio, qui si qua in parte legationis nostrae causa venit, agas cum caeteris nostris primatibus apud principem, ut de hoc quoque, si res postulabit, quam celerrime informemur.

De captivo Nicolao Solyom nihil adhuc scire potuimus, nec nobis constat, vivitne, an obierit. Verebelyi et Clocucius principis captivitate tenentur, nec ulla pecunia redimi possunt, quum hujusmodi captivi nec venui nec redemptioni exponi soleant. Verum quia donati sunt Turcae Dely Sabacio, homini apud nos notissimo ab hoc principe auxilio duum millium

Digitized by Google

aureorum captivi, nos eidem Dely Sabacio nominavimus quosdam nostrae gentis, quibus etiam Michaelem Verebelyi et Stephanum Clocucium adjunximus, et rogavimus, ut eos eximat, spe non solum lucri sed etiam favoris quorundam nostrorum optimatum eidem facta. Promisit omnia, et jam in hoc totus est, ut postulatis nostris morem gerat. Alioqui si sic minus eis successerit, et poterunt pecunia liberari, tuam nos voluntatem non posthabebimus.

De episcopatus mei proventibus salvo rege, incolumique te et Nicolao Olaho, duobus meis ac fortunae meae progenitoribus, nulla equidem sollicitudine teneor, praesertim postquam mandato regiae majestatis commodo reipublicae nostrae accomodati sunt, quemadmodum ex tuis accepi litteris. Nam si patriae beneficio vitam ipsam periculis exponimus, cur fluxis et perituris rebus, etiam si non uteris, *) parceremus? Quare ipse etiam omnes illos valere homines jubeo, ut jussisti tu, qui publicis privata anteponunt. Vale. Constantinopoli, VI. Februarii 1555.

Amhád pasának, az első vezírnek, Verancsics és Zay.

Verancius et Zay al signor Achmat passa primo vesiro.

1555. febr. 9 Hoggi XX. giorni sono, ch'il terzo compagno nostro è arrivato quà dal nostro serenissimo re con la commissione che subito si mettessemo tutti tre in camino per trovare l' altezza del Gran Signore, e

*) Katona, ceteris'-nek irta, de Verancsics, talán tollhibából, világosan ‚uteris'-t írt.

Digitized by Google

quello che resta della legazione nostra, negociassemo e finissemo a laude del gran Iddio, e con buona e benigna grazia de esso Gran Signor, siccome havemo ancho tutti tre insieme comminciato a trattar le cose della detta legazione col signore Givan Maria, in luoco del quale soa magiestà regia ha mandato un altro gentilhuomo suo per nome che quì sta sottoscritto. Per tanto non obstante ch'il thyhaia del passa di Buda, el quale l' ha condotto, partì per costì subito, che quì giunsero a dar la nuova della soa venuta, e portava ancora sopra ciò le nostre lettere, queste altre ne è parso(?)di mandarvele per pregar quella, che fusse contenta di farne venire costì alla felice Porta et altissimo conspetto del Gran Signore senza altra dimora, per puoter finir quello, che tra l' altezza d' esso Gran Signore e di nostro serenissimo re s' ha comminciato a trattare cerca el fatto della pace, molto veramente desiderata dalli puoveri sudditi de tutte doe bande. E con queste offerendone agli honori e piaceri de vostra illustre signoria, li pregamo da Iddio sanità et ogni bene. Da Constantinopoli nel IX. di Febraro 1455.

XII.

Gróf Zríni Miklos bánnak Verancsics és Zay.

Verancius et Zay comiti Nicolao Zrínio bano.

Quae nobis scipseras de Andrea Guzyth captivo liberando, et de equo à Zinano passa postulando, oblivioni propterea non tradidimus, quod ad ea nihil rescripserimus. Caeterum quod ad equum attinet, quia quo tempore priores tuae litterae allatae fue-

Digitized by Google

rant, eo jam Zinanus ita cum morbo conflictabatur, ut videri nobis minime posset, functi itaque illius temporis officio cum Hruztano passa fratre Sinani, egimus diligenter, ut petitioni tuae non deesset, nosque obtulimus ejusdem equi curam, ut optabas, gesturos, si nobis illum credidisset. Verum quid tecum postea ambo egerint, ignoramus. Alioqui nuper etiam mortuo jam Zinano, posteriores litteras tuas Augerio collegae nostro ad eum datas Hruztano exhibuimus, eumque postulavimus, ut quod frater de memorato equo non perfecerat, obitu interceptus, ipse perficeret. Perfecturum se obtulit, sed quid tandem praestaturus, ex re tu videris. Nos vero non unum sed XI. equos, si per nos miserit, perlibenter deducemus, eoque etiam multo certe libentius, si plures, quum tibi omni tempore gratificare studeamus.

De Andrea Guzyth, quod hortatus fueras, hoc est. Ipse, quum principis ipsius captivus sit, nullo pacto vel redimi vel obtineri posset, nisi si ex gratia donaretur aut profugeret, hacque de causa nullam hactenus viam invenimus, qua illum liberare possemus. Verum nudius quartus, quum Dely Sabacius, Turca tibi bene cognitus, ab hoc principe rediisset, retulit nobis, donatum fuisse se ab eodem principe duum millium aureorum numum captivis ejus carceris, ut iis jacturas suas in Hungaria acceptas repararet. Nos itaque Andreae liberandi ex hoc occasione arrepta, aliquot captivos nostrae gentis cum hoc ipso Andrea nominavimus et rogavimus illum vehementer, ut eos eligeret, curaretque liberandos, promissione illi facta, nihil eum detrimenti percepturum. Annuit; jamque aggressus est, curam eos eximendi. Nec de exitu pollicemur quicquam, at hominem quotidie ad

Digitized by Google

officium urgere non cessamus. Dubia tamen et haec via est, adigit ad majora miseros quam sint solvendo, quo uni corpori duas cutes detrahat. Verum quam maxime possumus, ad honestum ut accedat, suademus. Nostra tibi alioqui nunquam est opera defutura, in quibus vires aderunt. Vale. Constantinopoli, VI. Februarii 1555.

XIII.

Verancsics Gregoriancz Pálnak.

Verancius Paulo Gregoriancio episcopo Zagrabiensi S.

Luculentissima non solum omnium rerum nova- 1555. febr. 6.
rum epistola tua sed etiam amoris, studiique tui erga me singularis prolixius sane multo responsum a me exigebat, quam quod id temporis facere possim, quo nunc demum optatam huic legationi nostrae catastrophen aliquam imponendi sollicitudine una cum collegis meis non aliter occuper ac detinear, quam athleta quispiam in certamen descensurus omnes penitius tum vires tum artificia sua secum meditetur; tantum abest, ut ad te de Ponto, Propontide, Hellesponto et de nobilissimo situ ac portu urbis Constantinopolitanae historiam texere valeam, quum interim dies et noctes in tragoedia verser. Excusatum itaque habere me, oro, non graveris, mihique quicquid in praesentia feriarum hujus officii concesseris, paulo post, Deo juvante Optimo Maximo, omnia accipies a me uberiora. Vale. Constantinopoli, VI. Februarii 1555.

Digitized by Google

XIV.

Thurzó Ferencz nyitrai püspöknek Verancsics és Zay.

Verancius et Zay Francisco Tursoni episcopo Nitriensi S.

1555. febr. 6. Quod ad id tempus nihil de captivo Antonio Baicio tibi rescripserimus, non oblivione officii sed studio fecimus, dantes interim omnem operam, ut de liberatione ejusdem Antonii certi aliquid scribere possemus, quum tibi non in hac re tantum, sed etiam in majoribus gratificari cupiamus. Verum quum idem Antonius Hruztani passae sit captivus, eumque, uti nobis dictum est, summa cura servat pro cujusdam alterius captivi permutatione, quem affinem ejus esse ajunt, quique initio fuit in potestate Zagrabiensis episcopi Pauli, postea in Varadiensis Matthiae, et nunc in cujus sit ignoremus: hac itaque ratione difficilis est illius liberatio, nisi inveniretur memoratus Hruztani affinis et ea via pro ipso Antonio ageretur. Interim tamen ut omnem lapidem moveamus ipsius Antonii beneficio, tua vero gratia, quum Turcae Dely Sabacio, homini multum apud nos versato duum millium aureorum numum hic princeps dono captivos dedit, jacturis suis, quas accepit in Hungaria, recuperandis, nos eidem Sabacio aliquot ex nostratibus nominavimus et diligenter petiimus, ut non alios excipiat quam quos ipsi insinuavimus, facta spe illi non lucri solum sed et favoris quorundam regni nostri optimatum. Recepit, se hortatu nostro omnia facturum, et nunc in eo est. Quid tamen tandem praestabit, incerto est, quia quoscunque excipiet, multam operam dabit, ut majorem summam ex eis exprimat, quam pro qua illi concessi sunt. In iis autem ascripsimus et Antonium Ba-

Digitized by Google

ium; in quo eximendo oportebit Sabacium magnam industriam adhibere et non exiguum laborem insumere. Nos tamen non cessamus urgere hominem, ut et Antonium et caeteros eximere contendat, tibique gratificari non praetermittat. Vale, nosque tui studiosissimos esse scito. Constantinopoli, VI. Februarii 1555.

XV.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek a király.

Reverendo devoto, magnifico, ac nobili fidelibus nobis dilectis Antonio Verancio episcopo Quinqueecclesiensi ac praeposito Pornensi, Francisco Zay de Chemor generali nazadistarum nostrorum capitaneo, et Augerio a Busbecke aulae nostrae regiae familiari, nostris consiliariis et oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum destinatis.

Verancsics kezével: Redditae 21. Maji 1555. Amasiae.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende devote, magnifice ac nobiles, fideles 1555. febr. 21. nobis dilecti. Accepimus litteras, quas vos, Quinqueecclesiensis et Francisce Zay, de 29. Decembris ac 1ma, 5ta et 7ma Januarii, mensium proxime praeteritorum ad nos dedistis, gratoque, et clementi admodum animo cognovimus, quaecunque pro egregia vestra fide et diligentia per illas nobis significandas duxistis, inter alia autem nobis valde gratum accidit, quod in postremis vos intellexisse scribitis, quod scilicet jam tum collega vester Adrianopolim venisse ferebatur. Non dubitamus enim, ipsum non modo iam dudum ad vos appulisse, sed vos omnes etiam una jam Amasiam versus ad imperatorem Turcorum deductos esse, quin etiam, antequam praesentes acceperitis, in me-

Digitized by Google

diis tractatibus versari. Quare non opus est nunc pluribus ad dictas litteras vestras respondere, cum mens et voluntas nostra vobis nostro quidem judicio ex instructione ipsi Augerio data clare constare possit.

Hoc tamen omnino necessarium fore duximus, vt primo quoque tempore, quid in finibus nostris rerum agatur, et unde [vobis impensae sint accipiendae] intelligeretis.

Rerum quidem Hungaricarum statum ex adjecto extractu congnoscetis, videbitisque quam candide et sincere induciae ex parte bassae Budensis, et Turcarum suorum observentur. Et poteritis etiam de hujusmodi violentiis tum apud Ahmath Passam, vel quicunque supremum vezirium aget, tum apud ipsummet quoque Turcorum principem conqueri, ostendentes, licet nobis non desit justa et aequa causa vim vi repellendi, nostrosque subditos armis, et quibuscunque possimus modis tutandi: maluisse tamen nos saepius quidem provocatos a vendicanda injuria abstinere, et rem potius ad magnitudinem ejus deferre, ut ei constantiam nostram retinendae et stabiliendae cum sua magnitudine firmae pacis ac amicitiae declararemus, neque vere dubium nobis esse, quin magnitudo ejus, vobis nostro nomine id petentibus, sedulo sit curatura, ut milites sui, qui assiduis rapinis, excursionibus, et depraedationibus utriusque nostrum subditorum quietem turbare et impedire nituntur, compescantur et puniantur.

[Caeterum, quod ad impensas attinet, cum in curandis illis duobus millibus ducatorum, de quibus toties scripsimus, is quem ex proximis litteris intellexistis, error admissus fuerit, aliam rationem inivi-

Digitized by Google

mus, qua vobis, si necessitas requirat, de impensis provideatur, et caveatur, ne quid incommodi rebus nostris ob defectum sumtuum adferatur, dedimusque consiliario nostro, et apud illustre Venetorum dominium agenti Dominico de Gaztelu negotium, ut cum Scaramella, qui sese vobis hac in parte morem gesturum pollicitus est, agat, quo vobis isthic unum, vel duo usque ad 5000, id est: quinque millia ducatorum numeret, quia dictus Scaramella sibi de his, quae vobis isthic numeraturus vel daturus est, per negotiatorem aliquem Germanum Venetiis in Domo Alemannorum, seu Fontico sufficienter caveri postulat, tractatum est eo nomine a consiliariis nostris camerae nostrae aulicae cum negotiatore quodam hujus civitatis, Mathia Manlich nomine: Is promisit se ad suum factorem, seu negotiorum gestorem, Venetiis in Fontico existentem, daturum litteras, eique hujusmodi cautionem usque ad praememoratam summam suo nomine faciendam, demandaturum, dummodo tamen a vobis litterae obligatoriae vel quietantiae tunc adsint, per quas quid vobis isthic datum vel numeratum fuerit, apparere possit, quod et ipsum ad dictum agentem nostrum, fratri seu procuratori Zachariae Scarabellae significandum scripsimus. Quare, si sumtibus defeceritis, habetis jam informationem et consensum a nobis, a quo, et quantum pecuniarum mutuo petere queatis? non dubitantes, quin pro vestra singulari erga nos fide sumtibus, quam fieri poterit, maxime parsuri sitis.]

In his enim exequemini bene gratam voluntatem nostram, benigne erga vos singulos recognoscendam. Datum in nostra, et imperii civitate Augusta Vindelicorum die XXI. mensis Februarii, anno Domini

Digitized by Google

MDLV. Regnorum nostrorum Romani XXV. aliorum vero XXVIII. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

XVI.

Remer Kristóf Zsigmondnak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius Christophoro Sigismundo Remero S.

1555. febr. 21. Hesternas tuas litteras intelleximus. Nec fuit opus tam sollicita enumeratione eorum quae nobis sunt perspectissima, ut de statu praesentis tuae fortunae et de conditione, qua sis domi, quamque acerbis captivitatis aerumnis conficeris, quum nulla possit esse adeo tenuis et moderata, quae non ingenuo modo sed etiam plebeo homini non sit quam gravissima. At nos si nuper eo subito tuo ad nos adventu, abituque visi sumus durius quidpiam egisse tecum, tu propterea non statim debes de nostra erga te benevolentia desperare, quod uno animo et una voluntate adscribimus, verum quia et negotium tuum difficile est, et nos non decet ita praecipitanter de magnis rebus, praesertim apud hanc gentem deliberare, ut postea locum aliquem poenitentiae faceremus. Parati alioqui tuae liberationi adesse omnibus his et modis et rationibus, quae ubi commodo fuerint tibi, nobis non afferant negotium. Et haec omnia per longiorem mutui sermonis collationem tecum nos transigere oportet, ut maturius de tota re statuere possimus.

Caput itaque hoc est.

Digitized by Google

Quum tu nondum factus es certior, num te herus tuus Durgut velit manumittere, idque quanta pecunia: illud imprimis putamus esse necesse, ut de his duobus firmiter edocearis; memineris tamen nostra nomina supprimere, quum hoc agere aggredieris, ne redemptionis tuae pecuniam in majus Durgut afferat, conditione nostra motus; quandoquidem id si accideret, gravaremur et nos et tu. — Aliud est: Quod ubi de summa, quae poterit esse tolerabilis, convenies, sic demum nos pro te fidejubebimus, ut, si ad praestitutum tempus pacta a te non aderit pecunia, tunc eam a nobis expectet, quum in patriam redierimus, dato illi nostro syngrapho, quod eam citra dubium ad Budensem passam remittemus; nec ullo pacto ita nos obligare possumus, ut si eandem pecuniam tu ad diem non remiseris, ea hic a nobis repetatur, ne quo ejus gratia detineamur, si quo casu solvendo non essemus. Nam alioqui si sic eveniret, pateremur et nos multum incommodi, et res majestatis regiae impendimenti, quod cavere magnopere debemus. Nunc autem tantam pecuniam simul deponere, certe non est nostrarum virium, nec adhuc talium mercatorum amicitiae subnixi sumus, quibus id oneris imponere citra pudorem queamus. Agas itaque ut melius poteris. Vale. Constantinopoli, XXI. Februarii. 1555.

Digitized by Google

XVII.

Gaztelunak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancsics, Zay et Augerius Dominego Gastelu S.

1555.mart.2. Noi, se altramente non saremo disviati dal proposto nostro, che già havemo fattoà questi quatro giorni accompagnati da buoni angioli pensemo tutti tre di mettèrsi al camino d'Asia a truovar questo principe. Vostra signoria sarà contenta de indirizzar queste nostre inchiuse a soa magiestà, nostro signore; acciochè ancora sappia la certezza della partita nostra.

Scrissimo a quella eziamdio per el prossimo spazzo. E perchè erano lettere di momento, vossemo chè ne daste aviso per el primo, se vi sarano stà capitate salve. Ne tenete altro mezzo nel mandar a noi le vostre lettere, che quello che già havete inteso, Attento che non ne è per venir a meno, ne miglior puotemo havere in questa condizione di nostri tempi.

Il Persiano, come ragiona il publico, non vol pace, promettendo da una parte, che quella vole, e da l' altra scortezando le frontiere di questo, el quale con prestissimi e strettissimi commandamenti si sforza a refar e produr'esercito, se non son baje, che se danno al vulgo per spander romori, tal chè per ogni modo questo ancora anno se tien da molti, chè sarà guerra. Noi giudicamo, che sarà molto mancho, che di fuor si parla. E questo si per una ò per altra via, non partandosi questo dalle soe spalle, cioè da frontiere, le quali tutta via preme con le suoi guarnigioni, di maniera chè facilmente sarà forzato quello, di accostarsi al partito per differir gli suoi

Digitized by Google

guai, che col suo particular puotere non è sufficiente a spegner quelli da si.

Agli Franzesi sono date, chi dice LX, e chi LXXX galere. Ma par, chè il numero di LX sarà più vero. E quella summa, che sarà di più, saranno fuste di corsari.

Gli nostri principi doveranno esser provisti; ne s' appigino in avenire alle sentinelle d'altrui, per non patire il danno, che di Pesto, over, come si dice hoggi, di Bostici, fu ricevuto. No altro ci è di fuori via.

Di particolari. Piacieravi l'attender ch'il cambio nostro sia ben sodisfatto, à ciò li nuovi amici nostri possino esser contenti. Costà che molto vi pregamo. Avisandola appresso, che questa nostra andata in Asia ne assorberà danari, come mare, tanto dicono esser quelli luochi mal commodati, non mentovando oltra ciò quello, che nella corte si spenderà al solito. State sano. Da Constantinopoli nel secondo di Marzo, 1555.

XVIII.

Verancsics és Zay Gaztelunak.

Verancsics e Zay a m. D. Gaztelu.

Noi col aggiuto del Signore hoggi passemo a Scutaro in Asia, e dimane de li si aviaremo verso Amasia, dove dicono esser questo prencipe. Pregamo la signoria vostra, che le aggiunte nostre mandi a soa maestà nostro signore per el primo, che li occorerà, aciò essa anchora maestà intenda certamente el giorno della nostra partita. A Franza si dànno galere secondo le communi voce che forse da essi na- a 1555. mart. 9

Digitized by Google

scono cento e le corsare. Ma secondo le relazioni degli amici particolari et huomeni senza passioni non saranno pur più di LX. e le corsare. Il nuovo capitano Pialy-agga uscirà di fermo con esse galere, e saravi anchora il Durgutto, come consegliere e pedagogo alla soa nuovità della presente impresa. El prencipal consiglio di Franzesi è, come si ragiona, che si sovenga a Siena. E per tal effetto le stazioni della armata saranno: Elba, Piombino, e Port' Hercole, se vi si lasciaranno accostare. E daranno anchora noglia al Gienovese, si puotranno. Orechiaranno dunque, per dirvi anchora adesso, e vedranno bene li nostri sacratissimi prencipi, quello havranno a fare, aciò essi anchora habino in ordene l'apparecchio delle forze e presto, perchè costoro si spediscono a tutte prescie. Li quali perho non saranno punto armati meglio, chè nel passato anno. E faranno il fatto degno della loro grandezza e molto al proposito della vittoria per cui sudano, se alla Siena daranno migliore e maggior stretta, e prima che li inimici se facianno inante. Ma Iddio faccia male al Franzese, che si spietatamente combatte e straccia la christiana religione, che qui non è huomo, qual non lo maledica. E pur tra noi non gli mancha parteggiani. Tal che se non si riduchi alla chiesa cõn destra mano, o non s' abatti con lo armato bracciò, stenderà le avvelenate corna, che della Italia fara quello, che fece la malvaggità di Paleologi de Constantinopoli. Dal quale fù date queste nel nono di Marzo 1555.

Digitized by Google

XIX.

Egy török nagyságosnak.

Magnifice domine, amice honorande!. — Habet dominatio sua magnifica Judaeos quosdam captivos, interceptos per Uzcocchos apud Anconem ad Cerullum castellum, uti dicitur nobis. Inter quos duo sunt, Jacob Toledanus barba ruffa, et Salomon Abanszabath cognomento, statura brevi, quos potissimum Judas Toledanus redempturus plurimum apud nos instit, ut eorum liberationem curaremus, quod officium libenter suscepimus gratia commodi tuae magnificae dominationis. Quare offert hic Judas pro utroque jam supramemorato captivo aureos ducentos venetos vel turcicos, 200 tantum, quum se pauperrimum hominem esse asserit; caeterum nec captivos etiam ipsos esse tanta fortuna, ut possent eam pecuniam pro se dare, quam exigit tua dominatio. Quid igitur hac in re habeat animi, num eos velit manumittere, et id quanta pecunia, rogati petimus ut nos faciat certiores, praesertim si cogitat, curam hanc nostram fore illi gratam. Quandoquidem hoc ipsum negotium in nos si rejecerit, ita illud tractabimus pro suae dominationis commodo et voluntate uti ab eadem edocebimur. Interim vero ut eos mitiore velit tenere carcere etiam atque etiam rogamus, sciatque hunc Judam Toledanum Jacobi redimendi fratrem esse germanum. Bene et feliciter valeat. Constantinopoli 10. Martii 1555.

*) Mind Verancsics a felebbi levélben, mind Busbeck ide hátrább világosan martius 9-dikére teszik az indulás napját, de Konstantinápoly itt talán a vele szemben fekvő, Scutari helyett áll, ha a napban vagy évben nincsen hiba.

Digitized by Google

XX

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek á király.

Reverendo, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis 1555. maj
dilectis, Anthonio Verantio, episcopo Quinque-ecclesiensiensi, praeposito Pornensi, Francisco Zay, generali Nazadistarum capitaneo, Augerio a Busbecke, aulae nostrae regiae familiari, nostris consiliariis, ad serenissimum imperatorem Turcarum destinatis.

Verancsics kezével:

Perceptae Constantinopoli 24 Junii 1555.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae, etc. rex.

Reverende, magnifice, ac nobilis, fideles nobis dilecti! — Allatae sunt nobis cum litteris serenissimi principis Turcarum vestrae quoque litterae ad diem sextam, et duplicatae ad octavam proxime praeteriti mensis Februarii datae, ex quibus, ut ex aliis quoque omnibus prioribus litteris vestris solitam vestram tractandorum negotiorum nostrorum diligentiam, prudentiam et industriam luculenter perspeximus, quam, ut antea semper plurimum probabamus, ita nunc quoque admodum grato et clementi animo a vobis accepimus, erimusque eorum omnium, de quibus nos fideliter monuistis, memores, idem studium de caetero quoque a vobis expectaturi. Non putamus autem nunc pluribus ad singula respondendum esse, sed sufficere, si brevibus, quae scire desideratis, in hisce litteris nostris perstringamus.

[Primum, quod attinet ad nunciata et litteras Petri Petrowich: miramur sane insignem hominis le-

Digitized by Google

vitatem, qui huiusmodi sua commenta et fabulas imperatori Turcarum, ac passis suis nunciare et scribere non erubescat, cum nobis nec in mentem quidem venerit, tales ad reginam Isabellam litteras scribere aut ejusmodi tractatus agitare, quibus filio ejus Transsylvaniam pro dote polliceremur. Nos enim eam provinciam neque nunc, neque posthac, Deo propitio, cedere intendimus.

Ad haec, licet superiore aestate nebulo quidam Varsoviae captus fuerit, qui se nostro nomine a nonnullis consiliariis et subditis nostris ad tollendum e medio dictae reginae filium subordinatum fassus est, tamen falsa sunt ista omnia et commentitia, nobisque praeter veritatem impinguntur. Quod sane, ut omnibus manifestum fieret, obtinuimus a genero nostro serenissimo rege Poloniae, ut capitvum illum in potestatem suum receptum denuo, praesente commissario nostro, cum interrogatoriis ad hoc deputato, per torturam examinari jusserit, idque examen in horas exspectamus.

Insuper illud quoque a veritate alienissimum est, quod de nonnullorum baronum et nobilium Bohemorum ante dictae reginae, et filii sui studiosorum poena in litteris nugatur: neque enim quisquam eorum hac de causa suspicionem aliquam apud nos unquam incurrit, neque etiam ullus alicujus nobis suspicionis causam praebuit, tantum abest, quod quempiam ipsorum propterea capi aut plecti fecerimus.

Immo nec his, quae de illustri marchione Brandenburgensi electore scribit, fides est adhibenda. Nam dilectionis ejus existimatio, sinceritas, integritasque major nobis esse videtur, quam, ut eandem se hisce rebus immiscere credamus.

Digitized by Google

De oratore autem dicti serenissimi filii nostri regis Poloniae, quem regis Franciae orator venturum jactat, nihil constat nobis, an aliquis a serenitate ejus serenissimae sororis suae nunciis adjungatur, nec ne? Neque nos in eius expeditionem consensimus, nec credimus etiam, serenitatem eius apud Turcarum imperatorem, vel passas suos quidpiam, quod nobis, vel fidelibus subditis nostris nocere possit, agitare. Quare non est, quod hisce rumoribus moveamini a via et modo tractandi vobis praescripto, sed instructioni, qua abunde monemini, quid hac etiam in parte a vobis fieri velimus, insistatis,] non dubitantes, si quid ejusmodi incidisset, quin dudum vos de eo edocendos curavissemus.

Quod autem sedulo operam dare velitis, ne separemini, sed, ut simul ad portam principis Turcarum accedere, commissaque negotia exequi possitis, nobis valde probatur: neque enim alius est sensus instructionis nostrae, divisionem istam concedentis quam, ut in hanc tum demum condescendatis, quando secus fieri minime posse cognoveritis. Verum tamen litterae principis Turcarum spem nobis fecerunt, nihil ejusmodi metuendum esse.

Quod Dely Sabacz facultatem represáliarum, seu arrestandi aliquos mercatores nostros causa pecuniarum sibi ab haeredibus quondam Nicolai a Salmis debitarum impetraverit, molestum nobis accidit. Indignum enim est, aliquem alienam culpam sustinere. Quare denuo committemus illis serio, ut homini citra moram ac tergiversationem satisfaciant.

De commissariis juxta voluntatem principis Turcarum constituendis, qui damna utrinque in confiniis sub induciis illata cognoscant, nihil dum a passa

Digitized by Google

Budensi acceptum est. Quando autem deinceps aliquid ejusmodi afferetur, nos quoque desuper id, quod fidelibus nostris subditis et aequitati convenire videbitur, praecedente matura deliberatione, statuemus.

Caeterum non cessant Turcae etiam nunc, uti ad nos tum a serenissimo filio nostro rege Bohemiae, tum ex multis aliis locis subinde perfertur, rapinis et caedibus in ditionem nostram, posthabitis et mandatis domini sui principis Turcarum, et induciarum jure violato, quotidie grassari, et non solum vi, sed dolis etiam, practicisque arces et loca nostra aggredi et tentare, uti ex adjunctis scriptis fusius cognoscetis, quae omnia in eum usum vobis mittimus, ut rem isthic, quatenus vobis consultum videatur, proponere, et pro remedio laborare sciatis, siquidem talia ista sunt, quae diutius tolerari omnino nequeant.

Quod pecunias a Scaramella mutuo levaveritis pro necessariis Asiatici itineris impensis, bene fecistis, nec dubitamus, quin jam acceperitis, vel propediem accepturi sitis litteras, quibus vobis significavimus, unde imposterum pecunias, et quantam summam mutuo petere poteritis, adeo, quod hac etiam in parte vobis abunde provisum esse existimemus.]

Filius chiausii vestri a quonam, et ubi captus teneatur, nos non latet, quin, postulantibus primariis passis, quatenus hoc negotium pacis ex animi nostri sententia successerit, restitui poterit; sed recte profecto et vere respondistis; quod Hamzabeghi ingratitudo huic et aliis captivis plurimum obsit. Dimisimus saepe et alios plures Turcas ad instantiam passarum, pro quibus nulla unquam gratitudinis significatio nobis exhibita fuit, et perpauci ex nostris ab illorum parte, dimissi sunt.

Digitized by Google

Porro commendationis vestrae humillimae pro Stephano Nagy clementem rationem habebimus, et viatici quoque uberioris in futurum talibus tabellariis nostris constituendi non obliviscemur, ac tandem vobis quoque egregiam operam, fidem, sollicitudinem et diligentiam vestram pro nostra in vos benignitate et gratitudine liberaliter rependere propensi erimus.

[Postremum scitote, nos etiam accepisse litteras vestras de adventu Augerii die XXIII. Januarii datas, in quibus, cum nihil appareret, quod maturam responsionem requireret, hucusque tacuimus, licet neque nunc satis videmus, quid ulterius ad eas vobis rescribamus, praeterquam, ut approbemus et laudemus omnia, que tum vos egisse apud Hruztanum passam et Ibram passam scripsistis; nec displicere nobis mutationem doni per nos passis illis deputati, idque ex causis in dictis litteris vestris expresse demonstratis.] Et haec sunt, quae per hasce litteras nostras ad vos perferri voluimus. Datum in nostra et imperii civitate Augusta Vindelicorum die XXIX mensis Martii, anno Domini MDLV°. regnorum nostrorum Romani XXV°. aliorum vero XXIX°. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium J. Jonas D. vice-cancellarius m. p. M. Singkhmoser. m. p.

Digitized by Google

XXI.

Busbeck, társaival, Verancsicscsal és Zayval a szultánhoz utazik, s előadja, mint fogadtattak általa. *)

Rebus ad iter compositis et acceptis ducibus, die Martii 9. transmisimus in Natoliam. Sic enim Turcae hodie Asiam vocant. Nec sumus eo die longius, quam Scutarium usque progressi. Is pagus est in littore Asiatico, veteri Byzantio oppositus, eo loci ubi olim, aut certe paullo superius, Chalcedonem nobilem civitatem fuisse existimatur. — Inde postridie digressi, — eo die ventum est in pagum, quem Cartali vocant. — Ex Cartali venimus Gebise, Bithyniae oppidum, quod olim Libyssam fuisse putant, Hannibalis sepulchro celebrem. Quarta, postquam Constantinopoli discesseramus, mansione veneramus Nicomediam, vetus et fama clarum oppidum. — Nicomedia, transmisso montis Olympii jugo, in pagum Kasockli venimus; ex hoc Nicaeam, sed serius, caepta jam prima vigilia. — Nicaeae sequenti die mansimus. Puto me eadem in aula quievisse, in qua olim habitum fuit concilium Nicaenum. Jacet Nicaea in ripa lacus Ascanii. — Profecti Nicaea venimus Jenisar, ex Jenisar Ackbyuck, inde Bazargyck Bosovick sive Cassumbasa, in arctissimis angustiis montis Olympi situm. — Ex his angustiis in latissimos campos descendimus, in

*) Kivonat Busbeck Legationis Turcicae epistola primá-jából (Augerii Gislenii Busbequii omnia quae exstant, Basel, 1740, 64—96. ll.), melyet a Verancsics irományai között itt felmerülő hézag pótlására ide iktatandónak véltem.

Digitized by Google

quibus primam noctem sub tentoriis egimus. Id enim visum ad tolerandum calorem aptius. Locus dicebatur Chiausada. — Ex Chiausada venimus in Karaly; ex hoc in Hazdengri, deinde in Mazotthoy; ex Mazotthoy, transmisso Sangario fluvio, qui defluit in Pontum ex Phrygia, venimus in Mahathli; ex eo in Zugli; inde Chilancyck; ex Chilancyck in Jalanchich; ex Jalanchich in Potughin; inde attigimus Ancyram, quam Turcae Angur vocant. Ancyrae mansimus unam diem. In magnis caloribus parum properabamus, nec causae esse credebant Turcae, cur amplius festinaremus, morante adhuc oratore regis Persarum, cum quo nos eodem fere tempore volebant venisse Amasiam. — Veterum numismatum ibidem (in tot pagis quot supra nominavimus) magnam passim copiam reperiebamus. — Ancyram venimus mansione a Constantinopoli XIX. Est id oppidum Galatiae, Gallorum aliquando sedes, Tectosagum Plinio et Straboni non ignotum. — Hic pulcherrimam vidimus inscriptionem, et tabularum illarum, quibus indicem rerum a se gestarum complexus est Augustus, exemplum. Id quatenus legi potuit, per nostros homines transscribendum curavimus. — Ancyra venimus in pagum Balygazar; hinc in Zarakuct, mox in Zermec Zii, inde venimus ad ripam fluvii Halys. — Adstabat forte ibidem homo rusticanus: ex quo per interpretem quaesivimus, num is fluvius piscibus abundaret, et quemadmodum caperentur. Respondit ille: piscium esse satis, sed capi non posse. — Habebat alter e meis collegis Franciscus Zay retia, quae mox ad piscationem expediri jussit. Capti cum alii pisces, tum frequens Danubio silurus. — A ripa fluminis Halys (Turcis Aitoczu dici puto) venimus ad Goukourthoy. Inde Choron, post

Digitized by Google

in Teke Thioi. — Ab hoc loco mansio una tantum interfuit, nimirum Baglison, ut veniremus Amasiam, quam quidem attigimus trigesimo die postquam discesseramus Constantinopoli, Aprilis septima; venientibus aliquot occurrerunt Turcae, qui gratulentur adventum, et honoris causa deducerent. Amasia urbs fere praecipua est Cappadociae, — jacet sub adversis collibus ad utramque transfluentis Iridis ripam. — Ad supremum passam Achmat, reliquosque salutatum ducti sumus. Nam princeps ibi aberat, egimusque de mandatis, quae habebamus a caesare, passis, ne causae nostrae statim viderentur iniquiores, haud admodum aedversantibus, et totam rem ad principis sui voluntatem rejicientibus. Qui postquam venit, sumus ad eum introducti. Sed ille nec orationem, nec rationes nostras, nec mandata animo aut fronte satis benigna suscepit. — Veluti fastidiens, nihil aliud respondit, quam: Giusel, giusel: hoc est, pulchre, pulchre. Ita sumus domum dimissi. — Ita nos quidem cum exigua spe, quicquam eorum quae postulabamus obtinendi, discessimus. Venerat Maji decima orator Persicus, — (ei) pax illico data, quo nobis, quibuscum plus futurum videbatur negotii, major cura injiceretur. — Nihil nos, quod quidem aequitatis speciem haberet, a Turcis potuimus impetrare. Tantum de semestribus induciis, dum deferri responsum, referrique posset, inter nos convenit. Veneram ordinarii oratoris loco futurus, sed cum nihil etiamnum esset de pace confectum, visum est passis, ut cum litteris Suleimanni ad regem meum abirem, ad quas, si ei videretur, responsum referrem. Ita denuo ad principem introducor. Injiciuntur mihi palmatae duae, amplae, talares, quibus vix par eram ferendis. Meis

Digitized by Google

quoque famulis omnibus donantur diversi coloris vestes sericae: quibus induti me comitabantur. Procedo cum hac pompa, — et principem, acceptis ejus litteris, panno aureo tectis et obsignatis, valere jubeo. Ex famulis quoque honestiores salutatum ad eum admissi. Postremo passis similiter salutatis, discedo Amasia una cum collegis postridie kalendas Junias. Mos quidem est, ut discessuris oratoribus prandium in divano — praebeatur: sed amicis. Nostrae res nondum erant pacatae. — In summis Junii coloribus itineri nos dedimus. — Venimus Constantinopolim die Junii vigesimaquarta. — Constantinopoli ad quatuordecim circiter dies moratus, dum me reficio, iter ingredior Viennam.

XXII.

Ferdinándnak Szulejmán.

Sultan Sulyman monarcha Ferdinando Jesuitarum *) gubernatori.

1555. Junius. Nuper quum venissent ad excelsissimam justitiae conservatricem, omnibusque jus suum tribuentem portam nostram (quae omnium principum, regum et imperatorum est jucunditas, quies et portus) oratores cum litteris vestris, benevolentiam erga nos et portam nostram (quam Deus semper conservet) significantibus, exposuistis omnem vestrum amorem, apertam, sinceram et indesinentem erga nos voluntatem in omni humilitate, ut etiam audivimus et intelleximus ex ore et verbis duorum vestrorum oratorum; et

*) Értsd: Christianorum.

Digitized by Google

quicquid pertinet ad Transsylvaniam, partes et negotium ejus, qualis esset voluntas vestra; et insuper quomodo regina multis suis litteris vos impulit, ut illam secum permutaretis; et omnino quidquid loquutum, conventum et contractum inter vos est: quomodo sibi et filio suo ducatus duos dedistis, unde quilibet rex posset vivere, propter amicitiam, quam cum illis fecistis, et finaliter ad voluntatem illorum satisfecistis, quod omnino a vobis factum esse in honorem magnitudinis nostrae, ipsi exposuerunt; quumque nihil operati essetis nisi bonum, tamen postea omnes scripturas suas authenticas et juramenta voluerunt subvertere. Notificaverunt amplius, desiderium vestrum esse, ut vobis concederemus regionem Transsylvaniae, et praeter supradicta omnia, quae copiose et cumulate sunt delata ad nostram sapientiam imperatoriam, respectu istius regionis et filii regis Joannis specificatum intelleximus.

Quumque ita sit, quod favore divino nobis propitio regiones Hungaricae, et partes Transsylvanicae, cum omnibus appendicibus acquisivimus gladio nostro imperiali acutissimo, ita ut nunc connumerentur inter alias nostras regiones imperatorias; sintque adeo nunc in manu et possessione servorum et subditorum nostrorum: ex illis aliquem locum seu partem dare sine ratione, famae nostrae imperatoriae non videtnr conveniens, sed omnino remissi animi; et jam antea, quum regi Joanni, regi Hungariae, et postea filio suo regio Transsylvania cum vexillo nostro concessa esset, id sane dederamus eleemosynae gratia, quoniam erant ipsi fideles et affectionati omnino ad excelsam portam nostram, sicut et nunc versus quoscunque potentes principes, qui ad nostram excelsam por-

Digitized by Google

tam amorem, fidelitatem et signa ejus ostendunt, nostra gratia effunditur. Unde quum eam regionem nostro acutissimo gladio acquisissemus, et servitoribus nostris concessissemus in eleemosynam, essetque in manibus ipsorum, ut inde viverent, sine nostro imperiali mandato de illa permutationem facere voluntas nostra imperatoria non permittit; quin etiam filius ipse regis Joannis, quomodo ex illo loco, vellet nollet, constrictus fuerit abire, per oratores ad excelsam portam nostram significavit; et quomodo in praesenti secundum mandatum nostrum venit in fines Hungariae ad repetendum focum paternum, postulans ut sibi in auxilium daremus nostros servitores beglierbegos et sanziakos, cum aliis nostris exercitibus, qui in finibus sunt, quos Deus semper adjuvet, orans, ut sibi ad illos mandata nostra daremus, quae jam sane data erant secundum postulationem ipsius. Sed quum in praesenti vestri oratores, qui missi erant ad excelsam portam nostram, petiverint licentiam ad vos revertendi, ut exquirerent voluntatem et sententiam vestram super isto negotio Transsylvaniae et redditione ipsius, insuperque pro tractatu foederum et pacis, ad id exquirentes sex menses, intra quos possint ipsi ire et reverti ad nos; et ut interea sint induciae inter nos; idque ipsis concessum esset: in fide Christi magistro Augerio data est licentia a magnitudine nostra, ut eat et revertatur intra id tempus, simulque expedita sunt mandata excelsae portae nostrae ad subditos nostros, qui in finibus sunt, ut interea dum veniet responsum vestrum super foederibus istis et redditione Transsylvaniae, observent ipsi dictas inducias; et certe nou contrafacient.

Digitized by Google

Unde et vos similiter facite et mandate dominis et subditis illis vestris, qui in finibus vestris sunt, ut et ipsi idem faciant, secundum conventa et promissa juramento, nec contraveniant. Interea dum orator vester ibit et revertetur, miseri subditi ex utraque parte sint in quiete et sine ullo impedimento; et auxiliante Deo, quum ipse orator vester reversus fuerit, ferens responsum vestrum, et contulerimus quid speciatim sit voluntatis nostrae: inclinabimur ad responsum dandum.

Quodque antea non attendimus ad illas partes Transsylvaniae, nec de ea cogitavimus, in causa fuit, quod Cazilbas nobis non esset obediens. Sed nunc Deo adjuvante, quum in regnum suum intrassemus, omnino illum punivimus; et postquam a regressu nostro ab illo in his partibus hybernavimus, ipse intelligens, quod debilis est et impotens resistere contra nostrum innumerabilem exercitum, vidit clare, sicut est sol in die, ad nihilum se reductum iri. Unde cum omni bono animo et sincera dilectione misit ad excelsam et liberalem portam nostram famosos et egregios milites oratores, qui cum innumerabilibus muneribus XI. die mensis Maji venerunt in hunc locum; et salutem invenit, exosculando extremitates portae nostrae; et ex parte ipsius multam benevolentiam et fidelitatem, cum prompti servitii exhibitione ad portam nostram attulit, et quum errorem, quem in fide nostra habebat, reliquisset, foedera multa inita sunt inter nos, ut secundum rationem subditi ex utraque parte in tranquillitate maneant, ut ipse petebat et nostra excelsa porta ad postulatum ipsius concessit; et vinculum unitatis confirvamimus, ipsiusque orator gratias multiplices et honores a nobis nostrisque consequutus

Digitized by Google

est; posteaque quam cum nostra benevolentia dedimus licentiam redeundi ad dominum suum, die 2. Junii discessit a nobis. Unde gratiae Deo omnipotenti pro beneficentia sua sunt agendae, quod ex hac parte omnia, quae volebamus, secundum voluntatem nostram imperatoriam sunt finita; indeque ad sedem nostram imperatoriam ire deliberavimus, Deo altissimo adjuvante, brevi tempore; et urbs Constantinopolis clarificabitur nostro adventu clarissimo, adeo omnino expectamus, omnia habitura bonum exitum. Igitur oportet ut etiam vos responsum vestrum intra illud tempus, quod concessimus, non differatis, et cum hominibus vestris ad excelsam Portam mittatis. Datum in sede nostra Amasia Cappadociae, die 10. Redzsep (962).

XXIII.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Sacratissimo regi suo Verancius et Zay.

1555. jul. 1. Quum ex aliis litteris nostris Augerio collegae nostro datis constabit majestati tuae facinus Emerici cognomento Magni, vajvodae, ut vocamus, nazadistae praesidii Comaroniensis, comitis nostri, quod apud nos Amasiae perpetravit, locum ejus jam vacare in classe tanto ejus demerito, haud dubie credimus. Et quia alius nobiscum est ejus ordinis miles, nomine Michael Giwry, nunc emeritum ab hoc stipendio tempus agens, armis tuae majestatis silentibus, vir quidem probus, fidelis, militaris, et cui Franciscus Zay facile testimonium et visae et experientia pluribus locis cognitae ejus virtutis praebet; quum praeterea

Digitized by Google

hic etiam nobiscum quam diutissime permanendi nullam nec refugit nec deprecatur moram, cupidus inserviendi tuae majestati: quare supplices petimus, ut innatae suae clementiae et liberalitatis ergo velit eidem Michaeli pro ipsius quum praeteritis tum futuris meritis locum supramemorati Emerici gratiose conferre, quo dignum esse vel ea etiam causa arbitramur, quod Tattae quoque superiori bello non mediocri cum laude gesserit praefecturam. Quicquid igitur gratiae et munificentiae suae in hunc ipsum Michaelem petitione nostra contulerit, nos etiam nostris obsequiis curabimus promereri. Tua majestas felix valeat. Constantinopoli, prima die mensis Julii 1555.

XXIV.

Magyarország tanácsának Verancsics és Zay.

Verancius et Zay consilio regni Hungariae.

Quid ad vos id temporis privatim possemus scribere, amplissimi viri, aliud equidem non invenimus, quam quae ad regem scripsimus, eaque quoniam ab eo intellecturos esse non ambigimus, ipsi a tot scriptionibus consulto supersedebimus propter non alienas causas. Illud vero non reticebimus, quod et princeps hic et passae ejus durissime gesserunt se cum rege nostro; quod vobis sole jam clarius constitisse, certum est. Nec dubitari oportet, nunc demum rem regni nostri in maximum, maximeque anceps discrimen conjectam esse, cui si mature opportunis aliquibus consiliis non prospexeritis, verendum est, ne paulo post graviora sentiatis. Quae tamen Deus Opti- 1555. jul. 1.

Digitized by Google

timus Maximus procul avertat! Super autem omnia, si via aliqua est aut submovendi Joannis regis filii a Transsylvania, aut in meliorem semitam et in saniorem cogitationem, piamque regis voluntatem reducendi, nunc certe omnes vires intendendas esse consulimus. Quia quid hinc inposterum vel securitatis vel commodi vel famae et sanctae amicitiae ex foederibus, quae tam duris conditionibus offeruntur, sperare possimus, existimamus et nos hac legatione perspexisse, et vos jamjam perspecturos, sic ut magnopere falli et frustrari nos certissimum est, quum huic nihil unquam a crepundiis suis, uti conjicimus, magis doluit, nihil tulit aegrius, quam quod aeque de nostra atque de Persica pace, uno tempore pro arbitratu suo non triumpharit. Quippe omnino sibi persuaserat, quod nos quoque regem nostrum pedibus ejus abjecissemus, uti Persa abjecit suum. Quare maxime nunc putamus esse enitendum, ut his undique imminentibus periculis talibus occurratur rationibus, quae et regi et vobis videbuntur esse magis opportunae. Quia hostes firmissime apud se crediderunt, Hungaros jam prorsus viribus defecisse, et nihil praeterea eis vincendis restare, quam ut princeps quoque eorum, quod ipsi hostes dictitant, succumbat herba porrecta victori.

Vellemus posse gratiora scribere, sed quoniam nequimus, vix etiam non emorimur. Elati enim hostes, hinc pace Persica et Galli in Christianos insania, illinc deditione Pueri et tot rebellium quorumdam studiis, quos plurimos apud nos habere sese, jactitant, nobis certe nihil amice, nihil suave occinunt, ut qui manifeste subjectionem regis nostris exigere videantur. Igitur quid tandem et vos et ejus majestatem agere oporteat, ne de nobis tam maximis spebus

Digitized by Google

hostes potiantur, vel ex his intelligite. Nos vero quam diligenter, quam acriter fideliterque munere nostro hic perfuncti simus, et scripta nostra testabuntur, et collega noster referet Augerius, qui nobiscum una egregie laboravit; nec hostes quoque tacituros arbitramur, tametsi non parum aliquando sedulitate et vehementia nostra visi sunt fuisse laesi. Quo magis omnis haec nostra actio debebit a vobis serio considerari, ut celerius publicis rebus consulatis, ne improviso extremis opprimamini.

Haec de publicis. De privatis: quoniam vobis nos curae esse non dubitamus; haud dubie perlibenter domum rediremus, si quae adesset honesta ratio. Quamquam si quid adhuc erit, quod hic agamus publico commodo, en nostra servitus, en opera! Observamus tantum, ut gratia tutelaque vestra tam nos hic non destituamur, quam istic nostri ac nostra. Valete feliciter. Constantinopoli, prima Julii 1555.

XXV.

Guzman Mártonnak Verancsics Antal.

Antonius Verancius Martino Guzmano S.

Exstitit mihi sane quam gratissimum, requiri 1856. jul. 1.
meum abs te officium, quod tibi ita dudum tradidi atque addixi, ut magnopere etiam percupiam ac petam te, eo ut uti velis quam saepissime et quam liberrime, quum in vita nihil aeque amem, quam summorum hominum gratiam atque amorem demereri. Quare mitto tibi per Augerium Busbecchum collegam nostrum scyphos coriaceos, Turcis vulgo zomacchos

Digitized by Google

appellatos XII., quorum V. longioris formae sunt, in sese complicati, quadrati vero reliqui, et domi magis quam foris in usu habiti, quod ensi alligari perraro soleant. Pluribus autem distinctos coloribus non licuit invenire, quum Turcae vascula ejusmodi coriacea, quibus potant et aquantur, non multo aliis coloribus distinguant, quam hos videbis. Misissem etiam alia vasa ejusdem operis et materiae, sed collegae inpraesentia cum expedito apparatu festinaturo ad regem nolui esse oneri, ne alienis impedimentis molestius a cursu remoraretur, cujus equi asiatico itinere fatigati, etiamnum dubito, an Viennensi, ut res poscit, sufficient. Verum si in patriam sospes rediero, plura ipse afferam, quam tu etiam desiderare potuisses, postquam qui auro, argentoque cumulatius abundent, concupivere coriacea, quae ego etiamsi non sim avarus, libens commutarem cum argenteis minime Mydam imitatus, cui quum essent omnia aurea, lapidea esse cupiebat. Hoc autem genus opificii an uspiam gentium nobilius, et majore arte atque elegantia exerceatur, quam apud hanc, vix scio. Quo fit, ut mirum videri non debet, si homines nostri vasa ejusmodi tam curiose expetant. Quadratis in altero latere, quo plani sunt, ansulae argenteae trium digitorum captui idoneae applicari solent. Quibus apponendis nec voluntas mihi, hercle, defuit, nec obstitit avaritia; sed quia ipso in procinctu collegae nostri emi eas contigit, minus omni ex parte absolutos mittere potui, in quo me ut excusatum habere velis, etiam atque etiam rogo.

De legationis nostrae exitu a collega nostro cuncta intelliges. Qui ut in hujusmodi muneribus obeundis aptissimus sit et humanissimus, ita diser-

Digitized by Google

tissime etiam non principi solum sed et tibi et aliis senatoriis viris hoc officii genere satisfacturum non dubito. Nec est, quod sim his longior; tibi tantum curam ac tutelam mei commendatam esse pervelim, teque magnopere peto, ut si quae alia sint in his regionibus, quam vasa coriacea, mihi quam familiarissime mandes atque injungas, idque ea fiducia, ut experturum te plane confidas, non solum quanti ipse te et animo et judicio meo faciam, sed etiam quantum officiorum meorum in te conferre studeam atque desiderem. Quod ut facilius aliquando praestare possim, in patriam sane tandem revocari, etiam si videbor tibi ineptire, magnopere velim, quum legationes hujus loci adeo graves mihi esse videantur, ut vix dignas putem, quae a liberis, ab ingenuis et ab hominibus virtute aliqua praestantibus suscipiantur. Quamquam mihi alioqui nullum tam grave muneris genus ullo tempore poterit a rege nostro, optimo et clementissimo principe imponi, quod ejus gratia non sim et leve et lene existimaturus, illud unicum ingenue confessus ac testatus, apud hanc gentem nec episcopum, nec sacerdotem nostri dogmatis decere publica agitare negotia, nisi si cui evangelicae functionis ministeria incumberent et martyrii honores ambirentur. Vale. Constantinopoli, prima Julii 1555.

Digitized by Google

XXVI.

Lucretius János Albertnek Verancsics.

Verancius Joanni Alberto Lucretio S.

1565. jul. 1. Librorum eorum causa, quos inquirendi mihi provinciam injunxisti, omnia fere in hac urbe perverti Graecorum, Armeniorum et Judaeorum neglecta jam et multa carie confecta scrinia. Sed praeter duos hebraicos cum desideratis abs te interpretibus non inveni, eosque ad te per Augerium Busbecchum collegam nostrum misi. De Maroniticis nullum offendi vestigium, quorum hic etiam memoria interiit. Qui restant, eos aut omnes aut partem brevi expecto ab Hierosolymis, si qui modo in ea civitate poterunt inveniri, in qua quum adhuc aliquot ejus gentis coenobia supersint, tum etiam per totam Syriam coloniarum reliquiae inveniantur, mirum fieri putarem, si aliqui inquirentibus non occurrerent, inquirendorum autem curam fratri Bonifacio, monacho professionis Franciscanae, Ragusii oriundo, Asiae commissario, viro religioso apprime docto, et mihi summa, vetereque amicitia conjuncto imposui. Erat enim Amasiae agens causam pro liberatione montis Syon per Turcas haud ita pridem occupati et religionis suae coenobiis insessi, possessique. Quare scito, me non fugisse officium, nec operam ac studium intermittere, quo te non multo post vel ex toto vel ex parte faciam compotem tui desiderii, quum idem frater Bonifacius venturum sese huc ad calendas Septembres obtulit, ultimum apud hos passas finem causae suae accepturus. Tibi itaque

Digitized by Google

persuadeas, Lucreti, velim, me non secus optare satis tuis et votis et mandatis facere, quam viri, cui me deditissimum esse agnoscam et gratificari maxime cupiam.

De statu nostro et de legationis nostrae cursu quicquid scire volueris, ab Augerio collega nostro intelliges, qui quidem dignissimus est, ut et gratia regia majestas amplectatur, et in gravibus ac magnis rebus utatur ejus opera. Nobis vero huic Nassae (?) exemptis ac in patriam revocatis, quod maximae immo etiam ingentis gratiae ac munificentiae loco simus accepturi, belle, feliciterque nos rem gessisse judicari debebimus, si hinc evadere sciverimus, utcunque reliqua perfecerimus. Quae quidem si ipsi Platones, Theophrasti, Catones, Cicerones et quicquid fuit Athenis veterum Academiarum agitassent, absit verbo jactantia, qua alioqui semper vel natura ipsa carui, vix certe melius, vix felicius egisse potuissent, negata Transsylvania, quam nos etiam nunc pernegamus et mordicus retinemus.

Offmano, Marsalco ac doctori Jonae, summis regis nostri senatoribus obsequia mea de meliore nota commendes, tu vero officia amplectere. Vale. Constantinopoli, prima Julii 1555.

XXVII.

Saland Józsefnek Verancsics.

Verancius Josepho Salando medico S.

Quod prius ad tuas litteras non respondérim, quae quidem mihi magnopere fuere et gratae et jucundae, Asiaticum iter, et haec ultima legationis 1555. jul. 1.

Digitized by Google

nostrae actio, si erit ultima, intercessit. Tantum enim attulit nobis negotii, ut hausti prope molis ejus magnitudine, vix ei visi sumus sufficere potuisse. Et quanquam causa ipsa nostra undiquaque aperta, clara, plana, aequaque et penitus sine omni nodo ac difficultate esset, ea tamen ab difficilibus ingeniis, ne dicam aliter, excepta, Atlanticum pondus videbamur subiisse, quemadmodum Augerius Busbecchus collega noster et tibi et omnibus aliis amicis nostris poterit referre, et testificari, qui ea fortitudine atque constantia simul nobiscum in eadem harena depugnavit et conflictatus est, ut eum hominem in aetate juvenili constitutum, sane magno et praestanti tum animo, tum ingenio esse judicarem. Tui alioqui per omne hoc tempus semper, Josephe mi, et memini diligenter, et repetere consuetudinem nostram sic cupii, ut quae mihi singulariter amantur ac desiderentur. Quare habebis hoc meum silentium excusatum. Nec diffido habiturum, quando id officii nostri a rege quoque nostro desiderari passi sumus, quum nec tabellarios satis certos haberemus, nec possemus usque in finem horum animum de re, quae nobis cum illis agebatur, consequi, adeo in solum quoddam punctum tota et tanta res nobis, vel potius inter nos et hostes perducta fuerat, ut utrisque incertum maxime esset, quonam demum finis ejus inclinare debuisset. Sed de hoc satis. De bona vero opinione regis Maximiliani, quam dicis eum de me concepisse, laetatus equidem sum, et magnopere laetor quum tanti regis gratia, tum isto tuo testimonio, tibique habeo gratias immortales, quod me tantis curis et periculis pene obrutum accessione voluntatis erga me tam praeclari principis solari, ac levare plane non praetermiseris. Cui me ita

Digitized by Google

recipio omnibus in his rebus, mihi a patre ejus sanctissimo rege demandatis eniturum fide atque industria mea, ut etiam inposterum nunquam ea opinione falletur, interim tamen ut me in ejus majestatis clementia velis, enitarisque pro tuis viribus continere, quotiescunque in sermones illius te praesente incidero, etiam atque etiam rogo. De bolo Armeno, terra sigillata sive Lemnia, non est, quod labores. Dives his revertar si revertar sospes. De statu ac rebus harum regionum Augerius coram referet. Sed nihil est, quo delectari poteris, adeo omnia vetera nova horum barbarie suppressa sunt, et fere abolita. De Augerio vero, ejusque animi dotibus et voluntate erga me quod scripsisti, recte profecto sentis, nam et amore illum semper complexus sum eximio, et judicavi esse dignum, qui propter virtutes suas magni habeatur, mihique optatior collega vix ullus alius dari potuisset. De reliquo quid attinet dicere? Magistratus eum nobis ostendit, quem egregie et viriliter gessit. Atque ego dudum illum his in muneribus versatum exercitatumque fuisse credidi, tam gnaviter, tam prudenter, tam caute, et senili ac veterana quadam gravitate nobiscum gessit hoc negotium. Unde polliceri non dubito, quod, si pax nobis ex sententia contigerit, plurimum hac legatione rebus regiis commodaturum Augerium, quod persuasum cunctis esse et cupio et suadeo. Genuina dexteritate non caret. Vale. Constantinopoli, prima Julii. 1555.

Digitized by Google

XXVIII.

Paksi Jánosnak Verancsics.

Verancius Joanni Paxio S.

1555 jul. 1. Nos hic impensis plurimis exhaurimnr, nec usque adeo pecunia regis uti audemus, ne nobis largiora nostra impendia vitio verterentur a quaestoribus ejus camerae, quamquam oratoribus ejusmodi impendia, qui principis dignitati, et suae existimationi student, nullo nec loco, nec tempore, civili, seu domestica parsimonia restringi debent, ne sordidi habeantur, quod vel hic eis cavendum est, qui legatos agunt. Ubi, si dona et largitiones tua sponte non ingeras, aut saltem facile petitus porrigas, ea profecto impudentissime efflagitaris, impudentiusque objurgeris, si aversus obsurdescis et manum astrinxeris. Quare ad propriam etiam nobis interdum est accedendum. Propterea Michael Jurius unus ex nazadarchis classis regiae, qui nos sunt ad hoc iter comitati, quum sit in meis partibus, mihique summa sedulitate operam navat, nequeo non ejus merita mea liberalitate et grati hominis officio compensare. Eapropter quum hinc haud facile possit uxori ac liberis suis necessaria vitae alimenta suppeditare, omnem hanc ejus curam et sollicitudinem in me ipsum suscepi, tecumque eam mihi, tua erga me benevolentia fretus, communem facere non dubitavi, quum nec mihi nec ipsi quoque tam longo ac periculorum pleno itineri tutum sit committere pecunias. Igitur te majorem in modum peto, ut familiae ipsius Michaelis eo numero

Digitized by Google

aureorum nummum subvenias meo nomine, quo omnem vitam, dum nos hinc redierimus, sine rerum necessariarum defectu poterit traducere; quod si gratia mea perfeceris, rem sane non tam onerosam, quam multum etiam piam, mihique oppido gratam perfeceris, quum id officii, immo et beneficii in me collatum fuisse judicabo. Ne autem tantum pecuniae eroges gratuito, mandavi Michaeli fratri meo germano per litteras, his tuis inclusas, ut summa ejus pecuniae quantacunque fuerit, eam tibi mox a lectis litteris et mandato meo cognito perofficiose restituat. Sin vero ad meum reditum satisfieri tibi censueris, in te sit quicquid vel per me ipsum, vel per meos fieri libuerit. Me etenim nunquam nec ingratum, parcumve ad officia referenda, nec tardum ad mutua persolvenda invenies. Haec his pro Michaele Jurio, homine mihi necessario et valde commodo. Aliis perscribam publica, et quidem prolixius, ne semper de laconismo meo expostules. Vales. Constantinopoli, prima Julii 1555.

XXIX.

Paksi Jánosnak Verancsics.

Verancius Joanni Paxio S.

Nos ad XXIII. diem mensis qui nunc in cursu est, salvi omnes Amasia Constantinopolim rediimus, publici negotii res adhuc pendet et nostrae paci duo potissimum videntur obfuisse: nova pax Persica, Turcis exoptatissima, et Galli antiqua contra nos odia. Sed persicis omissis causis, quibus mea quidem sententia minus fortasse laboraremus, si impietas gallica turcicum in nos furorem non exstimularet, principem hunc assiduis petitionibus terebrando, ut, 1555. jul 1.

Digitized by Google

rejecta regis nostri amicitia, et pace impedita, hac etiam via rebus suis magno discrimine implicitis opitularetur. Jam enim, ut vulgo dici audio, et omnium foeneratorum mensae non silent, et publicis et privatis opibus malignatis, suorumque etiam viribus aliqua ex parte destitui coeptus, quod pii subditi principis impietati diutius contra rempublicam christianam servire perhorrescant, in Joannis quoque regis filii fortuna invenit, qua quid infirmius esse possit tute optime nosti. Sed et Gallus novit, simulat tamen, dum suae consulat, Puerique ejusdem periculo suis malis medeatur, ut Senensium casu proxime. Eum enim et ab affinitate et ab amititia regis nostri abstrahere omni arte atque ingenio conatur, et turcica illi ostentat, polliceturque patrocinia, quo sic facta et constituta Turcae ansa belli hungarici, et hic regi nostro, odio imperatoris ejus fratris, injiciat negotium, et illic Puerum atque eos, qui ejus vesaniam amplectuntur, in perniciem praecipitet. Quo nostri quidam vel nunc maxime debebunt oculos aperire, ne ipsi quoque tam vanam spem, tamque plenam periculi fortunam sequuti Pueri, ultimum quodpiam adeant excidium. Quum et Puer, si vicinum et jam in parentem acceptum regem simul cum consultoribus et curatoribus suis rejecerit, seque externo et longinquo commiserint, qui praesertim rerum suarum desperatione impulsus, sic se immerserit amicitiae turcicae, ut jam prorsus evertere statum christianum non vereatur, utrique proculdubio pari erore fallentur. Sed haec obiter et supra modum dolenter, quod nos Christianorum, eorumque christianissimorum lacerti turcicis telis petant. Verum ignoscat Deus, et mentem meliorem iis nostris donet, qui gallica vanitate moti tam

Digitized by Google

perniciosa patriae machinantur. Nota tibi scribo, compater. Quia quicunque hactenus vel populi vel civitates gallicae amicitiae involucris passi sunt (se) irretiri, ii profecto magnam et fortunarum et libertatis jacturam fecerunt. De quo sciscitare complures Italiae status, exulumque pene numerosissima agmina, ac postremo nunc Senensium casum, qui quidem omnes nisi gallicis praxibus fuissent captati, eos imperator noster Carolus V. nunquam profecto sibi subjicere tentavisset, nec antiqua jura imperii excutere curavisset, omnium vetere ac firmata jam libertate et pace magis laetatus, quam servitute, et armorum molestiis. Nos vero, si scire cupias, quid tandem in re pacis nostrae apud Turcam egerimus, quid peregerimus, quo studio, quibusve nervis in ea consequenda enixi sumus, ut officio nostro ex vestra omnium sententia fungeremur, non est, compater, quod et tu avide debeas desiderare, et ego alacriter scribere, praeterquam de sola negotii actione, quae, nisi amore fallamur proprio, tanta cum ratione, ordine, vi, et contentione nobis est obita, ut mirandum esse debeat, quod nihil pro aequitate et voto confecerimus. Sed coram ab Augerio collega nostro cuncta disces uberius. Quum nos hinc non obtentae rei gravissimo colore perculsi, illinc taedio quoque ejus prolixitatis insuavissimae affecti, non scibere aliquid sed cogitare de illa vix vel tantillum possumus. Quoniam interim nobis vitam etiam ipsam omni acerbitate acerbiorem esse putemus, saepius animo repetentes, et prope oculis jam jam ipsis intuentes, qua nos tristitia, ubi redierimus, sitis excepturi, veriti etiam odia, et calumnias multitudinis, quas alioqui et principis sapientissimi, et primorum omnium prudentia mitiga-

Digitized by Google

turas nobis confidimus, qui aequius de his judicabit, quam vulgi frequentia. Nos nihilominus etiam cum hoc metu mirifice domum jam redire cupimus, quod in hujus principis potestate videmus esse situm, idque diutius futurum arbitramur, quia ii nondum ab ingenio recesserunt, nisi Deo nostro Optimo Maximo atque aeterno fuerimus adjuti, tanquam Petrus e Tulliano. Aegre alioqui nihil simile interea laturi, si tantumdem etiam temporis ob salutem et quietem patriae obsides esse debebimus, ea spe maxime freti, quod mora perficiendae rei longior saepe-numero efficaciorem exitum afferre soleat.

De Agriensi vero episcopatu quod scripsisti, nescio quid respondeam tibi, tamen maximas habeo gratias pro opinione tam excellenti, quam de me suscepisse te, et habere ostendis. Atqui majores et pinguiores dignitates majoribus sane conferantur ac dentur. Ego etiam cum Jauriensi facile in gratia pro conditione horum temporum permanerem, ut cum abbatiae meae Pornensi vicino et contiguo, si modo ex eo Gregoriancius parens meus charissimus et praesul integerrimus ad Agriensem transivisset. Cui ego quidem certe omnia et commoda et ornamenta tribui atque concedi percupio. Quum mea alioqui nec virtus tanti est, nec adhuc tanta in hunc regem munera exstent, ut candidatum mihi episcopatus ejus esse liceat, qui est in Hungaria omnium maximus. Tibi tamen ne nihil fortassis ad hanc epistolae tuae partem respondendo, superbum me esse judicasses, haec rescripsi pro officio, satis et dives et contentus futurus, si mihi regis gratia affuerit nec deerunt primorum patrocinia.

Non ignores postremo, Emericum Nagy unum

Digitized by Google

regiae classis nazadarchorum qui nobiscum profecti sunt, transfugisse a nobis ad reginae nuncium eo nomine, quod in partes Joannis regis filii reverti vellet, in quibus antea etiam fuisset. Ejus defectio attulit nobis non exiguam perturbationem, quum ad passas perductus, multa eis et de finibus istis, quibus tu praesis, et de nobis improbissime effudisset, perniciosa et nostrae et finium nostrorum incolumitati machinatus, perinde ac tanti esset, ut homo omnium apud nos postremus, ea praestare posset, quae de se promitteret. Perturbatus tamen magis ipse est ubi levitas ejus constitit. Nam quum nos vidissemus illum obstinate et perditissime defectioni suae inhaesisse, et patrocinio passarum sic a jure et potestate nostra prohiberi, ut eum in viam revocare nullo pacto possemus, habito mox de industria contemptui, perditioni etiam ac infamiae suae hominem reliquimus, unde a passis quoque sensim despicatus, oblivioni datus est, nec vel unius numi argentei minutuli viatico adjutus est e publico, mendicatoque hinc cum eodem nuncio divenditis vestibus penulatus tantum abierit. Plures alii tam ex nazadarchis, quam ex gregariis famulis missionem flagitaverant, sed ne Hungari oratores existentes, Graeculorum, Armeniorum, Arabumque et id genus semihominum obsequiis uti cogeremur, eam omnibus uno verbo denegavimus, sperantes brevi nos ipsos quoque redituros, utinam autem sine bello, quod certe negata Transsylvania valde est metuendum. Sed sic multo magis, si nostri proceres factionibus disjungentur, ac Pueri fortunae innixi, exterorum se se fidei et consiliis committent, qui periculis alienis, suis se subducere conantur. Quod nisi mature circumspexerint et prospexerint nostri, sponte

Digitized by Google

sane sua accersent sibi gravissimam perniciem. Ad me, et ad collegam meum Franciscum Zay (quod) attinet: non est obscurum, quonam causa patriae periculo laboremus. Non poenitet tamen etiam gravius, diuturniusque etiam periclitari pro vestra omnium incolumitate, qui domi securitate fruimini, modo ipsimet non desitis vobis ipsis, ab invicem secedendo, et mutuis armis contendendo. Vale. Constantinopoli, prima Julii 1555.

XXX.

A királynak Verancsics és Zay.

Sacratissimo regi Verancius et Zay felicitatem.

1555. jul. 2. Ad III. diem mensis instantis movit hinc Augerius collega noster Viennam versus, qui tametsi adversa nonnihil valetudine vexabatur, molestiamque illi etiam aestus caniculae sint allaturi, eum tamen, ut est injuncti sibi muneris studiosissimus exequutor, sollicitatus etiam negotii magnitudine, quod plurimum refert, ut quam celerrime ad majestatem tuam perferatur, non dubitamus iter toto conatu maturaturum.

Hic princeps movit Amasia Junii XX., et tricenis castris Constantinopolim venturum nunciant. De cujus classe nihildum aliud attulere, quam quod laboret ingenti pestilentiae lue, quemadmodum utraque etiam civitas haec, sed multo magis Galata, in qua eum quoque ademit nobis hominem magno nostro incommodo, cujus opera litteras ad majestatem tuam mittebamus. In cujus locum atque officium et si alter ex eadem familia successit, ita ut facultate mittendarum

Digitized by Google

litterarum non carebimus, illius tamen diligentiae et dexteritati hic non respondebit. At satis utique faciet nostrae necessitati, dum his brevi temporis difficultatibus eximemur. Ad pestis vero metum quod attinet, quia neque cum Turcis, neque cum Christianis satis hoc tempore tuta est nobis conversatio, solitudinem prope servamus, omni invisentium usu seposito. De litteris autem tuae majestatis, quas ad nos proximis mensibus dedit, omnes accepimus. Sed ad earum singulas quod peculiariter suo tempore, ut par erat, pro nostro officio non rescripsimus, causa est, quia et sero nobis redditae sunt, et praepostere, quum interim neque cum passis quicquam firmiter confectum haberemus, neque, quibus tuto uti possemus, certorum copia tabellariorum occurreret. Ex eo tamen loco non plures, quam ternas dedimus, idque maxime anxii, num perferentur tempori, atque incolumes. Nunc vero postquam reversi sumus Constantinopolim, velut ex angustiis in patentia, priorem diligentiam resumemus, et solita sedulitate utemur in scribendo. Illud hac epistola nullo modo omissuri, quod ad [filium ciausi nostri pertineat, cujus rem non expectet majestas vestra tanti esse, ut eam curari sit necesse, nam prorsus ea conditione non est, ut ad pacem nostram vel tantillum momenti afferre possit; redemtioni igitur servandum censemus, quia ut sine omni existimatione et summa impuritate est pater, ac multa pollet pecunia, ita filio clementia majestatis vestrae pro adipiscenda libertate non conferatur gratuito, postquam Turci gratiam et humanitatem et munificentiam principum religionis nostrae non agnoscunt, quod vel hoc ipso tempore in Karahamza, et in iis, quibus fuerat a majestate vestra dono missus, ex-

Digitized by Google

perti plane sumus, quippe qui liberalitate et officiis nostris magis contra nos insolescunt, quam concilientur nobis. Sed de his plura Augerius. Majestas vestra optime et feliciter valeat. Constantinopoli, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, septima Julii].

XXXI.

Gaztelu Domonkosnak.

A ms. Dominego Gaztelù.

1555. jul. 7. Che da noi si puoche lettere havete riçevuto nelli passati mesi, che semo stà in Amasia, la colpa è nasciuta dalla puocha fidanza, che s' ha havuta nelli messi d'altri. Hora ritornati in questa città alli XXIII del passato, sani e salvi, ripigliaremo la solita diligenza del ufficio nostro. E, quanto alle suoe lettere a noi mandate con quelle de sua magiestà nostro signore, saprà, come tutte li havemo ricevuto, benchè, altre in Amasia, altre quì, è prima l'ultimi per la causa de varii romori, che gierano sparsi del nostro ritornare. Hora lodato sia Iddio, che liberati da quei paesi molto rudi e mal commodati, o diremo di Cappadocia, o di Gallacia, siamo, quì non parlando altro de Bithynia, ch'è assai raggionevole. Ma in Amasia sé dimoravamo ancora uno mese, talmente è luocho senza ogni buono genio, gierimo nel vero tutti falliti, delle vitte havendo già comminciato a mancare. Il signor Augerio, el quale colto d'una fevre continova, che era quasi etica, non sapemo, comè sodisfarà etiamdio al camin di Vienna. Ma nella città d'Amasia quello havemo fatto cerca

Digitized by Google

l'ambasciaria nostra, già per avanti in brevità vi scrissimo, e scrivemo ancora adesso, perchè trattata la cosa con forze d'Hercole e d'Achille, cosa che ne dopplica i dolori, in un suol punto fussimo al fin ridutti: o la Transsilvania, e pace; o, si no, guerra aperta per il vicino anno. Et a deliberazione tale non più, che VI. mesi di tempo ne concessero, si chè rimandato il signore Augerio con questo nodo, parti di quà nel VI. giorno del corrente. Noi restamo ancora nel offizio per voler di questo signore, non già per il nostro, fino chè la soa magiestà si risolva di tal proposta, molto e dura, e fuori d'ogni raggione et honestà, a Franciosi molto suave, e, se piace agli Dii immortali, etiamdio più che honesta per esser christianissimi. Del qual triompho assai si puonno a vantare, e molto via più, che della pace Persiana. Benchè essa ancora per tempo giunse agli danni nostri, e fece grande giunta a sforzi et agli desiri delle nemici, ne sapemo dirvi altro, se non dolersi delli dimore nostre, le quali molto anojorno il corso delle facende nostre. Pur sià cossí come Iddio vole, che alla fine non è per mancare a quelli, che col suo volere tenno concordia. Le nostre spese d'Amasia furon multo larghe, come per il signor Augerio soa magiestà sarà avisata. E perchè al partir di quà, togliessimo robba da ms. Zaccharia Scaramelli, non truovandosene alhora col danaro per la absenza della corte, senza la quale non ci è quì spazzo delle mercancie, puocho bene facessimo. Perchè parte donate in fatto del negozio, parte mal vendute e sbaratate in guà in là per la bisogna, che hora per hora ne occorrevano come una restia di mare, havemo ricevuto assai danno maggiore, che speravamo l'utile. Ne

Digitized by Google

per via alcuna fù rimedio a schiffare il ditto danno, come in paese strano, nudo, e tra la gente, alla quale non si puol accomodare l'uomo nostro, over altro, sia che forestier si voglia, se non a loro modi, per non dir altre cose, che vi sono ben intese. Semo dunque di novo forzati tor danari per questi mesi, che ne restino a tristolare in questo luocho. Ma perchè addesso ancora esso ms. Zaccharia non si attruovava in danari, con difficultà n'ha servito de ducatti veneti cinquecento a raggione di △ Veneti d'oro, over di valuta loro, segondo la informazione vostra. E tal danaro per la maggior parte è speso nelle sodisfazioni delli nostri cariazzi, delli ciausi, jagnicieri, e più altre persone Turchesche, che gierino puoste alla custodia et alli usi nostri. Questo conto familiarmente nel corso rendemo a voi, acciò da Lei ançora per occasione siamo iscusati là, da onde escono le rendite di tal danari, se fusso il bisogno; non puotendo farsi maggior sparagno in simil luochi, e si fatti travagli. Li prigioni spagnoli, che già qualche tempo ne rechiedesti, mai ne essi ne gli padroni loro s'hanno puotuto attruovare, si come demostravano le lettere ad essi indirizzate. Dove vi pregamo il perdono, se non sete stà da noi servito in ciò al vostro piacere. Della armata di costoro non se intende altro, se non chè patisse di peste, come ancora queste doi città, ma più quella de Galata, nella quale gieri morse il Baldisera di Cagnolini nipote de ms. Piero et Antonio Dellavecchia, giuovene molto amico nostro e servitore affectionato de sua magiestà nostro signore; di maniera che ne par, siamo privati della mano destra; ma n'è restato ms. Pietro Gerardi similmente nepote delli soddetti amici, el quale

Digitized by Google

non mancarà di proseguire il solito officio, e sapete, quale, senza chè vi lo nomano. Questo Signore parti d'Amasia nel XX^mo di zugno, dicono la maggior parte, che al arrivar a Constantipoli farà logiamenti non più ne meno, che XXX^ta. E già di quì li se va incontro. Ne altro per adesso, suol, che della ottenzione di Siena molto s' havemo rallegrato. Iddio faccia, che anche delle altre imprese di questo anno delli nostri sacratissimi principi sentiamo lieto et honorato fine al beneficio della unione e fermezza del stato christiano. State sano. Da Constantinopoli nel 7. di Lujo. 1555.

XXXII

Zeffo János tisztelendõ atyának Verancsics.

Il Veranzio al R. P. Frà Giuan Battista Zeffo S.

Noi al contrario de quellui, che disse: veni, vidi, vici: andassimo, vedessimo, na non vencessimo. Et il negoziare fu veramente di tal maniera diligente e forzevole, che dette maraviglie non suolamente agli huomeni nostri, che li si attruovarano, ma ancora a quelli, con li quali havevamo il maneggio. *) — Comminciamo il fatto della summa modestia, e .... della benevolenza per la condizione del stato suo, che da ogni lato era ossesso e combattuto. E, di quì scorrendo per le parti de ufficii passati, presenti, e dall'avenire, venemo puoi con tutte le vele agli argomenti della amicizia, dalla quale speravamo il più. E ne quelli dimorati il tempo de parecchi giorni, per vedere di quanto era puodere la detta amicizia a farne 1555. jul. 10.

*) Kimaradt az ige.

Digitized by Google

v encitori, puonessimo qui ogni nostra industria e miglior ingegno, senza perho molta arte e colorato dire, lo quale costoro chiamano inganno e froda. Non ascuoltata, ne raguardata molto l'amicizia, non modestia, non uffizii, se non si rendeva il rechiesto; togliemo inante le ragioni, la equità e simil altre parti, che la causa nostra non qui, ma appresso l'Acheronte havrebbono fatta salva et acetta. E quivi entrati nelle dispute, lamenti e contese a voci, e nomi chiari e ben scoperti de tutto quello e quelli, per li quali la nostra causa era travagliata, si facessimo largamente intender. Dove al fine molto manco attesi, et al quanto con dispiacer uditi, chè la verità gli feriva, e montavano al sdegno, si ridussimo alli proferte di danari, che furon grandi, et a noi mai maggior usati. Ne fù possibile di fare pur uno effetto desiato, quantumque in mille foggie di Proteo havessemo tramutato la industria e l'ingegno nostro. Che dunque al fine? Quello suol, che nella prima venuta nostra, cioe: la Transsilvania o guerra. E cussi expedito il signore Augerio verso soa magiestà nostro signor, per tal rispuosta, che pelli sei mesi dovrà rehaversi, noi tra questo mezzo ancora sentarimo con voi. Havete aviso de questa nostra Amasiana, e forse ultima azione, s'el re si lassarà persvadere. Ma me ne dubito, per esser la condizione troppo caricosa e precipite. E vedrassi puocho di puoi. Hora io vorrei havervi qui per la conversazione solita, la qual m'è stà sempre e chara e dulce. Pur vedendo el fuocho della peste, ch'adesso oltre ogni misura preme i Galateni, più tosto voglio, che siate costì, che qui, e che vi desiamo da sio, non da l'altro mondo. Stareti dunque lontan da queste rive

Digitized by Google

a vostro piacere fino che sentirete esser scorsa questa tempestà, la quale agli VI. del presente ne rapì il misser Baldisera nostro di Cagnolini, lo quale non altramente lamentamo, che uno singular fratello. Iddio conceda a lui il suo aspetto, e noi benignamente ancora alla penitenza riservi. Altro di quà non havemo, che vi puotissimo scrivere, suol che questo Signor è partito da Amasia, e sarà quì fra puochi giorni. Et io non puotendo havere e goder voi, vorrei godermi delle vostre lettere, delle quali se non sarete avaro, me farete richissimo, e ciò se della presenza no, almeno della memoria vostra. Al patre predicatore darete una salutazione cordiale, et affectionata a mio nome. E se fino mo havete bruscato qualche buona medaglietta, sapevolmente uso presonzione, vogliate arricordarvi delle dimande nostre e delle promesse vostre. Ma che dissi, non haver altro che scrivervi, e ho pure, che quasi m'havea scordato. Mivi rallegro e congratulo della abbazia novamente havuta. Iddio vi la faccia a buon pruo, s'è tale, e se ben non è, piacemi perho a vedere questi andamenti della fortuna, la quale vuol per ogni modo che Mytriate (?) e le mie divinazioni vengino all effetto. Ma vorrià che pescaste nelle maggior aque, che queste per le reti vostre sono basse. El mio collega Francesco Zai vi saluta. State sano. Da Constantinopoli nel X. di Lujo. 1555.

Digitized by Google

XXXIII.

Gróf Zrini Miklós bánnak Verancsics.

Antonius Verancius comiti Nicolao Zrinio bano S.

1565. Jul. 18. Magna occasio, eaque sane fortuito oblata nobis est ad Andream Guzyth e captivitate liberandum. Est hic in clientela sororis hujus principis socrus Lutffii passae, non ita pridem ante Hruztanum moti officio, foemina quaedam, quae habet filium captivum apud Franciscum Tahium, nomine Elesz, cognomento vero Mataszovit. Quod ipsa foemina unde inlellexerit, ignoramus, per internuncios tamen curavit ad nos deferendum. Quum igitur magno ejusdem filii amore et desiderio teneatur, toto conatu et cogitatione incubuit, ut permutatione alicujus captivi nostratis hominis possit eum redimere. Andreas hac mulieris tenacitate, tum voluntate cognita, omnem ei status sui conditionem et fortunam per amicos insinuavit, et quam maximam potuit spem de salute et liberatione filii fecit, si se prae omnibus caeteris, quicunque hujusmodi sortis homines illi offerentur, eximendum carcere constituerit. Mulier, tota re Andreae sciscitata et perspecta, sic ejus quoque libertatis, salutisque amplexa est, ut alium captivum, quo filium redimat, nullum sibi proposuit, quam hunc ipsum Andream. His nos omnibus diligenter intellectis, sedulo etiam ab ipsa muliere scire studuimus, an esset firma aliqua in captivos principis facultate. Renunciavit eam sibi in hoc non deesse, tanta quorundam magna-

Digitized by Google

tum gratia ac favore polleret. Sciremus itaque, non ei anxio labore opus esse, uno verbo hominem in suam potestatem fore, modo per nos ipsa quoque firma spe aliqua de filii sui liberatione secura redderetur. Interim autem et Andreas convenit nos, nobiscumque eadem colloquutus, quae nunciarat mulier, per omnes demum superos obsecravit, haec ad te quam primum deferenda curaremus, teque obnixe peteremus, ne hujusmodi liberandi illum occasionem velis praetermittere. Qualem quum a tot captivitatis suae annis consequi a fortuna nequiverit, veretur in majorem modum ea si forte frustrabitur, nullam se inposterum similem habiturum. Te itaque non solum petimus, rogamus, obsecramus, verum etiam obtestamur, ut ejusdem Andreae liberationem velis non gravate capessere, agereque cum Francisco Tahio, ut ei memoratum captivum concedat. Quod quum gratia tuae amicitiae, tum pietatis suae studio facturum, quo est in omnibus rebus, minime dubitamus, praesertim quando pretium captivi non sit amissurus. Quicquid igitur hac in re cum eodem Tahio perfeceris, nos haud mora edoceto, ut huic et mulieri et Andreae certi aliquid respondere et polliceri possimus, ne spe dubia et longiore pendeant. Quum alioqui ferrum etiam, ut dici solet, sollicite cudi oporteat, dum igne candet; quia properandum, ne, si hac via destituetur mulier, aliam ineat, Andrea nostro intermisso, quandoquidem nulla ratione filium suum in captivitate tabescere patietur, dum vivum sentiet; Andreas vero quum Francisco Tahio captivi ejus pretium se repositurum bona fide recipiat, simul ac sospes in patriam redierit, tum nos quoque ex nobis eam operam liberationi ejus pollicemur, consequuti opportu-

Digitized by Google

nitatem non vanam, qua major desiderari non poterit. Vale. Constantinopoli, XV. Julii. 1555.

XXXIV.

A királynak Verancsics és Zay.

Sacratissimo regi suo Verancius et Zay.

1555. jul. 26. Quod superiores litterae causa suae prolixitatis non potuerunt capere, his perscribemus. Est hic Joannis Mariae Malvecii antecessoris nostri non exigua supellex pecuniarum, vasorum argenteorum, et quorundam lapidum pretiosorum, quae, ut nobis asserunt, XV. circiter millium ducatorum, et hoc fortasse numero plurium summam facit. Eam Hruztanus passa, quo tempore ipse Joannes Maria in septiturrim conjectus fuerat, publico nomine interceperat, cognoverat, aestimaveratque, et in emporium urbis hujus, quod Turcae Bezestanum vocant, sub sigillo principis ac Joannis Mariae deposuerat, inibique adhuc detinetur ac premitur, direpta a satellitibus reliqua. Quapropter ne isthaec etiam quae supersunt, intercidant, operae pretium erit, si majestas tua scribet ejus causa Ahmato passae, eum petendo, ut memoratae supellectilis, tanquam suae, petestatem nobis facere velit. Aut si hoc nomine nolit nos pro ea agere, ipsa tua majestas tales inveniat repetendae causas et rationes, quae magis videbuntur idoneae atque appositae ad eximendam de horum manibus; quum alioqui procul dubio perituram certum est, nisi tuae majestatis nomine repetetur, quandoquidem dubitan-

Digitized by Google

dum sit, an hoc etiam recuperari poterit, si pacis nostrae negotium in bellum transferetur.

Sed hic subjicimus privatam quoque quamdam sollicitudinem nostram. Quae quidem etsi sit vetus, minusque et loci hujus et temporis, ea tamen Amasiae renata improviso, ob res oppidanorum Cheviensium, quas Agrienses milites annis superioribus, interceperant, non parva nos affecit molestia. Missis enim duobus nunciis Amasiam, gravissime questi sunt apud passas de ejusmodi damnis sibi illatis et irrogatis injuriis, commemoratis etiam vulneribus, caedibusque, quibus fuere affecti ii, qui vehebant mercimonia, totam vim querimoniae potissimum in Franciscum Zay contorsere, et vociferati sunt, quum culpae hujusmodi perpetrati facinoris milites ejus, tum ipsum et praedae et consilii exstitisse participem, tamquam alterum Agriensis praesidii praefectum. Contendentes simul omnibus nervis, ut idem Zay sic Turcico jure subito astringeretur, postquam in manu esset, ut donec tam de damnis quam de caedibus in memoratos oppidanos commissis satisfaceret, non relaxaretur. Biduo igitur antequam Amasia decedere vellemus, misit passa ad nos duos ciausos sciscitatum initio, quid nam id rei esset, postea etiam monitum atque hortatum, ut, quia Chevienses querimonias veras esse constaret, Franciscus Zay curaret eis satisfaciendum quod jure teneretur, et sciremus ambo, principem eorum nullo pacto passurum subditos suos a regiis in hunc modum divexari et damnis affici, praedamque omnibus obviis fieri; et id genus plura.

Nos et vultu et animis dedita opera turbati, ostensuriique, quod rem indignam accepissemus a passis, respondimus: Mirari nos talia ab eo nobis

Digitized by Google

fuisse nunciata, qui totum Turcae dominium prudentia sua gubernaret, quandoquidem videretur in eum nos contra omnem jus gentium velle adigere tractatum, qui nec loci hujus, nec temporis foret. Caeterum meminisset, litteras fidei nobis ab ejus principe non litis Cheviensium causa, sed pacis inter eum et regem nostrum renovandae gratia fuisse datas, quare nolle nos ad haec illi aliud renunciare, quam ut nobis ea securitas et fides servetur, qua huc deducti sumus. Regem denique nostrum esse justum principem, causamque Cheviensium illic esse cognoscendam, ubi ortum accepisset, non in Turcia. Quapropter quum ejus quoque agitandae et transigendae tempus advenerit, sciret etiam ipse passa, regem nostrum non solum de Francisco Zay sed etiam de omnibus aliis suis subditis in alienorum subditorum causa jus administraturum, quoscunque cum iis habere controversiam accidisset, potissimum vero hujus principis, cum quo sibi tanta intercedit vicinitas, tamque amanter et sincere pax ac foedus renovandum, percutiendumque desideratur. Quibus dictis fuit ibidem inter nos et ciausos nonnulla verborum altercatio. Aderant enim et Chevienses, nec abstinebant garritu atque conviciis, sed et ciausis acrius quiddam ingerentibus, quo fortasse tentarent animos nostros, an terreri vellemus, quod pluribus referet coram Augerius collega noster, qui simili modo aderat negotio, nos de industria maturato fine hujus colloquii omnem sermonem succidentes, ut abirent cum his, quae jam a nobis acceperunt, monuimus, quandoquidem nihil praeterea haberemus id temporis, quod eis loqui possemus. Sic a nobis digressis, putabamus passam adhuc aliquid renunciaturum, sed nec verbum. Ab amico

Digitized by Google

tantum quodam relatum, commotum fuisse intra se nostro responso et rem omnem Constantinopolim distulisse, quum neque eo loci jam geri poterat existentibus nobis in procinctu recedendi.

At ii nuncii non quiescunt. Nam redierunt etiam ipsi Constantinopolim, ubi exspectant principem, et novum libellum querimoniarum in utrumque nostrum dicuntur condere, eumque principi porrecturos, suasu fortasse quorumpiam nostrorum hostium evulgant, iique referri nobis student. Appenderunt autem ad veterem causam novas calumnias, gravius negotium nobis reddituri. Ubi enim omnia loca, eaque multa turcicae ditionis enumeravere, in quibus aliquando belli temporibus grassatus Franciscus Zay, nuncque ejus milites in hisdem ditionibus ajunt praedabundos excursare, saevissimum ducem in Turcicum genus esse obloquentes, tandem Verancium quoque, qui nunquam accinxit gladium, et si accinxit aliquando, eum tamen semper innocentissime quidem certe tractavit, gladiatorem confinxerunt, accusantque, quod ipsius etiam miles populetur. Boraniam et Simigium comitatus, agrosque Quinqueecclesiarum urbis ad portas usque pervastet. Caeterum rem sibi admodum videri absurdam, minus a Turcis animadverti, quod hic nos legatos agamus, istic fines eorum per arma nostra populemur; et sane meritos esse, qui non solum damnemur carceribus, sed gravissimis cruciatibus enecemur; pluraque id genus portenta. At nos quamquam his non vehementer moveamur, statu legationis nostrae tuti, considerantes tamen gentis ingenia, a quibus nunquam vel latum unguem recedunt, non possumus non subvereri aliquid, praesertim si de Transsylvania secus a majestate vestra respondebi-

Digitized by Google

tur quam desideratur, quo tempore non his solum calumniis, sed quibusvis aliis et multo gravioribus procul dubiq molestias nobis injicerent. Quapropter si tuae majestati videbitur factu fore necessarium, quod nos maxime fore, judicamus: optaremus, ut, quum ad ea respondebit, quae per Augerium collegam nostrum nunciarunt, scriberet etiam de hoc peculiares litteras ad Ahmatum passam, quibus amice moneretur, ne quid in nos committat praeter expectationem et jus gentium. Nós alioqui non aliter hisdem utemur litteris quam quantum usus rei postulabit. Tua majestas felix atque incolumis aeternum valeat. Constantinopoli XXVI. Julii. 1555.

XXXV.

Gergely deáknak *) és fogolytársainak Verancsics és Zay.

Verancius et Zay Gregorio Litterato et ejus comitibus captivis S.

1555. jul. 26. Dolemus plurimum de angustiis et incommodis vestris, amici nostri charissimi, sed quum nos quoque id temporis minus pecunia subaixi sumus, dum ea et mercatores nostri egeant, qui nobis mandato regis suppeditant, et diutius ab eorum pendemus opportunitatibus, quum pecunias ipsi quoque a creditoribus suis accipiant, vobis certe, nec pro necessitate vestra nec pro voluntate nostra possumus uberius opitulari. Ideo si inpraesentia votis vestris non satisfacimus,

*) Bornemisza, Egernek hős védője.

Digitized by Google

hortamur, ut ignoscatis. Brevi tamen tam de stragulis et vestibus vestris, quam de omnibus aliis necessitatibus, quae vos premunt inopia supellectilis, curam geremus, idque ubi primum nobis quoque a mercatoribus nostris prospectum fuerit. Caeterum ubi nos petiistis, ut apud passam vellemus agere de obsoniis vestris, e publico vobis decernendis, quum adhuc ne micam quidem panis fuisse illinc vobis attributam lamentamini, scire debetis, nunc prorsus intempestivum esse id attingere, donec princeps advenerit, quem propediem affirmant affuturum. Nam nobis quoque, licet causam nesciamus, magna ex parte solita annona in tantum est subtracta et diminuta, praesertim equorum pabulum, ut nostra pecunia paulo minus quam ex toto degimus, jubemurque opperiri aequo animo reditum principis.

Sed huc accessit et Muztaphae hujus novi exortus, cujus tumultibus ita est occupatus passa, ut non vobis, nobisque, sed ne rebus quidem suis commode vacare possit, quum neque ministri publicae hujus annonae dividundae quicquam suo arbitratu statuere valeant, quam quod loculis suis replendis prosit. Omnem rem habetis. Nec est cur interim solliciti sitis paucula hac pecunia accepta, memores et animi nostri erga vos propensissimi, et ut custodes ac curatores vestros tam nostris quam vestris pollicitis in officio et amicitia conservetis, quandoquidem ipsis quoque non deerimus, quo vobis minus sint molesti, et quum possint, non recusent esse commodi. Valete. Constantinopoli XXVI. Julii. 1555.

Digitized by Google

XXXVI.

Verancsics és Zay Hoggi, Domane és L'altro uraknak *).

Il Verancio et Zay a ms. Hoggi, Domane et L'altro S.

1555. jul. 28. Le vostre de gieri havemo inteso, ne ci hanno ap portato altro, che tanti passati domane, apodomane, lu nedì, apolunedì, e marte similmente. Ne da due mesi in quà arrivà questo vostro domane, questo lunedì, questo marte, ch'ogni giorno promettete. Di maniera che non sapemo dirvi altro, salvo che essendo noi da voi intesi, e voi da noi no, usate il dovere, et al fine voi ancora lasciateve intendere. Perchè tanto Hoggì, Domane, e L'altro, parmi esser quello, che non si deve aspettare più che tanto, che niente. E pur bisogno è che noi habiamo danari. State sano. In Constantinopoli nel XXVIII. di Lujo. 1555.

*) Álnevek, valószínűleg tréfából, mert a bankárok nem siettek a pénzküldéssel.

Digitized by Google

XXXVII.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Il Veranzio e Zay a ms. Dominego Gaztelu.

Dopo che noi semo venuti a Constantinopoli[1555. aug. 1.] d'Amasia, ne da voi, ne da soa magiestà, il re, nostro signore, havemo ricevuto lettere. Cosa che ne dà grande maraviglia, essendo giunti tra questo tempo doi spacci da Venezia. Noi pure non restamo dal offizio, dandovi a sapere, come questo signore arrivò in questa città gieri assai stracco, e debole per li suoi consueti dolori delli piedi. Non ci è perho il male del pericolo. Ne altro de soa altezza per adesso si puol sapere, e manco scrivervi por esser troppo frescha lo soa giunta.

Delli romori d'un huomo nuovo, chi ha levato la testa nelle parti de Ponto sopra Varna in distretto de Dobricia, e fassi il Muztapha, figliuolo del gran Turco, che già fù amazzato dal patre nella andata di Persia doi anni fa, e credemo, che ciò havete hoggimai inteso, e forse ancora no, per esser troppo nuovo, et uscito alla luce con la presente luna. Delle pruove di segni, che fa, a ciò sia creduto e ricevuto per vero Muztapha, sono grande e molto verisimile. Et essendo etiandio gagliardo delle arme et apparato da prencipe con padiglioni, veste, cavalli, simil altri ornamenti, con acarezzare et apresentare tutti quelli, ch'a lui congiongono, fa tutto questo imperio stupire, e venir nel dubio, ch' esso sià, che esser si dice.

Digitized by Google

E perchè dall'altro canto si tiene esser nel vero qualche huomo malagievole, e sollevato d'altronde non da si istesso, gli se ha mandato esercito con li jagnicieri incontro. Lui è come si dice, con più, che, con 14 mille cavalli; li mandati adosso, passerano il doppio con uno passa et altero beglerbego di Grecia capitani. E postissi questi ancora alla campagna, spartiti dal monte Hemo, stansi cussi, con espettazione, o di conoscere si l' è Muztapha, o di far la giornata seco, non buttandosi giu della impresa.

Ma o l'è vero di questo sollevato, o no, ch' ancora non si crede fermamente, noi, a dirvela come l'è, dubitamo assai de qualche trama per le parti nostre, di che semo certi, che soa magiestà ne tiene buon conto per le spie, ch'ha nelli confini. Alla quale vostra signoria indirizzando le inchiuse al solito, li s'ufferimo. E state sano. Da Constantinopoli, nel primo d' Augusto 1555.

XXXVIII.

Atyjának, Ferencz úrnak Verancsics.

Il Veranzio a ms. Francesco patre suo S.

1555. aug 9. Io per aviso e consolazione vostra, patre mio carissimo et honoratissimo, ritornato son a Constantinopoli, esto sano, e senza ogni desastro e dispiacere, salvo che ancora da cerca quatro mesi dimoraremo in questa corte, se non intravengi qualche altro tramezzo, fino che si harà la rispusta alle ultime dimande di questo signore, le quali nelli primi giorni del presente furon notificate al sacratissimo re, nostro

Digitized by Google

signore. Voi perho non vi pigliate di ciò fastidio alcuno, perchè ho certa fedanza nel signor Iddio, che la soa divina magiestà non mancherà di guidarci col aggiuto e con la soa buona grazia in sin a tanto che ne rimeni al desiato porto. Bisognando tra questo mezzo ch'e noi s'affatichiamo di servire con verità et affezzione alla soa gloria, poscia che in ciò siamo chiamati e puosti. E voi come pio e prudente Cristiano, et huomo che già è nelli anni, che si sogliono dedicare a Iddio, sempre vi acconciate et agguagliate al suo volere, non lasciandovi vincer da queste tenerezze humane, le quali havete più del dovero delicate, ne darete orecchia ad ogni voce di romori volgari, che di me costì discoressero manco lietie rispondenti alli desiri vostri, che di maligni huomeni ci è ne assai da per tutto; non essendo io per mancare, di darvi spessi avisi di tutto quello, ch'a me puotesse intravenire. E de qui vengo a lamentarmi un puoco con esser voi al solito del costume vostro, come già dissi, molto in tutte le cose tenero, semplice, scoperto, e sopramodo avezzo alle passioni con jattura della e mia e vostra riputazione. Sei giorni sono che arrivò quà il calogiero Pahomia con le vostre lettere di XX. del Ottobre d'anno passato, vecchie assai, nondimeno parimente grate, per la cognizione che mi dettero della buona salute vostra. Ma la orazione di calogiero me turbò tanto, ch'harebbe voluto, non mi fusse stà mai venuto inante. Già più e più fiate v'ho detto, v'ho pregato, v'ho esortato e a boccha e con scritti, che li morbi de casa non scoprite ad ogni uno, che vi viene alla faccia, perchè et io prendo molto scorno e voi puoco honore. Ogni uno sa il vostro odio contra Michele, contra la soa moglie, e

Digitized by Google

le contese, che vi occorrono con la famiglia. Puol esser, che Jesu con la soa sancta pace, che ne lassò nel testamento per una certa fermezza del stato cristiano tra voi ritorni? Puol esser, che la charità bendetta, la quale e la perfectione, et ornamento de Cristiani vi congiunga, e che cessate hoggimai esser ingrati e sconoscenti verso Iddio, che vi ha dato si belli doni nella vecchiezza vostra? Ne vi dico quali, ma sapeteli voi, perli quali da ogni uno sete honorato. Et io alla giornata mi sconfondo più per le confusioni vostre, che per li pensieri e pericoli, nelli quali mi ritruovo fino a capo involupato, donde veramente la maggior parte delli soddetti honori vostri nascono e provengino. E quando intesi da Pahomia calogiero cose e cose e cose, Dio, che dolor hebbi? E la colpa è vostra, patre mio honorando, che sapendo voi le vanità e le varietà delle cose del mondo, non le moderate in casa vostra con la prudenza; le quali meglio certamente si puolno coprire, che prohibire acciò non accaschassero, attento che è forzo di errare e travagliare agli ingegni humani, massime della gioventù, e di quelli, che puoco sono esperti delle raggioni humane; non vi mentovando adesso gli diffetti naturali et assunte dal uso antico, e viziosa consvetudine delle matregne. De si fatti avisi spesse volte vi do, patre mio carissimo, e so, che vi offendete. Ma ricevendo io molto maggior offesa di questa vostra, non posso con voi non usare al meno l'ufficio del vescovo, se quel del figliuolo non recevete. Lasciate dunque queste risse, che tra voi nudrite. Altrimente vi prometto, che da tutti voi in si fatto modo mi rivolterò, che più e più volte da voi chiamato, non vi daro rispuosta. Hor me inten-

Digitized by Google

dete. Ma veramente l'è ultima vergogna quel ch' io sento. E sarà molto danno maggiore s' Iddio vi si sdegni ne questi nuovi favori, ch' ha porto alla casa et alla stirpe vostra. Il che acciò non vi intravengi, v'ammonisco, usate da seno il mio consiglio. Quello, che vi mandai per ms. Dominego Regulo, nostro paesano e cittadino, dateme a sapere, s' havete ricevuto. Avisandovi apresso, ch'ho scritto a Michele, e commandato con diligenza, acciò vi puorti altresi oltre tutte le altre provisioni commune della casa. Ne voglio, di quanto mi resta a dire, che la matregna nostra, fuoco di casa nostra, habbia da fare nelle cose nostre. Et avertite bene, che l'intento mio serve alli figliuoli e suoi e vostri. Ma lei non pensando punto al fine, dove consiste la perfezzione e pruova de tutte le cose, perde il suo e presente e futuro per la viziosa malignità nella quale ogni matregna è conceputa e nasciuta. Ma voi, patre, state pur sano et allegro, ch' io non cerco altro, che concordia tra voi e Michele con el contento della vecchiezza vostra, la quale per Iddio giuro, me è più nel animo, che la mia. Essendo hormai io ancora, se non m' inganno, ugvalmente con voi canuto, e forse stracco ancora degli anni, delli quali reposti i cinquanta dua, nel corso di sessanta somo intrati. E voi ciò sapete meglio. Ma quel ch''è il mio consiglio, vivete il resto delli vostri in riposo, in lodar Iddio et in solazzo. Ne vi lasciate governare dalla donna, la quale vuol dal maschio esser governata, per non perder il tutto, governando il tutto. State sano. Da Constantinopoli, nel nono d'Agosto 1555.

Digitized by Google

XXXIX.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Veranzio e Zay a ms. Dominego Gaztelu S.

1655. aug. 17. La favola del nuovo Muztapha, che quì era sollevato, et havrà fatto non piccol testa, riusci al fine chiaramente in un ladrone, lo quale questi X. giorni passati colto et allacciato delli suoi prencipali, gieri fù condotto quà, e puosto alla questione non più, che di due ove tre hore, subito fù legato alla coda de cavallo, e tirato per tutta questa terra col merito cruciato, dando allo carnefice per li più segnalati luochi dove il naso, dove l'orecchia, e simil altre parti, che soglono honestare la faccia humana, in fine fù fisso ad uno gancio di ferro con li dua delli suoi devoti, puosti di quà, e di là per accompagnare le suoi pene. Era quì per questo scelerato multa perturbazione nasciuta. Ma poi che è ridutto al suo fine, si pensa, che di curto il tutto s' aquetarà. Le genti, che le gierino mandate adesso, sono rechiamate e mandate in più parti, li quali facciano inquisizione de tutti quelli, li quali haranno havuto a fare con la soa insania, e presi che saranno, d'altro castigo non si punironno, che della morte di più maniere Delle novelle di costì non vi dicimo altro, salvo che è tempo hoggimai, che ne rinuovate e confermate di qualche generoso fatto delli nostri serenissimi principi, perchè quì non c'è altro che il solito di Franzesi, agli quali ogni dì in casa nascono le novità, e servono tutte le pazze.

Digitized by Google

La vecchiezza, quel che vedemo, del signor Andrea Doria puoche facende fa, e ch' è, che non è, questi torneranno con qualche buttino. Il capitan antico harà suolamente salvato le suoi zurme. Se di ciò non si parlasse qui, noi ancora tacciessemo, ma li inimici di Dio parlano, e noi non puotemo di non dolersi, si di scorni come delli danni. Lettere da voi nissuna ancora havemo havuto, benchè che d' Amasia siamo hormai vecchi, cosa che ne tien assai solliciti. Della quale pregamo, che ne sciogliete. E state sano. Constantinopoli, nel XVII. de Augusto 1555.

XL.

Gúzman Mártonnak Verancsics.

Verancius Martino Guzmano S.

Vulgari fama intellexi N. N. praefectum. N. vita excessisse, quod et me et collegam meum quanto dolore affecerit eloqui sane non facile possum, idque quum propter peculiarem et privatum quendam affectum, qui nobis erat erga illum, tum propter publicum vulnus, quod ex amissione tam commodi, tamque idonei viri ad inserviendum rebus publicis et rex et ea regni pars accepit, quam audiebamus non amicorum nostrorum modo, sed et hostium testimonio tam secure in ejus tutela, rerumque vigilantissima administratione conquievisse. Non enim ea jam nationis nostrae sunt tempora, ut ejusmodi viros solita ubertate producat. Ad summam profecto quandam, quod dolentissime dico, veluti sterilitatem redacta est, affecto interim etiam regno tanta hostium vastitate ut

1555. aug. 19.

Digitized by Google

reparari sine ingenti negotio minime queat. Verum quia de his lamentari magis et queri possumus, quae nobis adimit mors, quam ullam spem de recuperandis habere et nancisci: si verum sit, quod obierit, manes ejus in Domino requiescant, quandoquidem omni honore, celebritateque sempiternae memoriae digni sunt, in ejus vero locum quoniam mature alium ei parti regni multa designari suadeant, praesertim belli imminentes ab hostibus minae, quum jam et regem curam eam occupasse existimem, ego qui pro meis quantuliscunque viribus absens etiam semper consuevi studere patriae rationibus ob quietem, honorem, et commodum ejus majestatis, non ignaviter neque frigide pro ipsa regni parte nunc quoque decertando, si me non fallit opinio, et sollicite contendendo, ne in hostium potestatem deveniat, fretus ejusdem quidem regis gratia et clementia erga me multo ampliore, majoreque quam pro meis meritis, sumpsi audaciam promovendi ad praefecturam N. N. collegam meum *), commendando illum, si quid modo tribui potest meo judicio, de o nnibus partibus, quae in viro ejusmodi muneri praeposito requiri soleant. Jam biennium est, quod unas aedes incolimus, et demum uno omnium rerum convictu vitam agimus, nec alium inveni, deprehendique totum hoc tempus, quam quem tibi commendo atque insinuo. Et si quas de ejus virtutibus cogis me exprimere, perspexi in eo ingenium, consilium, prudentiam, animum fortem, spiritum generosum, gravem, severum, vigilantem, rerum gerendarum peritum, plurimae demum experientiae, et in reges nostros fidei, ac solidae omnibus in suis actio-

*) Zayt érti.

Digitized by Google

nibus constantiae. Quae quidem ornamenta tametsi omnes homines, quibus insunt, praeclaros, illustres, et summis dignos honoribus efficiant, in iis tamen, qui bellicis rebus praeponuntur a principibus, majore quadam necessitate requiruntur, quum rem saepe numero uno conflictu et constituere et evertere possint, talesque citra omnem controversiam fieri oportet, qui soli utilia, memorabilia, et lande digna edunt facinora. Habes jam totum hunc hominem, quem si in tua studia et favores praesenti negotio recipies, ac regi nostro, amplissimisque ejus utriusque consilii senatoribus commendare, non tam sollenniter quam amanter, diligenterque volueris, mea et gratia et petitione, quum, me hercule, ipse id ex me officii nunquam postulavit, neque ejus est conscius, patriae sane nostrae pulcherime prospicies, remque mihi omnium gratissimam praestabis, meisque etiam aliquando officiis tuae amplitudini pensandam. Vale. Constantinopoli XIX. Augusti, 1555.

XLI.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Il Veranzio e Zay a ms. Dominego Gaztelu S.

Ancora da voi dopo la ritornata nostra d'Amasia nissuna lettera havemo ricevuto, havendo noi più volte scrittovi, cosa, che non puol non esserne molesta, dubitandossi, che e nostre e vostre parimente comminciassero esser intercette. Perho non restarete nel avenire darne lettere eziandio per li Scaramelli e loro principali, come fate per quelli Dellavecchia, 1555. sept. 2.

Digitized by Google

acciò per più vie siamo commodati, e non restiamo sprovisti alle occorrenzie di costoro: delli quali non ci è altro per adesso, salvo che castigato questo ladrone del nome di Muztapha, e lasciate le genti, che contro a luí gierimo esposte in campagna, il gran signore dopo dimane va ad aboccarsi col figliuolo Bajasitto, del che molti sono raggionamenti e varie opinioni. Ma doppo la ritornata d'esso signore meglio si conoscerà il tutto. E noi desiderosi di sapere qualche buona novella delli nostri prencipi, e di resto del mondo, chiedemola per lo scrivere più spesso. E state sano. Da Constantinopoli nel III. di Settembre 1555.

XLII.

Királyuknak Verànczics és Zay.

Sacratissimo regi suo Verancius et Zay.

1555. sept. 4. Plurimum per hosce dies apud passas primum, deinde apud principem quoque institerunt Chevienses, ut eis a Francisco Zay tanquam a collega olim Stephani Dobonis de damnis per Agrienses illatis satisfieret, vel saltem securos idem faceret suis syngraphis, et se coram ipsis passis de futura satisfactione obligaret. De quo quum nobiscum passae per internuncium egissent saepius diligenter, et intellexissent ex responsis nostris, causae huïc per id tempus non esse in nobis locum, nec ullam rationem extare honestam atque juridicam, qua ad illam subeundam astringi possemus vel deberemus, judicavere nos non esse ulterius sollicitandos. Chevienses tamen hac censura passarum non contenti, summo de-

Digitized by Google

mum principi supplicem libellum porrexere, tanquam ad eum provocatione a passis facta, egereque omni conatu, ut eisdem contra Franciscum Zay jus inpraesentia agendi concederetur. Illud tamen non obtinuere, quia mox princeps edoctus a passis de tota re et de libertate status nostri, ipse quoque judicavit, nullius alterius rei jure in nos hac legatione agi licere, hortandos tantum esse, ut ejus et passarum nomine scriberemus ad majestatem tuam, eamque peteremus, ut memoratorum Cheviensium causam velit gratiose primo quoque tempore istic apud se jure produci facere et cognoscere, deque illius fine prorsus justitia mediante constituere, et mandare ut hujusmodi judicii, ubi primum perfectum et absolutum fuerit, matura fiat exequutio. Quo quum factura sit majestas tua tam huic principi, quam passis ejus rem gratissimam, tum se longe omnium dignissimam, nos eandem supplices oramus, ut, postquam hoc negotium eo provectum sit, ut ad aures etiam principis hujus pervenerit, sic dignetur pro sua magnitudine et clementia illud admittere et jubere peragi, ut idem princeps ac ejus passae plane perspiciant, majestatem tuam omnibus in rebus justis, honestis, et possibilibus studere eorum optatis et voluntati: vicissimque ipsi quoque agnito tuae majestatis erga se animo, ad gratificandum eidem in majoribus rebus, quod futurum confidimus, propensiores efficiantur. Felix atque incolumis valeat. Constantinopoli IIII. Septembris 1555.

Digitized by Google

XLIII.

Gergely deáknak és fogolytársainak Verancsics és Zay.

Verancius ac Zay Gregorio Litterato et suis comitibus captivis S.

1555. sept. 6. Aerumnas et necessitates vestras, quas hodiernis litteris ad nos perscripsistis, intelleximus, vosque multo et graviora pati credimus, quam de quibus expostulamini. Contra tamen cursum fatorum et divinam voluntatem quum humana vis impotens et imbecilla sit, decet nos, si sapimus, et spiritu Dei ducimur, omnibus his acquiescere, quae ipse Optimus Maximus Deus nobis imposuerit, quum interim et tempori aequo animo cedere prudentis est, quod saepe numero commodius componit omnia, quam ulla vel vis humana vel virtus potest. Verum his paucis solati vos ad fortitudinem et tolerantiam, aeque sane etiam ipsi consolandi, quibus non de est, quod in dies metuant, misimus vobis subsidio pecuniam per Judaeum Abrahamum quantam postulastis, donatis etiam custodibus vestris et vestro tabellario non tenuiter, eos oravimus, ut sint vobis aequiores, et ad omnes operas vestras promtiores. Nec in vos hoc tempore largiores esse potuimus ob nostrorum etiam fontium siccitatem, vestri alioqui aliis etiam in rebus non obliviscimur, modo facultas aliqua nobis certa offeratur, qua votis vestris omnibus succurrere possemus, quod magnopere optamus et fraterne pollicemur, ta-

Digitized by Google

metsi in fortissimos ungues incidistis. At in Deo sperandum, et habenda aequanimitas est, quando cum fortuna contendere non licet. Proinde quod ad illam partem attinet litterarum vestrarum, qua partim significastis, nunciatum vobis fuisse ab Ahmatto summo passa, brevi vos in potestate nostra fore, partim rogastis, ut pro aliquibus obsoniis e publico vobis impetrandis, laboraremus: de altero magnopere sane laetati sumus, et precamur Deum, ut id concedat. Quid tamen de hoc et vos et nos aut sperare aut desperare oportebit, responsum demonstrabit, quod ab rege ratione Transsylvaniae dabitur. Alterum perlibenter faciemus, quamquam ne pro nostris quoque, qui quotidie nobis ministrorum avaritia minuuntur, solliciti simus ob decorem et existimationem nostri principis. Non deerimus tamen vestra causa Ibrainum. principis hujus interpretem praecipuum, et summi passae clientem intimum interpellare, et illi necessitatem vestram commendare. Est enim nobis citra dubium benevolus amicus, sic ut non desperemus ejus patrocinio provisum vobis quamprimum fore. Valete. Constantinopoli VI. Septembris 1555.

XLIV.

Zeffónak Verancsics.

Il Veranzio al rev. P. frà Giuan Battista Zeffo S.

Una sceda et una parte delle vostre lettere, patre[1555. sept. 12.] mio commissario molto reverendo, honorando e desiato, ch'havete dato al pàtre frà Theophilo da sancto Pietro, lessi l'altro giorno molto volontiere, et assai mi

Digitized by Google

rallegrai prima della salute vostra, puoi che sete per ritornare in quà con le prime navi. Cosa, che per mia fè, mi fù non suolamente di grande consolazione, ma ancora tanto deletevole, che nel desnar di quel giorno, che facessimo in questo chervanzarai con il detto patre frà Theophilo, e vostro frà Thomaso, fussimo tanto lieti che tutto ne passo con voi commune. Hor dunque tornate, patre mio, e venite, che doppo la morte del nostro Baldisera divenuti semo in tutto solitarii, benchè assai più liberi ad ogni pratica si de fuori nostra, come di drento con noi d'altri. Ne patimo d'altro, suol della sollecitudine d'animo, non puotendo montar la punta per intrar nel porto, che già con la navigazione danni dua cercamo, ne capimo quello per li contrasti de mille sbandati venti. Ma di ciò al tornar vostro, nello quale spero, et aspetto insieme con esso voi quelli compagni, il magno Alexandro in oro, il Philippo suo patrenel argento et il Prusia con la Arpya Chia ne rame facciandovi certa fede con la mia presente, che mi saranno molto grati e molto acetti, pregandovi, che apresso di questi rè si puotessi havere qualch' uno de quelli imperadori Constantinopolitani, che già nel vostro partire vi dette in nota, ciò è d'un Dencentio, de un Leontio, d'un Philippico, d'un Anastasio juniore, d'un Gallo secondo, e di Theodosio, Tiberio e Leone, tutti tre chiamati terzii ne loro titoli, sappia, che mi veranno più che gratissimi et acettissimi per causa, che già vi dissi; offerendomi alla sodisfazzione d'ogni spesa, che farete in essi. Della abbazia recaduta altruove, dogliomi quanto e como debbo. Ma chi sà, se questo fallo della fortuna vostra vi tornerà più felice puoco dipuoi? A me il re Giuanni fu III. volte

Digitized by Google

a farmi vescuovo, ne riusci la cosa per la invidia delli mei proprii domestichi. Dolsemi ciò quella tale vie più, che nissuna ingiuria, che dalli nemici fusse venuta. Puoco dipuoi morse il re, mancorno i suoi satrapi, si spirituali come seculari, ne vissero troppo gli invidi mei domestichi, e voltatosi sotto sopra in brevissimo tempo tutta quella malvaggia fazzione per il gran giudizio della divina fra, tutti III. ancora quegli vescuovati cadero nelle mani d'Ottomano. Io, come fui prima, restai libero e sciolto de molte fastidiose riputazioni. E, se in qualunque de quelli era fermato per aventura, non diveniva puoi in disaventura, restando manco d'un suffraganeo, o volete dire, d'un parochiano della villa? E, di che sorte. Cussi fatto ricorso col miglior intelletto e raggione alli voleri de Signor Iddio, al fine me n' avitte, che gl'appetiti primi erino molto falsi, e che quello che alhora mi negava la fortuna, alla miglior età e tempo è stato delle cose più saldo et honorato, che gierà quel de re Giuanni, e della posterità suoa, mi riservava, come et io hora pruovo, e molti, con li quali vissi insieme, vedendo, sene danno maraviglia, e lodano Iddio nelli suoi mirabili. Hor voi ancora in guisa de questo mio proprio esempio, che famigliarmente ve l'ho discorso, lasciate simil minuaglie si leggiermente scuorrere, come son venute; che le vostre reti, non partandomi dalla metaphora con voi in ante ancora usata, sono per li dentali, non per le menole. Ma sempre buttate quelle nella destra parte, ch' il resto voi sapete. Et io pronto a patire senza passino, che siate Franzese, date opera che vi appresentione d'altre suoe raggioni patronate, non di queste, che tengono in Galata. Ubi est messis Solimani.

Digitized by Google

Ne ci è altro, che vi dica, suol che mi offero ad ogni vostro piacere, che per me vi si puotrà prestare. State sano. Da Constantinopoli nel XII di Settembre. 1555.

XLV.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Il Veranzio e Zay a ms. Dominego Gaztelu S.

1555. sept. 20. Altro de quì non ci è, se non che questo signore aboccatosi col suo figliuole Bajasitto, e passato seco quatro giorni molto amorevelmente, giove di prossimo ritornò a Constantinopoli, expedito quello nel suo zangziacato in Bithynia. Hora, puoco inante havendo castegato ancora quello ladrone, che falsamente s' havea nomato Muztapha, par, che tutto questo stato è riassetato e ripuosto nella quiete. Quanto alle cose domestiche. Ma quanto alle straniere, travagliano molto i ragionamenti della espeditione d'Hongaria, se tale rispuosta non si haverà dal nostro sacratissimo re, signore, la quale puossa a questo aggradire. Di maniera che non semo senza affanno per simil cosa. Pur Signor Iddio facci et inspiri soa magiestà, e li aversarii suoi a fare tutto quello che sià per lo meglio delli cristiani stati. Noi ancora da voi niente. E già divenuti semo in dubio, se in Venezia sete o no. Perchè se vi fusisse, non credimo, che tanto tempo n' hareste tenuto senza le vostre lettere, delle quali havemo per il vero maggior sete, che de nissun altro liquere. Ne vi puodemo altro scriver, suol, che con celerità siete contento di spe-

Digitized by Google

dire queste alla corte, acciò soa magiestà, se l' sarà possibile, lo legga avanti che si risolva nella respuosta, che farà per quà. E con questa offerendone agli piaceri vostri, baciamovi le mani. E state sano. Da Constantinopoli nel XX. di Settembre. 1555.

XLVI.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum etc. Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Allatae sunt nobis litterae majestatis vestrae Augusta nudius quartus, quae erant decimanona Augusti datae, nosque magna et voluptate affecerunt et desideria nostra, quae de eis habueramus, cumulatissime expleverunt. Nullas enim post eas, quas 19 Martii dederat, acceperamus, quod nos non sine sollicitudine habuerat, ignorantes quidnam in causa foret, quod nihil tamdiu nobis scriberetur. Verum soluti hac sollicitudine, laudetur Altissimus, quod et majestates vestras omnes salvas atque incolumes esse, et negotia earum in Germaniis commodius procedere intelleximus. 1555. oct. 10.

Quae vero recens his in locis emerserunt et agitantur, hujusmodi sunt. Proxime quum hic princeps a colloquio filii rediisset, videreturque nihil jam gesturus in quosdam saevius, uti omnium erat opinio, posteaquam tractavisset filium tam indulgenter, qui multa commiserat animadversione non indigna: ultima die Septembris Ahmathum passam intra aedes suas jussit strangulari. Octobris vero prima Hrzuta-

Digitized by Google

num in priorem locum reposuit, idque eo cum favore atque gratia, qua major apud hos nulla esse possit.

Magna certe utraque novitas et mutatio, neminique prorsus hoc tempore vel haec vel illa expectata, praesertim tam repente, et nulla praemissa significatione, quo magis nemo est, qui de hoc utroque tam insperato eventu non stupeat, horreatque. Et si necis Ahmathinae quaeratur causa, una tantummodo vulgi sermonibus circumfertur: controversia quaedam de reditibus Kayri sive Aegypti, quae inter ipsum Ahmathum et Aly passam suscitata habetur de repetundis, quemadmodum Marco Singkhmosero secretario majestatis vestrae scripsimus ordine copiosius. Tametsi haec ipsa causa non huic quidem controversiae, sed uxori ac filiae imperatoris tota impingitur, quae illum et intemperiis et muliebribus suis oppugnationibus impulerunt et expugnarunt, ut crediderit Hruztanum reestitui mimine posse, nisi per Ahmathi necem. Jam itaque denuo hic Hruztanus regnat, ad eumque inposterum omnia, quae hic rerum nostrarum geri oportebit, erunt dirigenda. Nos illum praeparato satis honesto munere, postridie restitutionis ejus adire statueramus, quo ei gratularemur, sed adhuc admissi non sumus. Nec scimus causam, tametsi quater jam audientiam nobis curaverimus, postremoque renunciatum sit ejus nomine: ut si nihil haberemus aliud negotii, quam gratulationis curam, domi gratularemur nobis ipsis. Sic usi omni industria et conatu ad id cum decore majestatis vestrae et illius benevolentia obtinendum, ubi frustra nos conari vidimus, a sollicitando ulterius desiimus.

Caeterum quod ad res nostras attinet, majestatem vestram optime facturam ducimus, quod intra

Digitized by Google

praescriptum tempus faciet responsum principi. Quia quanto diutius hoc extrahitur, tanto et ille magis ac magis commovetur, verba sibi dari existimans, et de violatione induciarum minus curat, passis simul ejus palam dictantibus, celerius regem pro voluntate sui principis venturum tandem ad propositam sibi pacem, si in ejus finibus latius grassabitur, dum serius de institutis rebus deliberat. Quod sane creberrime audimus, et inducias ac fidem publicam citamus, sed incassum omnia, quum interim nec latum unguem (quod majestas vestra scire a nobis cupiebat), eos a pertinaci proposito animadvertimus decedere, non cessantibus nobis omnia tentare et experiri, ut viam aliquam ad leniendos eorum animos invenire possemus. Parum etiam de praxi illa nobis excogitata et aggressa pollicentes adhuc, quod eam prosequendi nulla nobis oblata est ad hoc tempus opportunitas propter principis aulaeque ejus universae perturbationes, Hruztanique exilium, cui deberetur si amicitiae majestatis vestrae memor esset ac moveretur. Verum jam his omnibus in novam et quandam stabilem formam revocatis, Hruztanoque in pristinum restituto, memoratae praxi non deerimus, utemurque ea via pro nostris viribus, quae nobis magis arriserit et faciliorem sese ostenderit. Quanquam non existimamus daturos nobis tam facile vel aures vel verbum quodpiam favorabile, dum de voluntate majestatis vestrae circa Transsylvaniam fuerint certiores, visuri quid sit eis responsura. Quandoquidem non sint omnino sine spe, quod vel metu eorum potentiae grata eis respondebit, nec adducet in discrimen sua reliqua Transsylvaniae causa. Unde adhuc maxime urgent institutam pertinaciam, prohibentes etiam mentionem fieri

Digitized by Google

ejus provinciae, tanquam unguem a quopiam gravissimo hulcere.

Propterea majestas vestra scire dignabitur, quod tantum abest, ut ii irarum et furoris sui aliquid in nos ob Transsylvaniam suscepti remiserint, ut consequuti pacem et otium in toto oriente, in dies etiam magis exacuant, hientque toto ore quum ad ipsam Transsylvaniam, tum ad Agriam et Viennam; initio scrutantes omnes homines, qui isthinc capti adducuntur, quisnam sit Viennae ipsius status, quae munitiones, qua sit parte debilior, quam magno pollet populo, quibus tenetur praesidiis, num facile capi poterit, audebit ne principi suo resistere; et id genus complura; divulgantes insuper, a Deo principem jam id aetatis non efflagitare aliud quam expugnationem Viennae et emori. Sed sequens dies haec discutiet, curanda illa sunt, quae jam agunt palam, et machinantur obliti et Dei et foederum.

Excursionibus reverendissimi domini Varadiensis versus Tibiscum amnem ad demoliendum castellum Bala-Szent-Miklos appellatum mirifice offenduntur, nec ullius pensi ducunt, antene, an intra inducias illud erexerint. Quare ratum habentes quid a finitimis in arcem Kapuswywar, in Corotnam, aliasque ejus orae castella commissum sit, denuo nunc mandatum est passae Budensi, ut statim invadat Papam, Dewecier et Somlyo, et deinde his locis in potestatem redactis, Jaurinum quoque, si poterit, capiat et retineat, sin minus, exscindat solotenus, viamque illam Viennam versus futurae expeditioni aperiat et tutam reddat.

Misere praeterea in Thraciam et per omnes alias Europae provincias conscribendam quinquaginta

Digitized by Google

millium hominum agrestium turbam, quam educturi sunt cum ligonibus et aliis instrumentis fossilibus, Viennam, Palottam, Agriam et caetera loca fossionibus aggeribusque oppugnaturi, quibus machinae et vis militaris nihil obesse poterit.

Welibeghus quatriduum est quod huc appulit, triduumque vix consumpsit in petitione adempti zangziachatus. Pro Hathvano Albam Regalem obtinuit, et jussus est quam celerrime in Hungariam redire.

Arzlanbeghus in Graecia propius Albaniae fines in maritima ora positus est, sed quo loco, ignoramus.

Si vero certa aliqua a nobis futurae in Hungaria expeditionis istorum cognitio quaeritur, ea quidem nec nobis nec aliis plane adhuc constat, licet in utramque partem maximi serantur sermones. Qui omnino futuram ajunt, inimici nostri sunt, et quod fieri cupiunt, asseverant futurum, sed et conjectura pertinaciae, quam audiunt esse in principe et passis ejus causa Transsylvaniae. Qui futuram negant, minus ducuntur passionibus, et ad eas causas, quas jam ante ascripsimus, duas adjiciunt: alienum Hruztani a bello animum, deditumque principis aerario augendo; et inopiam tritici, qua omnes fere horum provinciae dicuntur maxima laborare praeter Aegyptum et Peloponnesum. Et cum hac ratione comitatus nulli solito more in Hungariam evehendi queant comparari sufficientes, arbritrantur expeditionem minime posse fieri, daturosque operam hostes, ut hunc quoque ipsum insequentem annum tam terriculamentis et minis, quam mediocribus hic illic habendis praeliis, et diversis commentis praesentes tractatus concernentibus, extrahant, quemadmodum et duos proximos. Verum clementissime rex, quum adhuc difficile sit ho-

Digitized by Google

stium animos atque consilia perspicere christianis praesertim hominibus, et omnium rerum apud majestatem vestram sit consilium, nos tamen sentiremus, ut hujusmodi incertis opinionibus non daretur locus, sed ut majestas vestra in omnem eventum sic prospiciat et praeparatas vires haberet, ut quandocunque hostes erumperent, posset eis praesto obsistere, quum ipsi, ut vultures cadaveribus, semper paratissimi immineant nostris ditionibus vexandis et diripiendis.

Classis Turcica et Gallica vel Turcarum testimonio magna et gravi clade in Sicilia, in Corsica, apud municipium Calvi, apud portum Herculeum et Plumbinum in Tuscia affecta est, quae vel a janizerorum caede facile potest aestimari, quorum ajunt supra trecentos desiderari; sed quando redibit Constantinopolim, certius omnia cognoscemus et majestati vestrae scribemus.

De tumultibus Persae filii languidiores sunt rumores, putamusque nihildum hostile in fines principis hujus, uti ferebantur, attentasse, immo eum proxime ad nuptias suas una cum patre invitavit. Nam Georgiani cujusdam reguli filiam duxit in uxorem.

Zalla Reys, Algieri praeses, Constantinopolim accersitur, ad respondendum querimoniis suorum provincialium; nec ejus filio dabitur Rhodus sed cuidam Ally Purthucho.

Duchaginus quoque passa ab Aegypto revocatur et timent multi, ne sequatur Ahmatum passam simili via. Nec Durgutthum securum faciunt ob rem nunc male in Tyrrheno mari gestam. Nam omnis in illum furit indignatio, intelleximusque scriptum fuisse summo classis trierarcho, ut hominem observet ne se subducat, et si praescius erit, fugam illum cogitare, ma-

Digitized by Google

nus ei injiciat et vinctum eum deducat Constinopolim. Nos vero quas per Turciam misimus majestati vestrae litteras de Hruztano restituto, his earum exemplum adjecimus, ut gratiose dignetur intelligere, nostrae in hoc nos sedulitati non defuisse, ubi primum tabellarium Venetum nobis elapsum fuisse accepimus, qui eo momento fuit expeditus admodum clandestine, et mercede cursus duplicata, quo Hruztani audita est restitutio. Alia id temporis non occurrunt. Deus majestatem vestram sacratissimam cum serenissimis liberis etc. servet. Datae Constantinopoli 10 Octobris, 1555.

XLVII.

Maximilián cseh királynak Verancsics és Zay.

Ad Maximilianum regem Bohemiae etc. Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Non ignoramus partium nostrarum fuisse, ut 1555. oct. 1.
jam tandem aliquando coepissemus litteras nostras ad majestatem vestram dare, et fungeremur incessanter hoc officio, cujus cessationis causa non parum reprehensionis metuimus. Verum quia peculiares notas cum ea non habuimus, veritique fuerimus tanti momenti res nudis epistolis committere; quum praetera haud dubie cognoverimus, quod majestas regia dominus noster elementissimus, omnia cum vestra majestate communicet per suas litteras, quaecunque subinde a nostris accepit: factum est, ut ad hoc tempus errori huic institerimus, cui errori nostro immo etiam crimini, veniam humillime postulamus, obsecramusque summis

Digitized by Google

precibus, ne solitam ejus a nobis gratiam velit subtrahere. Quam quidem semper, quoad vixerimus, omni tum fide, tum studio promereri enitemur. Nunc vero postquam majestatem vestram intelleximus Viennae a sacratissima majestate regia rebus Hungaricis moderandis fuisse relictum, est nobis, de quo eam commonefacere debuimus gratia periculi cujusdem nostri summovendi.

Diebus proximis Ahmatus passa haud ita multo ante suum obitum fecit Gregorium Litteratum cum quodam Croata, milite gentis nostrae, Gaspare Saffaryth (nescimus quonam spiritu agitatus) ignominiose suspendio enecare: quem certe, postquam ita de eo statuere libuerit, gladio longe honestius poterat tollere, ut virum militarem et fortem. Quare si qui e nostris quoque, qui Turcas apud se captivos habent, vellent hujusmodi injuriam, quae certe est gravissima, simili vindicare injuria, quod futurum non ambigimus, supplices petimus, ut re communicata cum amplissimis dominis consiliariis, dignetur ei majestas vestra quam maturrime occurrere monitis et mandatis suis. Quandoquidem si quid tale accideret, proculdubio immunes nos ii ab injuriis suis non praetermitterent, ne interim loquamur de periculis, in quae nullibi gentium facilius conjiciuntur homines, quam apud hanc, quae, quandocunque male faciendi est animus, tot causas vel momento uno nasci facit, quot et quales necessarias fore judicaverit. Ideo dignetur majestas vestra pro sua clementia gratiose hac in parte nostrae incolumitati consulere. De quo supplicamus etiam regiae majestati. Potissimum autem scribendum erit, quum uxori Gregorii, et collegae olim suo Paulo Zarkandy, qui est in praesidio Agriensi, tum magni-

Digitized by Google

fico bano, ne quid ageret propter Saffaryth, cujus erat clientelae. Deus Optimus Maximus salvam et felicem majestatem vestram quam diutissime conservet. Datae Constantinopoli 10 Octobris, 1555.

XLVIII.

Singkhmosernek Verancsics és Zay.

Ad Cinkmozerum Verancius et Zay.

Ea quae ad nos de Germanicis rebus proxime perscripsisti, et boni profecto consuluimus, et maximi officii, summique tui erga nos amoris esse ducimus. Quandoquidem et voluptatem nobis magnam attulerunt et maximam ademerunt sollicitudinem, dum vel inde a mense Majo, quo Amasiam profecti fueramus, nihil de sacratissimis nostris principibus, nihil de statu nostrae patriae, nihil demum de Augustanis comitiis acceperamus; a quibus, ut de eis aliquid hac epistola colloquamur, non Hungariae regnum modo, sed etiam tota respublica christiana eam sane opem hac potissimum tempestate videtur sperare et exposcere, qua quidem post divinam, omnibus saeculis incolumem staturam, permansuramque non est dubitandum. Quo magis exclamare libet: O Germaniarum principes praestantissimi et in toto fere orbe milites christianae religionis soli tutelares, adhucne ejus defensionem, adhuc liberationem moramini? An ad vos pertinere nostram viciniam non putatis, vel parsurum vobis communem hostem arbitramini, quum effractis portis domus nostrae in vos ipsos irruperit? Erat olim Hungaria omnibus sane christianis regnis, quod mul- 1555. oct. 16.

Digitized by Google

tae memorant historiae, murus et antemurale propugnaculum; vobis certe fuit semper porta, immo et ensis et clypeus; et hoc ipsum etiam num maxime. Non igitur tuebitur vobis porta domus vestrae? qua si demum (quod absit) hostis potietur, quid spei, quid commodi aut opis, quum miserae ipsi Hungariae ab omnibus Christianis destitutae, quae omnes ante tuebatur, tum vobis ipsis in hoc ense, in hoc clypeo reliquum erit; ubi non per angulos modo regionum sed per habitationum vestrarum singulos vestros furibundus persequetur? Putatisne, tunc magnopere vobis tam intenta studia profutura, quae seorsum quisque vestrorum suis tantum tuendis finibus accommodat, non autem simul toti reipublicae? quae si salva atque incolumis fuerit, cui vel domus vel ditionis ac fortunarum suarum salus atque incolumitas desiderabitur? Quis proinde non fruetur otio, quis non quiete, non laetitia, non suis legibus, non libertate, non religione, non divitiis denique et vita et coelo? Sed de his nos fortasse severioribus nimis libere et supra conditionem ac fortunam nostram disserimus. Verum quia conpensandum nobis est officium officio, jureque de his rebus responsa quoque fieri debent, de quibus fuere proposita, ineptissime fecissemus, si alienum quidpiam respondissemus ad tuas litteras. Quare quum haec familiariter inter nos communicabantur: tum de periculis ac malis queri quid vetat? non videmus; quum etiam necessarium esse judicemus, quandoquidem neque vulnera nostra sentire ipsi soleamus, nisi quum dolor eorum eruperit.

Igitur quod adhuc in Germaniis apud quosdan Galli amicitiae et praxes locum habeant, non lamentandum modo nobis est sed etiam deplorandum. Ete-

Digitized by Google

nim quotus jam hic annus est, quod regiones christianas ductu et consiliis ejusdem Galli Turcicus percurrit furor, ensis depascitur, ignis consumit, vastat miles, exhaurit captivitas, et dogma labefactat atque pessumdat? quis item maria Turcae aperuit? quis Italiae monstravit littora? quis in Hungariam fecit, quis jam in Germanias facit ac sternit iter? Nonne Gallus? quis praeterea caesarum ac regum nostrorum, quis totius imperii consilia, voluntates, studia et conatus ad eum defert, redditque etiam de potentia atque opibus rationes? Nonne Gallus? Quis omnium demum reipublicae christianae statuum disjungit animos, concordiam perturbat, arma distinet et corrumpit vires, ne cujus auxiliis ad cupiditatis suae apicem contendit, violaretur? Idem nimirum Gallus; quia dum terra et mari caesares ac reges nostros bello persequitur, nihil sane terra, nihil mari relinquit, quod confundere, quod evertere, ut vincat, non audeat. Necdum hoc, ut conjici licet, vel Germaniae ipsae, vel etiam totius orbis nostri principes adeo vehemens, minime alioqui latens, virus perceperunt; quum Gallo hac aetate nostra interim nescimus, an ulli unquam amici, ulli fuerint socii, qui successu temporis varios rerum suarum casus, varia discrimina, fortunarumque et libertatis jacturam non fuerunt experti. Nec vacat modo producere exempla. Sed si ad plures et Italiae status et Germaniarum principes respexeris, qui in sacratissimi imperatoris nostri gratiam, jura et potestatem concesserunt ac reducti sunt, nonne populi et nationes universi orbis compertum habent, eos hujusmodi mutationem fortunae non imperatoris avaritia, non saevitia, non cupiditate perdita subiisse, qui omnium quidem libertate semper est laetatus,

Digitized by Google

semper omnium otium studuit propagare; sed ambitione Galli, qui ut hujus ipsius aliquando ambitionis consequeretur fructum sibi propositum, neminem non solum potentum et pollentium divitiis in suas partes non sollicitavit, verum imbecillibus quoque industria sua excussis, in Joannis etiam regis filio opem invenit, sed Transsylvaniae et Hungariae reliquiarum periculo. Quod ut principes isti nobilissimi velint exempli vice accipere, non certe fecerint a prudentia sua alienum; quoniam Gallus, percurrendo mare et aridam, ut novas subinde sibi hic cum iis, illic cum illis amicitias et societates jungeret: eas profecto non diutius colit, neque servat, quam donec in portum cupiditates suas perduxerit; quumque illi commenta sua non successerint, negligit et amicos suos, et socios, omnemque in eos culpam rejicit, ne gratiam referat. Et hic interroga ejus exules, quod ad praeterita: quod ad instantia, Senenses patres et Albertum ducem. Verum interea agit aliud idem Gallus nihil, quam ut aliis praxibus ecclesiam, aliis Venetos, aliis duces et status Italos, aliis Anglos, istos vero principes aliis a defensione et cura reipublicae christianae distrahat, et imperatorem ipsum ac ipsos principes imperii, quorum jam hostis et portas prope occupavit et ad latera properat accedere, ab eodem hoste propulsando avertat atque impediat, perinde ac illapsum Turcam in Germanias Gallus ad illum illinc expellendum consequutus, si diis placet, fastigium quod venatur, solus sit suffecturus: in quo quam maxime fallitur, quid nos dicere oporteat, per se res ipsa patet. At at quod magis mirabere, judicabisque dignum fore posteritatis memoria, reverendissimus dominus Polus cardinalis Anglus in ea oratione, quam proxime

Digitized by Google

apud caesarem de pace habuerat, Galli citabat quasdam litteras, quibus ille asserturus justum se bellum contra caesarem gerere, publici boni causam attulerat, nimirum quod ei obsisteret ne monarchatum Christianitatis occuparet. Haeseramus admiratione tam frivoli argumenti. Quasi vero id nequiret caesar, Galli potentia inhibitus, si christiano sanguini et libertati nollet parcere, ut non parcit Gallus, cujus opera et ille multus quotidie funditur et haec minuitur. Dignam belli causam et praeclaram excusationem: Carolum caesarem catholicum et christianum principem prohibet monarcham fieri; Zuleymanum Turcam atque ethnicum facit. Nisi fortasse quod alioqui novere et lippi et tonsores, ipse per Zuleymanum eum sibi spondeat et polliceatur. Quae quidem vel animo ipso complecti, nedum oculis cernere qui citra horrorem posset neminem arbitramur. Quo magis mirum videri debet, si et isti clementissimi principes, et omnes totius orbis caeteri non ejusmodi perspiciant, abominentur atque avertant, quod facturos haud quidem dubitamus. Sed ubi scribis, multa paci obsistere, ac potissimum de religione controversiam; tum privatorum finium, majorem quam publici status curam, dum alienis studiis plurium animi circumducti, differunt legitima et necessaria: narras tu quidem nobis gravissimum malum, et jam prope a saeculo apud christianos status in usum versum, quo quidem etiamnum haud dubie perimus et plane sempiternum eodem peribimus, si Galli praxes diutius quibusdam in Germaniis placebunt, et patientur ab unitate seduci. Verum non esset ab re, si Graeciae civitatum recordarentur, neque examinare eos pigeret, quidnam illis suum cuique liberum olim domi profuerit imperium;

Digitized by Google

si propter bella et seditiones intestinas simul omnes commune imperium amisere. Philippus enim, qui eis a Macedonia imminebat, ubi unum eorum imperium in plura divisum vidit, mox voluntatum quoque inter eos discrepantiam sequuturam, inde in seditiones et arma prolapsuras, et demum haud ita multo post consumptis bellorum assiduitate viribus in infirmitatem casuras animadvertit: subito appulit animum ad eorum fractam jam potentiam in sua jura redigendam. Quoniam vero id, vi raptum fieri nequiverat, antiquis enim hisque maximis opibus pollebant, novam rationem vincendi commentus est. Contendentibus enim mutuo singulis, auxilia singulis, ut petebatur, suppeditabat et colebat amicitiis: quo omnium in invicem fovendo fastus atque odia, omnes primum et meritis sibi devinciret, et fiducia suae necessitudinis compleret; postea ut quaeque prior viribus defecisset, haec in tutelam suam recideret; et ad postremum singulatim omnes in hanc necessitudinem inpulsae, universae potestatis suae forent. Nec fefellit eum opinio, quemadmodum tute nosti reliqua. Atqui hoc exemplum, si expendimus diligentius, Turca sane nobis in oppressione regni Hungariae affaberrime retulit pro Philippo; quando bis illud, Joanni primum regi, praemium destituti regis Ludovici, tradiderat, et nunc postremo uxori ejus ac filio omni aequitate jurium regis nostri violata contendit tradere, postquam eos videt omnem spem reliquam in se posuisse. Quod quidem malum si sexu mulier, aetate puer et consultores eorum pravitate minus intelligant, nec perpendant, quid sit quod agunt, quamque gravi feriant vulnere Christianitatem, nihili ducant, principes isti christianissimi, obsecramus, intelligant, perpendant, perspiciant,

Digitized by Google

tamque pestilens vulnus prohibeant, quum possint, et remediis locus datur. Nec ambigant alia quoque reipublicae christianae regna facile in hoc ipsum malum posse incidere, Hungariae praesertim proxima, si perniciosae et saepe jam memoratae Galli praxes, turcici furoris ministrae et ad tumultus exitiabiles posteritatis Joannis regis stimuli diutius per ea libere vagabuntur; neque illis primo quoque tempore, Deo propitio, viris vero infestis obviam ibitur. At forsan ais: quid tam multis opus? mihi quoque haec nota sunt omnia. Credimus equidem, scire te omnia; verum multos esse, non refragabere, quibus ne audita quidem fuere aliquando. Quare quum nos his versemur in locis, ex quibus omne hoc malum pandi intuemur: magnam sane animi molestiam pateremur, si de illo sileremus. Deus itaque immortalis! quam acerbus dolor est, tam crebras hinc arcium nostrarum expugnationes, illinc ditionum vastitates audire, et in captivitatem quotidie fere per myriadas homines nostros adduci cernere, tum contemni ab omnibus, et apparatuum minis terrefieri. Dura profecta et acerba sunt ejusmodi. At illa quis non multo et duriora et acerbiora judicabit, qui publicam miseratur atque deplorat conditionem? Solis enim principibus nostris pro christianae reipublicae incolumnitate dimicantibus, eam alii et suis et hostium armis palam infestant: alii ejus periculo privatis rebus student: quidam ingeniose suppressis belli causis, egregie destituunt: caeteri verbis detinent et alieno judicio curant: isti, maxima sane et fortissima Christianitatis pars, in quos omnium malorum Hungariae sors et series incumbit, de religione disputant, nec respiciunt, quam prope jam intentat et injectat Turca suam vim, sua dogmata.

Digitized by Google

Plura hic non addimus. Nimis enim etiam nunc terminos suos excessit epistola. Verum pacem animorum, unitatem armorum, odia Turcae sociorum consulimus. Nam tempestive religionis cura non urgetur, gratia praesertim alienа, si patria, hoste jam in oculos incursante, deseritur indefensa. Haec ad tuam epistolam. Nunc ad Ahmatti necis causam, quam promisimus regiae majestati ad te perscripturos, quod agere cum principe verbosius non conveniat, ejusmodi praesertim, quae rem nostram non cernant.

Unum itaque dumtaxat est, propter quod suffocatum Ahmattum esse ajunt: Aegypti, quam Turcae Miszyr vocant, reditus. Eam enim provinciam IX. annos Ally passa, secundus nunc vesirius tenuerat; quumque princeps Ahmattum in Hruztani locum subrogasset, hunc quoque Ally passam revocare ab Aegypto, et in vesirium placuit adsciscere, dato illi successore Ducagino quodam passa, suo, ut ferunt, consanguineo; magna tamem et opera et consilio Ahmatti, propter amicitiam, quae illi secum fuerat. Eaque causa, vel ab ipso rei hujus initio maxima simultate arserunt mutuo. Quod etiam Amasiae nobis dicebatur; quemadmodum magnificum dominum Augerium, collegam nostrum, meminisse et retulisse majestati regiae, non dubitamus. Ambo itaque ii duo passae, daturi operam, ut sunt accusati, peculatui, nequibant fortasse commode ob Ally passam: cui ut Ahmattus invidiam et periculum apud principem suscitaret, assidue litteris urserat Ducaginum, ut reditus pecuniarios auctiores faceret, mittendosque in aerarium Constantinopolim sedulo curaret. Igitur auctis priore anno 150 millibus ducatorum, et missis, non mediocriter emicuit industria Ducagini,

Digitized by Google

promota etiam commendatione Ahmatti. Tum princeps, animadversa re, suone instinctu proprio, an suggestione Ahmatti, quod magis affirmatur, incertum est, inconsideratum tamen non praetermisit, quaesivitque ab Ally: Unde hoc incrementum fecisset Ducaginus? cur non fecerit ipse? Caeterum IX annorum, quibus tenuerat Aegyptum, ubinam forent incrementa? Respondit se provinciam majorum legibus tenuisse et censuisse; nec illam voluisse insolitis exactionibus desolare, quemadmodum ii, qui nunc sibi discrimen struerent. Sic tanta re in controversiam adhuc Amasiae perducta, hic eam princeps summa severitate et celeritate cognosci atque absolvi voluit; sperans se aliquot centum millium ducatorum lucrum facturum. Quare productis libris utriusque partis, rationum negotio acerrime in divano ventilato, haud dubie in Ally passam omnis culpa videbatur esse casura, nisi serio et firmis argumentis tutelam sui arripuisset, habuissetque, quibus se tutaretur. Paulo enim ante, quam in hoc forum descendisset, assequutus unas litteras Ahmatti ad Ducaginum datas, quibus scripserat: oportere illum undecunque possit summa celeritate pecunias cum incremento curare et mittere, si tandem Ally passam tolli velit, eas porrexit principi, declarans se ab adversario non accusari veris criminibus, sed calumniis peti, ut opprimeretur. Et sub id tempus accidit aliud, fortunae putamus beneficio, quod ei singulare attulit auxilium, insperatum illud quidem, at certum. Eunti enim in templum principi libellus supplex ab homine quodam offertur plebejo, in quo Cayri quidam civis querebatur, omnibus se fortunis ab Ally passa, citra omne jus, et nullius convictum criminis, fuisse spoliatum,

Digitized by Google

et insuper caedis metu, quam sibi minabatur, solum vertisse. Succensus hoc libello magis ac magis princeps, quum legendum Ally passae porrexisset, ajunt, dixisse turbatissimo vultu: En vide Ally, si vel hoc unum damnationi tuae sufficeret? Ille vero: Maxime, inquit, princeps. Verum si se hoc sic habet, cur hactenus adversarii mei praeterierint, et accusationibus, quas de me produxerunt, dudum non adscripserint? Quare, ut de hoc quoque clarius informeris, jubeas hominem in medium venire, et coram tibi reddere rationem. Assensus est. Tum homine in medium constituto interrogatoque: quidnam esset, de quo fuerat questus? obmutuit correptus metu. Rogatus dehinc iterum: quidnam fuerit in libello? ignorare se respondit; quandoquidem libellus ejus non fuisset. Cujus ergo? vel a quo ipsum accepisset? Venisse, ait, ad se ciausum quemdam cum libello memorato, et petiisse, ut eum principi porrigerem; nec praeterea quicquam se de illo scire. Tum extemplo attracto etiam ciauso et fateri vera de libello jusso, respondit ille quoque: nihil ad se de illo pertinere, nec scire aliud, quam quod eum sibi Ahmattus passa tradidisset, et praecepisset, principi porrigere, quum a templo in regiam reverteretur. Hic apparuit, constititque et Ally passae innocentia et Ahmatti crimen, propter quod vita quoque exutus est. Caeterum una haec et potissima causa necis ejus in vulgi haeret sermonibus; sed non creditur; quia verior uxori et filiae principis impingitur, quarum expugnatus princeps intemperiis (ut effascinationes reticeamus, de quibus ipsi Turcae palam loquuntur) non existimavit, ut effectus docet, posse se in pristinum statum reponere Hruztanum, nisi Ahmattum sustulisset. Qua sententia omnes sunt, qui extra vulgum degunt.

Digitized by Google

De Belgicis et Paedemontanis rebus, quae attigisti, ea cum corollario etiam earum, quae per alias partes Italiae gesta sunt ac gerantur, cumulatissime a Dominico Gaztelu accepimus, gaudemusque quod litterae nostrae proximi temporis salvae isthuc pervenerunt, excusantes nostram de his incuriam, quibus dies defuerat. Etenim saepe numero id oblivionis partem notarum obscuritas, partem plurium rerum scribendarum sollicitudo scribentibus inducere consuevit, dum intenti quandoque in tardiorem discessum tabellarii, serius diem apponimus propter appendices, si quos sequens dies attulisset. Veniam itaque huic negligentiae postulantes, Augerium collegam nostrum avidissime non expectamus solum, sed etiam desideramus, rogaremusque, ut celerius ad nos remitteretur, nisi VI. mensium curriculi finem propinquum intuentes, jam eum in via esse crederemus. Utinam ipse jam ad nos rediisset, quo ipsi quoque nos ad nos rediremus. Bene valeas et felix vivas. Datae Constantinopoli XVI. Octobris. MDLV.

XLIX.

Gaztelunak Verancsics és Zay.

Al Gaztelu Veranzio e Zay.

Molto bene et a sufficienza v' havete sodisfatto per li mesi passati con li suoi presenti lettere del VIII. del XXIII. e del XXV. d' Agosto, delli quali eravamo tanto desiderosi, e pieni hormai de sospetto che nel camino fussero smarite per qualche senestro 1555. oct. 16.

Digitized by Google

caso. Ma lodato sià il Signore, puoi che non si è intravenuto altro; ringraziando lei apresso summamente della memoria, che di noi tiene, e dell'uffizio, con loquale alla giornata si cortesamente ne rinuovi e sostente.

Et a raguaglio delle suoi, altro quì di nuovo non ci è per adesso, suol che nel ultimo di Settembre questo signore fece strangolare drento del suo seraglio il signor Ahmat passa. E nel primo d' Ottobre ripuose il signor Hruztano nel pristino suo stato, molto con maggiore dignità e riputazione, per haverli usato, che questi principi rare volte usorno perinante. Et è cosa veramente di maraveglia e questa e quella. Ma cussi sequì, et il signor Hruztano è maggiore via a più, che mai fu prima.

La causa, che l'Ahmatto esstinse, è stà, come ragiona tutto el mondo, una certa lite, che erà tra esso et Ally pasa, per li vettigali de Cayro over Aegypto, li quali il presente governatore di quella provincia, detto Ducagino passa, havendo accresciuto per el primo anno più, che de 150 mille ducati d'oro, summa via più maggiore, che solèva esso Ally passa mandare nello erario, antecessore del Ducagino. Dove havendo esso Ally governato la istessa provincia anni IX, videbatur peculatus lege teneri, e veniva a pericolare per la caccia, che li faceva il passa Ahmatto a favore del Ducagino, e suo forse eziandio utele. Et Ally al fine truovato certe lettere d'Ahmatto al Ducagino, che chiaramente lo calumniavano, con mostrare la via, comesi dovea toglier di mezzo, acciò essi dua puotessero fare il fatto suo, le puorse al signore, e subito che furono lette, talmente respirò la soa causa, che giudicato innocente, quello altro caschò

Digitized by Google

nel laccio, che havea teso al compagno. Ne più è seguito altro strepito di questa lite, benchè ancora pende e tien sospeso il passa Ally. Et il signore commandato, che la facoltà d'Ahmatto si vendino e per far li far la sepoltura con una meschia, reconciliaturus ejus iratos Manes. E molti suono che dicono, non esser stà questa causa che uccise Ahmatto, ma quella, che ripuose il signor Hruztano, la quale perchè la conducono dalla casa del signore, più si crede e manco raggiona. Ne dubitamo, chè de altri l' havrete più distintamente.

Le nuove delli nostri sacratissimi principi ne rallegrano assai. Ma il parto d'Inghilterra che non hebbe il suo effetto, e d' havere dispiacer, le quale s'el seguiva, come s'esperava, erà di molta fermezza alle cose di là. Et in Dio speranza, in quo et a quo omnia; ipsi laus et gloria in saecula, amen.

Le disputte ancora delli signori Alemanni sopra le cose della religione, assai ne perturbano, essendo multo fuor di tempo, e fuoco de Franzesi. Ne è dubio, che disputando hora, quando bisognia guerreggiar, utrumque postea cedat illis praepostere, quando remediar voranno, et sarano (quod Deus avertat) intercetti da quelli casi, dalli quali per tempo non haverano tenuto l' avedimento. Ma pregamo Iddio, che li dia tal lume, che lasciate, non diccimo le baje o barle di Franzesi, ma prattiche manifeste, di perder il cristiano stato, possimo hormai vedere quello, che di qui glise aparecchià e puotràli intravenire, se noi di mezzo sarimo tolti.

Il signor duca d'Alva è molto in ogni luoco lodato per le faciende, che gli succedono si felicemente, e fassi temer si dalli suoi soldati come da gli inimici.

Digitized by Google

Cosa nel vero che è molto necessaria a quelli capitani, li quali combattono per finire e far ben guerregiate le guerre, non per mantener quelle. Iddio prosperi ogni sforzo a soa excellenza.

Le nuove e casi della armata s'ha quì largamente inteso il tutto, et è non picol sdegno contra i Franzesi. Ma non si crede perho, che un buon cacciatore scanni li suoi levreri, quando tal volta lascino a fuggire la preda. Cussì ancora questo signore più oltre farrà justa, di non stimare simil danni, e servare li suoi levreri d'huomeni per le caccie di più oltre. Iddio li dia senno, dicimo, a Franzesi, che hormai sarià tempo di ricognoscersi, e raguardar alla anima et alla fede, della qual sono.

Li stracci, che li finitimi de questo signore fanno sotto le presente tregue in Hongaria, non sapemo se ne l'habbia inteso. Ma quì si raggiona della presa di più luoghi, havendo fuori giusti apparacchi e faciando cose di manifesta guerra. Ne puol occorrer quì, si la non s'occorre. Di maniera che comminciamo molto dubitare di puoter far qualche bene. Tutta via sara quello, che Iddio vorrà. E semo certi, che soa majestà attenda alle necessarie provisioni.

E quanto al summario del manegio nostro di Lujo, havuto in Amasia, e spanto costì per Franzesi, a scornarci, è da dire, che gli sodetti Franzesi non havendo punto di vergognia a mentire delle cose manifestamente trattate, come è il costume Turchesco, perchè volete, che dichino la verità delle secrete? Perho i Franzesi respettando l'honor suo molto puoco, puoi che quello si largamente hanno posto, e sbaratato giù dalla faccia, el ne pareva per il vero, che n' anche della respuosta nostra erino degni l' rag-

Digitized by Google

gionamenti loro. Pur pel il contento de vostra illustrisima signoria, quella sappia, che da noi ne la Transsilvania mai fu promessa al Turco, no fatto eziandio un menimo cegno del tributo d' essa di 150 mille ducati. E se ciò i Franzesi hanno affermato, altri veramente non lo harian puotuto fare, perchè a dire simil minchiomarie, è cosa loro, attento che come facilmente giuocano con la fortuna del stato cristiano, cussì molto manco osservano norma della lengua.

Delle summessioni e della abezzione delle parole, che dicono noi haveri usato, el bisogniaria scriver un libro. Ma perchè non semo de costumi loro, ne semo avezzi a lodare noi istessi, lasciamo questi criminali a un altro tempo, quando saremo insieme, che a contarli quella tale a bocca, pensamo, che passaranno meglio che nelle carte. Noi nondimeno restati fermi in quel vestigio, che non ci permetteva render la Transsilvania; ne per essa prometter maggior tributo, che duplicar il solito, che erà di X. mille ducati: essi Franzesi nella dimanda della armata, e nel pregar questo signore che non facesse pace col nostro re, aggiunsero anco supra che è necessità, in tutto estreme, con dir, che il re loro era forzato a tior quella pace dal imperatore nostro, che esso imperatore si havesse voluto porgier, attento, che per altra via non erà sofficiente a sostenere la soa possanza.

Hor dunque giudicate voi tra noi. Ma per esser hoggimai li loro cose sfazziate e prostitute, lasciamo da canto le ciaraterie loro, e partiamo de più honorate.

La soa magiestà ne scrive per le lettere, che alle nostre erino aggiunte, come di conto dovia rimandare il signor Augerio con la resoluzione del negòzio. Iddio

Digitized by Google

faccia, che torni hormai; perchè noi, se bene non si lamentamo, patimo perho tanti travagli incommodi e desastri, che l'è cosa soprahuomana puediera. (?) Ma nissuna ritorna bella, che senza fattica e pericolo A vostra illustrissima signoria etc. State sano e felice. Da Constantinopoli 16. d. Octobris MDLV.

L.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum Antonius Verancius et Franciscus Zay.

1555. oct. 25. Etsi nos consilia, conatus, aliaque omnia, quae in fines nostros ad insequentem annum hostiliter molirentur, indagare omni studio ac diligentia non intermittimus: tamen quia omnis hostium cura expeditionis futurae videtur adhuc esse suspensa, expectatione responsi de Transsylvania, quod fortasse non alienum ab eorum sententia sperent futurum, nondum omnino vel palam, vel sollicite*) bellicos apparatus aggressi sunt expedire propter quosdam paucos. Triplices enim emisere curatores. Alios in Graeciam et Thraciam, qui commeatus omnis generis curent et conscribant servitia cum ligonibus; de quo proxime etiam scripsimus. Alios Istrum versum, qui et parata quaecunque invenerunt, tam bellica, ut sunt saykae et nazadae, quam oneraria navigia, vulgo transil dicta, intercipiant, sistantque nomine principis, et nova omni in loco fieri faciant, in quo alias quoque fabri-

*) Talán tollhiba: ‚occulte' helyett.

Digitized by Google

cari fuerunt solita. Postremos vero in Pontum, ad caedendam materiam novis triremibus, et quae in promtu fuerit, Constantinopolim transmittendam, quam ajunt 20. triremibus esse sufficientem.

Audimus praeterea et Transsylvaniae novas injici pedicas.

In Moldaviam de alio vojvoda designando habentur consilia, qui suane insania, an passarum artificio adductus, nobis plane non constat, victus tamen cupiditate ejus dominationis, dicitur se tria loca in potestatem Turcae traditurum promisisse: fodinam Rodnam, Chycho et arcem Kykelleu, si se caeteris competitoribus praetulerit. Nos camerinam hujusmodi non existimamus alios movisse, quam ipsos passas, qui hac via juris alieni vellent armatos suos in Transsylvaniam ipsam citra negotium immittere; quod inventum quanti momenti haberi debeat, si praesertim vanum non erit, loqui nos non oportet, quum nihil potest esse notius, quibus incommodis committetur. Et quia hoc non solum in divano tractatum fuisse accepimus sed etiam a clientibus quoque peculiaribus illius, qui promovetur, ad nos est delatum, affirmatumque id ita agitari: non est res negligenda, quo facile declaratur hostes nostros nihil adhuc institutae sollicitudinis et pertinaciae remisisse. Alexandro vero, qui nunc Moldaviae rerum potitur, abrogata earum omni potestate, quod vojvodatum auspiciis Poloni regis, non Turcae, quaesierit et obtinuerit, jussum est, ut quamprimum conferat se Constantinopolim, interim nepote quoque ejus recepto, quem huc obsidem sui misit, quum ipse avunculus expetatur.

Consultavere etiam de classe Viennam subdu-

Digitized by Google

cenda, si Comaronio potiri non potuerint. Nec aliam rationem eos invenisse relatum est nobis, quam ut navigia imponant curribus, obicemque Comaronii terra in hunc modum transmittant.

Militibus quoque omnium ordinum edictum esse sermo est, ne qui gratia impendii minuendi equos divendant, ac posthabeant arma, quod plerumque apud hanc gentem tenuiores et qui sunt pedestris ordinis, bello confecto facere consueverunt, quandoquidem ii quoque propter impedimenta et viae lassitudinem equis carere minime queant.

Ferunt ad haec et alia quaedam his similia, sed non ejusmodi, quae anxiorem quandam sollicitudinem praeseferrent, quum eis multo plura ad similem apparatum sint pertinentia, quandoque haud dubiam expeditionem facturos certum est annum etiam ante denunciari atque apparari oporteat.*) Eaque nunc quoniam enumerandi non est tempus opportunum, omittimus, subjungemusque alia, quae his videntur adversari.

A principis thesaurario, quem Turcae thefftthedarum vocant, acceptum est et relatum nobis ab homine Turca non levis fidei, quod dum Ahmat passa in vivis fuit, eam perpetuo ursit sententiam, ut anno proximo bellum omnino fieret in Hungariam, ductore vel ipso principe vel ejus legato, dummodo non omitteretur; nec id quidem ulla certa ratione inductus, sed stimulo pudoris, quem ex Agria non capta subierat; fuisseque etiam principem adeo ejus suasionibus ad eam rem imbutum, ut fere persuasus esse videretur expeditionem faciendi, seque eotum firmissime credidisse, quod bellum esse debuisset.

*) A leiró kéz hibáit figyelmeztetésem nélkül is észreveszi az olvasó.

Digitized by Google

Nunc nihil minus credere, quum Hruztanum longe alia sententia indutum esse cognoverit, audiveritque pro ea prudentia et rerum experientia, qua multo praestabit Ahmat passae, omnia contraria principi suasisse, firmisque ostendisse rationibus, quod bellum nec per se, nec per legatum vel intra biennium gerere possit, maximis proximo bello Persico incommodis acceptis; milites nondum omnes apud suas domos constitisse, eosdem maximos fecisse sumptus, multa amisisse, nihil lucri fecisse, et alienum aes, qui praesertim ex agris victum habent, multum etiam supra suos reditus contraxisse; nec posse vel publici credita proventu persolvere, quem effundere coacti fuerint; unde sint petituri, quo et a privatis se liberent et denuo tam raptim ad bellum instruant, nullam prorsus constare certam rationem. His caritatem frumentorum accessisse, difficultatem bellorum omnium maximam, qua quum universus fere orbis communiter hoc tempore laboret, nec vel tanta suppetet ipsis copia, ut Constantinopolim commode nutrire valeant, nedum sufficientes ad bellum commeatus comparare possint. Quisnam . . . . . *) illis debeat quando hinc neque exercitui . . . . . hostili solo haberentur? His demum . . . . . Ahmatti voluntate, ... consilioque avocasse . . . . . thezaurarius, nullam vel cum principe vel sine eo futuram sperare expeditionem, una excepta causa, nimirum si hoc interim major vis aliqua in eorum fines a majestate vestra immitteretur, cui finium praesidia resistere nequirent; sed neque sic alio apparatu quam tumultuario et qui subito hinc inde corripi ac cogi possit.

*) Kiszakadt hely, mit a következő pontok is jelentenek.

Digitized by Google

Haec ad litteras majestatis vestrae rescripsimus, quae prima die Septembris Augusta Vindelicorum datae et 23 Octobris nobis redditae, monebant nos, ut consilia et conatus et ea hostium omnia summo tum studio tum diligentia indagare deberemus, quae in fines nostros molirentur. Nec certa ulla vel cura, vel cogitatio habet*) alia, quam ut haec ipsa pro viribus nostris sedulo vestigemus, confestimque omnia, quae consequeremur, ad majestatem vestram conscriberemus, facientes eandem humillime certiorem, quod nullos prorsus Venetorum tabellarios sine litteris nostris abire patimur, quos baili singulis diebus quindecim expedire solent.

Sed haec fortasse nimis multis. Verum quae de his hostium consiliis et conatibus in praesentia habe . . . . . vestra videt. Varia quidem satis sed certio . . . . restat ut majestas vestra ita in utramque partem . . . . . consilia, ut quaecunque erunt ad bellum necessaria . . . . quo possit omnes hostium motus vel indictos vel effusos insperato excipere. Quum hoc infidum hominum genus nonmodo pacta foederum et juramentorum religionem, sed nec fidem, nec Deum ipsum novit, et illudit sane omnibus nationibus, quae illis fidem habent, quod vel nunc in expugnatione arcium Kapuswywar, Zygeth, Babochia et Corothna, si modo vera sunt quae huc afferuntur, egregie comprobarunt, ne vel vetera attingamus vel loquamur de futuris, quae sunt haud dubie commissuri, si nunc jam tandem ad ingenium eorum non respexerimus.

De praxi nobis instituta egimus diligenter, pluresque ad eam idoneos viros tentamus, eum praeser-

*) Kimaradt ‚nos'.

Digitized by Google

tim gynaecei eunuchum, Verancii conterraneum, de cujus opera promiseramus nobis non pauca. Verum nihil hactenus processit, omnes enim capitale esse dicunt, moveri eam apud passas, et credibile est aures nobis non praebituros interim, donec ultimam majestatis vestrae de Transsylvania cognoverint . . . . . tamen non hic consistemus, sed instituto studio . . . . . usuri impigre omnibus, quas . . . . . majestati vestrae fore cognoverimus.

. . . . Hruztanum passam nondum fuimus ut . . . . postquam . . . . . initio nos non admisit, sic e decore majestatis vestrae potius futurum existimavimus, quam si intempestivius aditum ursissemus. Munus quoque quod ei paraveramus, opportunitati conservamus. Quamquam diebus proximis, quo tactus spiritu, ignoramus, jussit tamen videre, an ita commode haberemur et obsonia nobis ea ipsa integritate suppeditarentur, qua ejus tempore suppeditabantur, initioque inscripta fuerant. Et si quae diminutio facta fuisset sub Ahmattho passa, uti jam erat prope ex dimidio, denuo prior omnium ratio redderetur. Quid ex hoc conjici possit, adhuc non consequimur, sed ajunt valde effectum esse leniorem modestioremque, et prorsus priorem exuisse Hruztanum, sed dubium adhuc, si nobis quoque ut aliis. Quod quum ad manus secum venerimus, cognoscemus.

Interim quoniam accepimus Augustana comitia Viennam translatum iri, gauderemus admodum si sic esset. Quia si isti principes et sua et nostra pericula propius intuerentur, sperandum haud dubie foret, quod et ipsi uniti vestris majestatibus . . . . . publicae saluti succurrerent, et majestatis vestrae in

Digitized by Google

major . . . . . venirent existimationem quam Galli et . . . . . destitutos esse a principibus christianis . . . . . principes et Romanum Pontificem in suas partes . . . . laterare.

Verum in majestate vestra omne est omnium rerum consilium. Nos nec fidei nec officio nostro deerimus, quoad vixerimus. Deus eandem majestatem vestram diu secundet. Datae Constantinopoli 25. Octobris MDLV.

LI.

Verancsicsnak és Zaynak Ferdinánd király.

1555. oct. 25. Reverendo devoto, ac magnifico, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verancio, episcopo Quinque-Ecclesiensi et praeposito Pornensi, ac Francisco Zay, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, consiliariis et oratoribus nostris, ad praesens ad Turciam destinatis.

Verancsics kezével: Perceptae Constantinopoli 4. Decembris 1555.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae, etc. rex, semper augustus etc.

Reverende devote, ac magnifice, fideles nobis dilecti. Cum praesentibus habuistis litteras ad serenissimum imperatorem Turcarum una cum earundem exemplo, quas magnitudini ejus reddatis. Existimamus

Digitized by Google

enim operae pretium fore, quod magnitudo ejus primo quoque tempore tam de reditu nostro, quam collegae vestri expeditione certior reddatur: neque nos aliud ad praesens vobis scribendum putamus, cum omnia, quae vos scire et agere volumus, ex Augerio collega vestro, qui hunc tabellarium paucissimis diebus subsequetur, abunde cognituri sitis. Datum in civitate nostra Vienna die vigesima quinta mensis Octobris anno domini MDLV. regnorum nostrorum, Romani XXIIIII° aliorum vero XXIX°. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LII.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum etc. Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Motus tandem Persae non fuere falsi, de quibus 1565. nov. 1
binis jam litteris nostris, primisque ambigue, postremis nihil fere affirmantes, scripseramus, quia quum haud dubie veri esent, summa tamen industria tegebantur ab hostibus, ne in publicum prodirent.

Est in Persia insignis quaedam civitas cum regione ampla et fertili, Zalmanaz nuncupata, quae producens salem nobilissimum, et triticum et omne genus reliquarum frugum maxima copia, sola ditionum ejus regni caeterarum sufficiens habebatur, quae omnibus victum suppeditare posset. Haec quoniam

Digitized by Google

Turcae tenetur praesidio, summaque molestia reliquum quod sibi adjacet, afficiat, quum nimis intime posita sit, ut apud nos esset Fylek, et ad Taurim usque civitatem grassentur ac census exigant ejus milites, videtur sero Persa animadvertisse, pacem se cum hoste suo minus sibi et decoram et commodam fecisse, equidem nudam et sine ullis conditionibus, neque vel ea sola urbe ad restituendum sibi pacta, quae tanti momenti pluribus esset nominibus, nisi dedita opera id sibi excessisse simulaverit; nam sic institutam esse ferunt, ut nec Turca, nec Persa ea carere possit, si et ille partem suam Georgianorum, Vannum et Babiloniam tueri commode velit, et hic quod habet regni reliquum. Sic ductus Persa poenitudine, summa instantia dicitur Zalmanaz urbem repetere a finitimis, eaque nisi fuerit reddita, bellum minatur. Nunc igitur frequentissimi et occultissimi inter finitimos et hunc principem commeant hac de re nuncii, dum quid de ea fieri debeat, agitatur. Persae autem filius, quum ejus restitutionis moram diutine ferre nequiret, nuptias simularat, ut praetextu earum cogeret exercitum et repetitam civitatem caperet inproviso. Unde coactis supra viginti millibus hominum, tam propinque ad eam nec intellectus venit, ut non plus quam iter diei abesset. Verum consequutus hoc loco paternis nunciis, jussus fuit redire et operiri donec petitioni illorum Turca respondisset. Quod videtur datum fuisse finitimis, dum quid facere debebunt, edocebuntur a suo principe, ne pax inter eos perturbetur.

Haec sunt quae de Persa verissime habentur, nec ea nos serius etiam cognoscere potuissemus, nisi hominem nostrum cum quodam Turca nobis amico in

Digitized by Google

Amasiam ad Angurum civitatem, olim Angiram et Ancyram appellatam, de privatis quibusdam rebus nostris misissemus, qui ibi et per iter ab ipsis cursoribus tota de re plane edocti, nobis clam et satis caute retulerunt. Quare si ea pax perturbabitur, quid de nostra sit sperandum, majestas vestra videt.

Aliud est, quod adverti summa cura debet. Passa Budensis dedit proxime litteras ad hos passas, quibus scripserat, exploratorem suum in civitate Viennensi per 14 dies fuisse, eaque tota diligentissime perlustrata unum duntaxat locum invenisse, per quem facillime poterit expugnari. Quare majestas vestra dignabitur occulatiores si Argos apponere et neminem non excussum admittere praesertim Albensium, Kewiensium et reliquos qui ex ditionibus hostium adibunt. Quamquam praeter hos cavendum etiam ab iis erit, quibus credimus, et in quos minus ponemus suspicionis; quum difficile sit malis temporibus bonos esse posse. Haec autem ab eo nobis nunciata sunt scriba publico, qui etiam Eremitae consilium ad Joannem Mariam detulerat, quo praesidium majestatis vestrae in Transsylvaniam missum, Turcis se proditurum, per Ulaman obtulerat.

Classis Turcica nudius tertius appulerat, satis et tristis, et viris spoliata. Dicitur supra dimidiam hominum partem et inter hos plures quam 400 janizeros amisisse, bombardas vero circiter 14, triremem nullam. Et nisi conflictui supervenisset Durgutthus, qui alio praedatum et ad excubias secesserat cum tribus triremibus, tota ferme in nostrorum ventura erat potestatem.

Nec est quod his addendum habeamus praeterquam, ut primum cura Papae, Palotae, Jaurini, Tyr-

Digitized by Google

naviae, fodinarumque et Agriae urgeatur. Magnam enim horum locorum mentionem passim fieri audimus. Tum ut iis ad diem dignetur majestas vestra respondere; sed sic, pro judicio nostro, ut nihil praecipitemus, exitumque praeter alia et motus Persici exspectemus, quem procul dubio amicus ille noster futurum credit, et nobiscum hostem, si idem motus consequetur, aequiora de pace transacturum. Cui ut Deus Optimus Maximus immittat tale bellum, oremus, quod maxime aversatur, postquam nolit eam pacem accipere, quae illi porrigitur. Verum fiant omnia ad ejus laudem et gloriam; majestatemque vestram sacratissimam servet. Datae Constantinopoli, prima Novembris MDLV.

LIII.

Verancsicsnak, Zaynak, és Busbecknek a királytól utasitás.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

1555. nov. 14. Instructio pro reverendo, magnifico, et nobile, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verancio, episcopo Quinque-Ecclesiensi, praeposito Pornensi, et Francisco Zay de Chemer, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, nec non Augerio a Busbeck, nostris consiliariis et oratoribus ad serenissimum ac potentisimum inperatorem Turcarum expeditis, ad cujus praescriptum sese in declaranda magnitudini ejus voluntate nostra in negotio restitutionis Transsylvaniensis, et prosecutione caeptorum cum magnitudine ejus pacis tractatuum accomodare et gerere de-

Digitized by Google

bebunt, et quae praeterea Augerio ipsi soli in transitu apud passam Budensem agenda et exequenda erunt.

Quamprimum dictus Augerius Budam appulerit, omni studio celerem audientiam a passa Budensi obtinere laboret, atque concessa ipsi, litteras nostras credentiales reddat, et verbis nostris salutem cum animi nostri propensione erga se dicat.

Deinde vero referat ei, se modo a nobis remitti ad excelsam portam serenissimi Turcarum imperatoris, ut magnitudini ejus referat responsum nostrum super postulatis quibusdam, quae magnitudo ejus per ipsum ad nos perferri voluerit, et quia a nobis in mandatis habeat, ut iter, quantum possit, acceleret, ideo se vehementer rogare, ut illico sibi fidos comites et duces itineris, quibus tuto ac omni mora postposita, eo deducatur, adjungere velit.

His expositis, orator noster praefato passae nomine nostro dicere pergat, nos accepisse litteras ipsius die prima praesentis mensis Novembris datas, et inde intellexisse excusationem, quam adferat de arcibus nuper occupatis, nempe, quod non aliam ob causam eam expeditionem susceperit, quam, ut praedones et latrones, ditionem et subditos, militesque praefati domini sui infestantes, compesceret, et quod postquam cognoverit, arcem Zygeth nostram esse, exercitum inde reduxerit, petereque, ut inhibeamus praefectos illos nostros, ne ibi praedones foveant. Atqui non opus futurum fuisse, tam duram compescendi illos rationem suscipere, quos ipsimet ad instantiam passae pro demeritis punire poteramus. Arces enim interceptas perinde nostras fuisse ac Zygeth, utpote in ditione nostra sitas, et a subditis et officiali-

Digitized by Google

bus nostris possessas, qui nostro eas beneficio tenuerunt. Caeterum commissuros nos, uti petat, officialibus et militibus nostris in Zygeth, ne latrones interteneant, modo etiam ipse passa circumvicinis Turcis injungat, ne Zygethiensibus, ut subditis et militibus nostris, in ingressu et exitu, nec non victualium provisione aliquid negotii facessant, quin etiam Strigoniensi zanziacho prohibeat, ne quid contra inducias in damnum ditionis nostrae moliatur.

Praeterea, quum induciae sex mensium, quas magnitudo ejus novissime, dum adhuc in Amasia esset, nobis, ut interim orator noster ire et redire posset, concessit, jam ad finem vergant, nec nobis dubium sit, quin magnitudo ejus easdem non ita praecise ad sex menses restrinxerit, quum antea saepius nobis inducias pollicita sit tamdiu observandas, donec tractatibus istis de pace, in quibus cum magnitudine ejus stamus, suprema manus imponatur, et oratores nostri rebus confectis vel infectis ad nos redierint, adeoque difficile et incommodum existat de pace tractare, dum arma vigeant. Proinde nos ab ipso postulare, ut inducias, sex mensium elapso etiam termino, nihilominus usque dum ipse orator ad Portam veniat, et una cum suis collegis super hoc cum domino ipsius, serenissimo imperatore Turcarum latius tractaverit, ac deinceps desuper responsum reportetur, firmiter et inviolabiliter per se et suos observet, quandoquidem idem nostra quoque ex parte sedulo praestituri sumus.

In quo sane conficiendo et obtinendo orator noster omnem operam, studium et industriam aliis quoque rationibus ac persuasionibus, quas huic proposito servire, et commodas esse cognoverit, adductis,

Digitized by Google

ponere debebit. Ad haec, quum magni referat, ne princeps Turcarum de responso nostro ante oratoris ipsius adventum certior reddatur, propterea necessitas requirit, ne passa Budensis id aliqua arte eliciat, sed solitis excusationibus a sciscitando eo revocetur; poterit tamen generaliter illi dici, tale responsum esse, quo princeps Turcarum tamen procul dubio bene contentabitur.

Rebus autem apud hunc passam confectis, et acceptis comitibus itineris, orator noster quidquid egerit, illico nobis rescribat, et ipse inde Constantinopolim pergat. Ubi demonstrata collegis suis praefatis hac instructione, curent una omnes tres, ut sibi quamprimum accessus concedatur ad passam, quicunque in praesentiarum supremus principis vesirius erit; eidemque exhibitis litteris nostris credentialibus, et salute verbis appositis more solito dicta, addita etiam magna congratulatione, si forte Hruztanus pristinum locum interim adeptus fuerit, ostendant, attulisse ipsum Augerium responsum a nobis super his, quae serenissimus Turcarum imperator ratione Transsylvaniae per eum nobis nunciaverat, quod ipsi tunc etiam succincta et summa, qua fieri potest, modestia oratores commemorent, ostendentes persuasissimum nobis esse, magnitudinem ejus illo, tanquam justo et aequo, tandem contentam fore, addita petitione, quod ipsis a magnitudine ejus primo quoque tempore audientiam impetrare velit, quo etiam coram magnitudine ejus illud proponere queant.

Caeterum, si tum oratores nostri interrogarentur de causa morae Augerii expeditioni interpositae, respondeant id, quod etiam in sequentibus dicetur, nos abfuisse a regnis et provinciis nostris in sacro Ro-

Digitized by Google

mano imperio, ubi nos negotia ejusdem diutius, quam proposueramus, detinuerunt. Cum autem in negotio hoc nihil extra regna et provincias nostras statuere et concludere potuerimus, expeditionem quoque ipsius magis accelerare nequivisse.

Deducti porro in conspectum principis Turcarum, et facta pro more verbis nostris debita salutatione, redditisque, qua par est reverentia, magnitudini ejus litteris nostris credentialibus, primo omnium magnitudini suae significent, nos ex litteris magnitudinis suae, quas per Augerium ad nos dedit, lubenter admodum cognovisse, quod magnitudini ejus in bello Persico omnia tam feliciter successerint, nec minorem laetitiam postea ex publica fama nobis allatam, quando nimirum magnitudinem ejus incolumem etiam et salvam in sedem suam imperialem Constantinopolim rediisse audivimus. Ita nos magnitudini ejus tam de secundis in bello Persico successibus, quam etiam de prospero reditu quam plurimum congratulari.

Caeterum intellexisse nos praeterea ex iisdem magnitudinis suae litteris: Quod quum magnitudo ejus regnum Hungariae et Transsylvaniae, aliasque provincias invicto gladio suo subegerit, ipsamque Hungariam quondam regi Joanni, et Transsylvaniam postea ipsius filio, uti fidelibus suis in zanziackatum contulerit, nequaquam sane convenire, quod quispiam se sponte in alienum locum intrudat, vel quod absque suo consensu et voluntate aliqua provinciarum per magnitudinem ejus subjugatarum a quopiam permutatio fiat, prout facta fuerit invito Joannis regis filio, qui magnitudini ejus per nuncium suum significarit, quod coactus Transsylvania excesserit. Quum autem nos eo animo in hisce tractatibus nunquam fuerimus,

Digitized by Google

ut vel illustrissimum illum orphanum, matremve ejus serenissimam circumveniremus, vel ipsum serenissimum Turcarum imperatorem offenderemus, cum quo jam multos annos firmam amicitiam et bonam vicinitatem, missis ad magnitudinem ejus tot oratoribus, nunciis et litteris, constituere studuimus, sed potius omnes vias ac rationes perscrutati simus, quibus magnitudini ejus et animi nostri integritatem et singularem ejusdem benevolentiam conciliandi, diligentiam, operam et studium nostrum testatum redderemus, eamque voluntatem etiamnum retineamus, id quod magnitudo ejus in proximis bellis Persicis, dum in longinquis regionibus abfuit, manifeste experiri et prospicere potuerit, si secum perpendat, quod interim nos omni occasione rei bene gerendae neglecta, licet ejusdem passae, zanziacki, officiales et milites spretis et posthabitis magnitudinis suae mandatis, nunquam fines, subditos et milites nostros infestare, ad arma provocare, arcesque et loca nostra clam et aperte oppugnare ac capere, novas munitiones erigere, ac mille denique modis inducias violare cessaverint, ab omni hostilitate, et licita quoque et justa defensione continuerimus. Itaque, quum hujusmodi animi nostri propensionem magnitudini ejus non solum per ipsos oratores nostros, datis ad eos hac de re frequentissimis mandatis, multoties declaraverimus, verum etiam reipsa, uti ante dictum est, comprobavimus: merito equidem vicissim etiam nos a magnitudine ejus apertam aliquam benevolam animi sui significationem expectasse, nempe quod aequissimis postulatis nostris locum relictura, nec ulterius in Transsylvaniae, et tantillae terrae, quantam vix pugnus capit, concessione difficilem se exhibitura fuisset; praesertim, quum

Digitized by Google

ex omnibus nostris prioribus tractatibus, qui hactenus cum magnitudine ejus nobis intercesserunt, (in quibus, sicuti speramus, nullam unquam fraudem aut fallaciam deprehendit) novissimarum etiam actionum nostrarum sinceritatem et candorem judicare, atque metiri et manifeste cernere possit; quod scilicet dictam provinciam nec vi, nec fraude, nec serenissima regina Isabella, ejusque illustrissimo filio invitis, immo nec in contumeliam aut contemptum magnitudinis ejus (quemadmodum et fortassis adversarii et obtrectatores nostri persuadere nituntur) occupaverimus, sed nobis saepissime sponte oblatam ad manus nostras, reservata magnitudini ejus muneris honorarii pensione, inde quotannis debita ac solvi consueta, pacifice et absque omni armorum strepitu receperimus, nec credentes magnitudinem ejus curaturam, quis eam provinciam teneret, modo ipsa annuo tributo suo non defraudetur; quodque dictos serenissimam reginam et illustrissimum ejus filium aliis luculentis ducatibus et reditibus integre fere contentaverimus, quin etiam illud, quod illis vigore tactatuum adhuc solvi ac praestari debet, sed hactenus propter certas ac rationabiles causas dilatum est, propediem, ut infra dicetur, praestare propensi simus. Quoniam autem serenitas et dilectio illorum, hujusmodi dilationis (cujus ipsimet causa sunt) fortasse pertaesi, frequentes ad magnitudinem ejus querelas perferunt et magnitudo ejus causam pueri illius omni studio tutandam et agendam suscepisse videtur: nos quidem sedulo operam daturos, ut hac quoque in parte magnitudo ejus nullum amicitiae studium in nobis desiderare possit. Siquidem facturos nos quicquid pro ratione regii nostri muneris, et salvo honore ac dignitate facere poteri-

Digitized by Google

mus; quin immo nos magnitudini ejus certe et sancte promittere, quod praefatam serenissimam reginam ac illustrissimum ejus filium citra longiorem moram tam benevole et paterne in his, quibus se laesos fuisse questi sunt, contentaturi simus, quod illi conditione per nos assignata optime contenti futuri, nec aliam postulaturi, vel a magnitudine ejus oblatam accepturi, sed potius quod brevi apud magnitudinem ejus litteris vel nuncio talem animi sui satisfactionem et contentationem declaraturi sint. In ea vero contentatione nos habituros praecipuam rationem honoris et nominis magnitudinis suae, ut omnibus hominibus eam solius magnitudinis suae respectu et authoritate factam esse constet, et praefati serenissima regina, ejusque illustrissimus filius illum quoque statum ac conditionem benignitati magnitudinis suae acceptam ferant, eique eo nomine in perpetuum gratias agant. Quum itaque haec ita se habeant, et magnitudo ejus ipsamet considerare queat, quam alienum ab omni aequitate foret, si restituta Transsylvania, pro qua jam illustrissimi regis quondam Joannis filio duos insignes ducatus contulimus, nobis et Transsylvania et ducatibus simul carendum esset. Nos vero intuitu ipsius principis Turcarum serenissimam reginam Isabellam cum illustrissimo ejus filio tam benevole et paterne contentaturi simus, quod magnitudo ejus labore illos in pristinum restituendi, deinceps non opus habitura, quin immo jam, quod optabat, honestum scilicet matri et puero statum et conditionem a nobis consequutura sit, eamque talem, in qua multo commodius, tranquilliusque, quam antea vivere possint, multos principes christianos sibi sanguinis vinculis conjunctos in propinquo habituri; nos vero cum

Digitized by Google

magnitudine ejus, suisque subditis officialibus de*) militibus, tam Moldaviensi ac Transalpinensi vajvodis, quam caeteris passis, beglerbegis et ministris Turcicis quiete, amice et in bona vicinitate degere cupiamus, eandemque magnitudinem ejus ratione Transsylvaniae non antiquo solum et consueto, sed majore quoque ac ampliore censu, prout inter magnitudinem ejus ac ipsos oratores nostros concordabitur, quotannis honorare parati simus, adeoque longe gloriosius futurum sit magnitudini ejus, et apud posteros in perpetuum memorabile universo nomini et posteritati Ottomanicae, praefatum censum a nobis primo Christianitatis rege, ipsiusque potentissimi Caroli caesaris fratre, quam a foemina et puero annuatim percipere, ut interim taceatur de summa illa laude, quam magnitudo ejus ista occasione adipiscetur, et paucissimi in orbe terrarum principes adepti sunt; quod scilicet magnitudo ejus uno, eodemque pene tempore orientem et occidentem pacarit. Ideo nos, posita fiducia in summa liberalitate et benevolentia magnitudinis suae, non dubitasse pristinam amicam petitionem nostram eidem denuo offerre, eamque rogare, ut tandem approbata plena supradictorum serenissimae reginae Isabellae et illustrissimi filii sui contentatione, quam nos facturos pollicemur, ac deinde rejectis, explosisque obtrectatoribus et adversariis nostris, qui nobis magnitudinis suae amicitiam invidentes, subinde integritatem nostram in petenda pace apud eam in dubium vocare non cessant, promissis et honestissimis oblationibus nostris benevole acquiescat, et permissa in manibus nostris Transsylvania cum ejusdem pertinentiis et regni Hungariae reliquiis, ad praesens

*) Ugy látszik tollhiba ‚et' helyett.

Digitized by Google

in manibus nostris existentibus, pacem nobiscum inire non gravetur, quandoquidem hac ratione non minus tum amplitudinem et existimationem magnitudinis suae sit illustratura, tum etiam saepe dicto puero benefactura, ac si in pristina sententia repetendi Transsylvaniam,*) et filius quondam regis Joannis amplissimam, et optatum vitae et status conditionem acceptam laturi simus.

Hac propositione coram serenissimo principe Turcarum, vel oretenus, vel in scriptis, prout ratio temporis, loci et personarum tulerit, facta, oratores nostri solita industria et diligentia optatum responsum obtinere studeant, et his, si quas noverint, alias etiam commodiores rationes et persuasiones addant, repetitis etiam his, quae in duabus prioribus instructionibus diffuse continentur, quatenus ad rem fecerint, et passas ac praesertim supremum vesirium Ahmat passam magnorum munerum et largitionum promissis causae nostrae conciliare studeant; quin etiam majorem census pensionem subinde juxta limitationem in proxima instructione expressam offerant, majori etiam summae non parcentes, si pecunia res recte geri, et animus magnitudinis suae placari, atque ad permittendam nobis Transsylvaniam cum caeteris ejusdem pertinentiis, regnique Hungariae reliquiis, quas modo possidemus, flecti posse videatur. Qua quidem in re, quum ipsis oratoribus nostris haud ita facile sit modum determinare, ipsorum ob id judicio, prudentiae, industriae et fidei committimus: tum tributi augmenti, tum etiam hujusmodi largitionum et promissorum modum ad cujusque personae meritum, authoritatem et qualitatem attemperare. Non dubitamus enim

*, Úgy látszik, kimaradt valami.

Digitized by Google

ipsosmet pro sua egregia erga nos fide et observantia, nihil nisi ubi et quantum opus erit, atque etiam quatenus depositum iri videbitur, profusuros esse.

Praeterea, quoniam inter alias personas praeter passas et vesirios duo sint viri, qui prae caeteris apud principem Turcarum magna authoritate pollere, et semper fere lateri magnitudinis ejus adhaerere dicuntur, nempe Imbrahor passy, et Kappyaga, non erit abs re, quod oratores nostri illos quoque largitionum spe in partes nostras pertrahere, et eosdem ad interponendam authoritatem in hoc negotio promovere studeant. Quod mediantibus etiam litteris nostris credentialibus, quas propterea ad utrumque dedimus, facilius factu putamus.

Caeterum si princeps Turcarum et passae sui nec muneribus, nec rationibus a sententia et obstinato instituto Transsylvaniam postulandi abduci possent, sed assidue eam quondam filio regis Joannis reddi debere perseverarent, nec contentationem per nos oblatam ulla ratione admittere vellent: tum poterunt oratores nostri replicare, quod nos nihil minus expectaveramus a magnitudine ejus, quam tantam in repetenda Transsylvania perseverantiam; speraveramus omnino amicitiae nostrae et praememoratarum amplissimarum, aequissimarumque conditionum per nos oblatarum apud magnitudinem ejus saltem nunc benevolam rationem habitum iri, maxime si magnitudo ejus esset cognitura, saepe dictae reginae et illustrissimo ejus filio nullam posthac justam de nobis conquerendi causam reliquam fore, et simul etiam magnitudini ejus dictae provinciae consessionem apud omnes homines non hujus aetatis modo, sed posteros

Digitized by Google

quoque magnae laudi et gloriae futuram. Nam de petita restitutione Traussylvaniae nondum potuisse nos propter temporis angustiam certi quidpiam statuere, vel magnitudini ejus respondere; et potissimum, quod negotium hoc nonmodo nos ipsosmet, sed alios quoque principes christianos, regnaque et provincias nostras, maximeque fideles nostros regnicolas et subditos regni nostri Hungariae concernat, sine quorum scitu, consilio et consensu, quemadmodum antea in recipienda Transsylvania pro consuetudine et more principum christianorum tanquam rex verus et legitime corónatus nihil incepimus, ita nunc certi aliquid concludere, et magnitudini ejus respondere nobis haudquaquam integrum existat: itaque constitutum et deliberatum nobis esse, propediem generalem regni conventum agere, ut porro saltem intelligamus, quid a nobis in hac parte respectu magnitudinis suae praestari vel decerni queat, cui nimirum animi nostri candorem per omnem occasionem demonstrare desideramus. Caeterum id non potuisse fieri tempestivius propter nimiam praefiniti termini brevitatem. Litteras enim et nunciata magnitudinis suae in tertio primum mense, postquam ab excelsa magnitudinis suae porta, quae tum in Amasia usque erat, Augerius discessit, ad nos Augustam Vindelicorum allata esse, ubi etiam ardua illa sacri Romani imperii negotia tamdiu nos detinuerint, quod tempestivius qam ad XXIII. proxime praeteriti mensis Octobris huc redire nequiverimus; neque etiam absentibus nobis a regnis et provinciis nostris, in his rebus propter praemomoratas rationes quidpiam potuisse tractari. Postquam autem huc appulimus, et consideravimus rei difficultatem, et summum residui termini brevitatem, unius mensis inter-

Digitized by Google

vallum non superantem, quod intra eum nec illa, quae ad tam arduae rei resolutionem requiruntur, deliberari possent, et nobis cerneremus juxta litteras jam semel atque iterum ad magnitudinem ejus hac de re datas incumbere, ne oratorem nostrum Augerium diutius detineremus, et sic magnitudini ejus de expeditione illius dubitationem et suspicionem moveremus, non aliud responsum nos vidisse, quod hoc tempore magnitudini ejus daremus, quam id, quod superius descriptum est, nempe ut magnitudini ejus summa nostra fiducia, quam in ipsius aequanimitate et liberalitate repositam haberemus, denuo in memoriam revocata, et declarata eidem voluntate nostra erga praefatos serenissimam reginam ac illustrissimum ejus filium, in pristina nostra petitione Transsylvaniae persisteremus, atque rationes, per quas magnitudinis ejus bonam et propensam voluntatem in perpetuum erga nos stabiliremus, et in ea una cum ipsa serenissima regina Isabella, atque ejusdem illustrissimo filio conquiescere possemus. Eaque propter nos magnitudinem ejus iterum atque iterum rogare, si omnino nolit nobis permittere Transsylvaniam, (licet meliora speremus) ut saltem tam ardui negotii deliberationem ad tam breve temporis intervallum non adstringat, sed nobis competentem terminum duorum, vel unius ad minimum anni de hoc negotio mature, cum quibus opus est, deliberandi atque tractandi concedat. Nos enim nihil intermissuros, quod salva dignitate et existimatione nostra a nobis fieri queat, et quod ad declarandam magnitudini ejus animi nostri sinceritatem pertineat. Nam etiamsi jam apud nos statutum et deliberatum foret, juxta desiderium et voluntatem ipsius principis Turcarum saepe dictam provinciam

Digitized by Google

filio quondam serenissimi regis Joannis restituere, tamen intra tam exiguum et praeproperum terminum, nec de modo quidem fiendae restitutionis, sicuti necessitas et ratio utriusque nostrum dignitatis ac status poscunt, tractari potuisset, quod ex primis tractatibus, quando eam provinciam ad manus nostras recepimus, ad quos etiam non parvo temporis spatio opus fuit, colligi queat.

Porro ex hac occasione oratores nostri modum et viam quaerere debebunt, si serenissimus princeps Turcarum priorem nostram petitionem de reliquenda nobis Transsylvania non esset admissurus, saltem inducias, quantascumque impetrare poterunt, obtinendi, et in eo omnem operam at studium intendant.

Sin autem serenissimus imperator Turcarum et passae sui his quoque nullatenus moverentur, sed ipsis oratoribus nostris, uti antea factum est, objicerent, quod nolente filio quondam Joannis regis in Transsylvaniam redire, ipsi eam provinciam possidere, vel alicui ex regnicolis tenendam conferre vellent, ideoque omnino instarent, sibi expresse significari: num saepe dicta provincia cedere velimus, nec ne? Tunc rursus replicent oratores nostri, quod quum salvo honore nostro, absque consilio et consensu aliorum christianorum principum et regnorum, provinciarumque nostrarum, quibus ex hac parte astricti et alligati simus, in hujusmodi alienationem et resignationem consentire nequeamus, et tamen propensi simus, omnes rationes inire, quibus magnitudini ejus sine honoris et famae nostrae labefactatione gratificemur: nos magnitudinem ejus summopere rogare, ut quemadmodum nos magnitudinis ejus honorem et existimationem nullo loco aut tempore negligimus, ita

Digitized by Google

nostrae quoque reputationis benevole rationem ducat, nos in posterum nunquam a pace et amicitia cum magnitudine ejus sub honestis et aequis conditionibus ineunda alienos fore; aliud tamen quod respondeant, praeter ea quae in antecedentibus continentur, sese a nobis in mandatis non habere, et propterea a magnitudine ejus benignam veniam ac licentiam redeundi et nos de omni rerum statu informandi petere.

Caeterum quum ipsi oratores nostri in proxima actione, dum omnes occasiones rei ex animi nostri *) conficiendae quaererent et experiri vellent, si forte principi Turcarum et passis ad vota de Transsylvania responderemus, num ab ipsis etiam in illum eventum vicissim aliqua recompensatio obtineri posset: nos sane tutius fore putamus, ut in posterum a proponendis ejusmodi articulis, in instructionibus nostris non expressis, aut alias ab earum substantia discrepantibus, abstineant, ne forte inde nobis et regnis, fidelibusque subditis nostris aliquid praejudicii adferatur. In reliquis tamen, quae substantiam instructionum nostrarum non excedunt, poterunt praefati oratores nostri actiones suas ad circumstantias temporis, loci et personarum referre, nec opus est omnia illis ad unguem praescribere, quandoquidem tum propria solertia et industria, tum longo rerum isthic tractandarum usu comparata experientia probe foro**) uti, et quae rebus nostris profutura videbuntur, suo tempore et loco proponere et agere scient.

Quantum ad reliquas conditiones pacis vel inducíarum, si quae obtinerentur, attinet, quas ipsis

*) Kimaradt, úgy látszik, ‚sententia.'

**) Ezen itt értelem nélküli szó helyébe Miller ezt irta, hogy ‚scirent'.

Digitized by Google

oratoribus nostris in duabus nostris prioribus instructionibus proponendas demandavimus, et quarum illi formam, qua eas petere statuerant, negotio ad votum nobis succedente, per Augerium ad nos transmiserunt, cum hoc tempore nulla videatur de illis agendi commoditas, maxime ubi de petenda nonnullarum arcium sub induciis interceptarum restitutione agitur, non opus est quod oratores nostri in postulandis et obtinendis illis multum operae et sollicitudinis adhibeant, ne forte illarum instanti petitione reliqua majoris momenti negotia interturbentur ac impediantur. Itaque ipsorum oratorum nostrorum prudentiae, judicii et dexteritatis erit, si forte negotia ad bonum finem tenderent, ut ex illis conditionibus eas solum seligant et proponant, quas obtinendi sine principalis negotii periculo certa spes apparuerit.

Insuper quanquam praememoratam resolutionem et responsionem nostram in tria membra distincte et singilatim proponenda partiti sumus, tamen per id nolumus prudentiam, fidem et dexteritatem ipsorum oratorum nostrorum, quin etiam commoditatem atque occasionem rei gerendae ad unguem huic nostrae instructioni quoad modum in tractatibus procedendi alligari, quin ipsis benigne permittimus, ut praescriptam propositionem oretenus vel in scriptis, ac diffusius vel compendiosius, prout commodissimum erit, proponant, dictaque tria, vel una oratione complectantur, vel eo ordine, quo a nobis descripta sunt, perstringant, modumque tractandi et agendi negotium ad qualitatem et formam rerum, personarum ac temporis, quam ipsi intuebantur, attemperent, a substantia tamen instructionis non recedant.

Praeterea quum in prima propositionis seu re-

Digitized by Google

solutionis nostrae parte mentio fiat integritatis nostrae et respectus, quem ad absentiam serenissimi Turcarum imperatoris in observatione induciarum habuimus, quod scilicet multoties etiam ab officialibus, militibus ac subditis magnitudinis suae provocati, nos ab omni hostilitate continuerimus: debebunt oratores nostri querelas nostras supra enarratas, vel in prima alterave propositione, aut quandocunque commodissimum videbitur, latius juxta informationem ipsis a serenissimo principe domino Maximiliano rege Bohemiae etc. filio nostro charissimo nuper transmissam (cujus exemplum eam ob causam ipsi quoque Augerio dedimus) extendere ac temeritatem passae Budensis in occupandis arcibus nostris tempore induciarum, sub verbo ac fide principis firmatarum, exaggerare, atque omni studio postulare, ut magnitudo ejus de caetero prospiciat, quo officiales sui ea, quae jusserit, majore diligentia exequantur, nec mandata magnitudinis suae tam parvi faciant, sicuti facere videntur.

Quicquid autem iidem oratores nostri ad praescripta responsi acceperint, et in quo statu rem omnem positam viderint, de eo ut quamprimum certiores reddamur, studeant, quo tempestivius, rectiusque nos quoque rebus nostris prospicere queamus.

In quibus omnibus exequentur bene gratam, atque expressam voluntatem nostram, clementer erga eos recognoscendam. Datum in nostra civitate Vienna die XIIII. mensis Novembris anno Domini MDLV. regnorum nostrorum, Romani XXV°. aliorum vero XXIX.° Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

LIV.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Considerantes nos multo diligentius statum rei, 1555. nov. 16.
cujus gratia huc missi sumus, ex proximis litteris majestatis vestrae, quas dedit ad nos Augusta Vindelicorum die prima mensis Septembris, quibus jubebamur institutam nobis praxim urgere et sollicite tentare, quod plane perspectum ex hoc haberemus, pacem finibus istis nostris in omnem eventum summe esse necessariam, dedimus operam diligentem, ut honesto modo aditum ad Hruztanum passam haberemus. Sic die instantis mensis quinto, misso illi per interpretem nostrum, ductu ipsius passae interpretis, munere, quod eidem initio disposueramus, his verbis ex Italico in Turcicum versis, et scripto complexis usi sumus.

Noi subito, excellentissimo signor passa, che fussimo certificati della restituzione vostra nella sedia e degnità soa pristina, della quale sempre mai insieme col nostro serenissimo re havevamo havuto summo desiderio e ferma speranza, usassimo ogni diligenza di venir alla vostra presenza per congratolarseli, come tutti gli altri ambasciatori et baili e signori de questa felicissima porta facievano. Et era il consueto debito di farlo. Ma perche a nome de vostra il-

Digitized by Google

lustrissima signoria fussimo prohibiti da questo buono e sincero uffizio, per rispetto (come a noi si diceva) del gran concorso di congratolaterii del paese, che ne quelli giorni la teneva occupato, sempre a dì d'hoggi semo stà in espettazione, sperando che dopo il simil concorso, a noi ancora sarebbe fatto qualche motto e data la facultà di venire alla soa nobilissima porta, per esequire l' uffizio della congratulazione nostra supradetta. Hora dubitandosene, che per questa dilazione il detto uffizio nostro non cascasse in qualche grave biasimo, havemo stato amorevole presonzione di essequire con essa lei la sodetta nostra gratulazione a nome del nostro re serenissimo, per gli huomeni nostri, puoi che per noi istessi non conciedeva la staggion di tempo. Honorando la signoria vostra illustrissima appresso con questo puoco di presente. E pregandoli dal summo, uno e vero Iddio ogni prosperità e lungha vita.

Quae quum legisset et considerasset munus sex vestium, praesertim vero duarum, quae erant intextae auro, operis novi et pretii, altera centum quindecim, altera quinquaginta octo ducatorum, mira dicitur et hilaritate et humanitate tam munus quam verba nostra excepisse, actisque nobis, immo majestati vestrae gratiis per eundem interpretem nostrum fructibus nobis munus pensavit, jussitque ut postridie illum adiremus. Quod nos non praetermisimus, sed ad eum profecti, usique ea ipsa gratulatione coram, qua absentes usi fueramus, benignissime ad omnia respondit, seque ita mitem, mansuetum, affabilem nobis ostendit, ut prorsus visus sit nobis novum ingenium induisse et multo meliora ex se promisisse omni sermone et oris habitu quam nunquam hactenus. Et

Digitized by Google

licet obiter fecisset mentionem tarditatis responsi, subjunxissetque illud ipsum, quod semper alias: Non oportere in re praesenti uti tot litteris, tot nunciis, tot tractatibus; duo verba tantum etiamnum interesse inter majestatem vestram et hunc principem: Velle scilicet, vel nolle votis ejus de Transsylvania respondere; caeterum neminem hanc optare et curare pacem, praeter se. Et alia quaedam ejusmodi.

Ad quae nos nihil respondimus dedita opera, ex diametro (quod dici solet), ne intempestive alicui molestiori contentioni causam praebuissemus, servantes omnes conatus nostros proximae actioni et majori de ultima majestatis vestrae voluntate cognitioni, nolentes interim diversum aliquid a sensu ejusdem protulisse. Verum refricatis mutuis et veteribus inter majestatem vestram et illum officiis amicitiae, adducta in medium pace etiam proxima quinquennali, quod eam ejus solius operae majestas vestra semper referret, et ab eadem hanc etiam futuram speraret processuram, in his dumtaxat versati sumus, quibus ei probaremus animo sincerissimo majestatem vestram ejus amicitiae fidere. Cui etiam quando huc destinati fuimus, hoc negotium totum imprimis crediderat, nihil apud se certius habens, quam quod illius benevolentia nunquam illi esset defutura.

De adventu autem responsi omnem spem illi exhibuimus, fiduciam nostram ostendentes, nunc demum tale majestatem vestram facturam, ex quo haud dubie ultima ejus voluntas sit constitura, modo ejus quoque amicitia, illi, cui confidat, non desit.

Sic dimidium ferme horae una satis comiter colloquuti, discessimus omnino non tristes. Paulo vero post consequutus est nos ejus interpres Hazzanbegh,

Digitized by Google

qui retulit nobis, optare passam, ut si quid reliquum esset panni illius intexti auro, et novi operis, curaremus adhuc ei duas vestes ejus pecunia.

Nos hac petitione non secus habita, considerato rerum statu, quam si ea ipsa nobis dari debuissent, sedulo, etsi non ejusdem generis panni, cujus nullae jam apud mercatores amicos nostros superfuerant reliquiae, vestes tamen quatuor generis alterius, sed aeque et dites et pulchras comparavimus, eique nona die mensis instantis per eundem interpretem nostrum, Hazzano illi adjuncto, misimus itidem dono majestatis vestrae nomine. Nunciando praeter caetera, memoratos pannos esse solutos, et satis pretii relaturos si placuissent. Esse praeterea nobis a majestate vestra mandatum, ut in majoribus eidem gratificaremur, quando sciremus, quod non solum amicitia sed etiam rebus ejus uti voluisset.

Admiratus nostram promptitudinem, renuit initio recipere, quod propter decorem id esse diceret, satis nos fecisse nostro officio, nec jam ad majora obligari gratuito; verum persuasus hoc etiam munus accipere, quod nos summa industria curaveramus, egit gratias amplissimas.

Caeterum compututato hoc utroque munere insimul, constitit ad 560 fere ducatos aureos, quandoquidem ministris etiam ejus aulae plures nos donare oportuit pro horum more, quem ut aliquando excutere possimus, faxit Altissimus; quia sunt ultra omnem humanae conversationis modum.

Verum nihil damni neque hoc praesenti, neque elapso munere, quod ei proxime exauctorato in adventu Augerii dedimus, arbitramur majestati vestrae fecisse; quum multos jam etiam hactenus poe-

Digitized by Google

nituerit, qui actum de ejus fortuna crediderunt, nec illum aliquo officio prosequuti sunt. Et quantum omnium hominum sermo et haec ejus tam nova comitas videtur polliceri, procul dubio mitiorem ad pacem nostram ipsi quoque nos futurum speramus, quia ut jam aliis etiam litteris scripsimus, domi etiam habiturus est hic princeps, quod agat, annonae maximam caritatem et novas de motibus filii Persae suspiciones; quum heri etiam et hoc jam tertio allatum est patrem ejus decessisse. Quanquam hoc mirifice publicum celant et clandestine compositionem sollicitant. Qua causa minime venturum huc tam repente posse existimamus. Nec cessamus rei veritatem indagare. Est tamen haud dubie aliquid, et quicquid veri consequetur, quod compererimus, certiorem majestatem vestram omni diligentia facere maturabimus.

De aliis rebus hujus principis, quod scribamus, non habemus, nisi quod bene valet, quod Adrianopolim concedere nequivit, ob frumentorum caritatem, et quod omnia, quae diebus proximis de futuro bello tanto fervore miscebantur, videntur conticuisse. Sed sic fortasse vicinitate hyemis et collegae nostri expectatione. Nam Isabellae quoque nuncius Cambray ille Gallus, dicitur adventare, qui procul dubio multa interim perturbabit, dum collega noster redierit, si modo Isabella regina ad se, et ad aequitatem, melioraque rerum suarum consilia nondum redierit.

Nos autem, perspecto Ibraino Polono, nostro ad hos dies interprete, prorsus a majestatis vestrae commodis alieno et addicto nimis reginae Isabellae et Gallo, eum nonnihil seposuimus ac sensim declinamus, quod etiam Hruztano exosissimum haberi audimus, ut qui Ahmatthi passae fuerit cliens, et parum

Digitized by Google

candide hac privatione ejus de illo senserit. Hazzanbegli vero, quem supra memoravimus, hominem aetatis provectae, solidum, Galata oriundum, et summe non modo charum sed etiam intimum ac perfamiliarem ipsi Hruztano, nullaque prorsus affectatione et fastu praeditum, nobis conciliavimus: qui quidem neque Gallos admodum colit neque amat; cujus officio, si nos non fellerit, speramus in omnibus rebus nostris commodius nos usuros, quam usi sumus Ibraini. De quo plura majestas vestra dignabitur ab Augerio intelligere. Ei jam et munus bayrani, vestes et subsidia pecuniarum porreximus, quia jecit ipse etiam non exile fundamentum suae operae novae, nihil etiam de fide illius dubitantes, quem nobis omnes etiam amici nostri commendant.

Quum has vero litteras clausuri essemus, allatae sunt nobis litterae majestatis vestrae in majore forma, cum his, quae ad imperatorem quoque Oeniponti 4. die Octobris datae et cura Gaztelu per proprium ejus hominem via Ragusina missae sunt. Ad quas, quoniam praesens festinat tabellarius, nihil nunc possumus respondere. Hoc tamem biduo dabimus operam, ut omnia diligenter exsequamur, quaecunque nobis praeceperunt. Et postea per eundem hominem, quicquid nobis respondebitur, perscribemus.

De domino autem Varadiensi multae sunt querimoniae: quod scilicet ipse violarit inducias, et vexandis proxime arcibus in Simigio, causam dederit. Verum id rationis frustra usurpant hostes, nosque non hic violationis induciarum ponimus principium, sed in Budensi passa primum, deinde in mandatis bellicis, per Oruch chauss anno superiore ab Ahmath passa in Hungariam missis; quae prorsus omnia in istis finibus perturbarunt, quemadmodum ex Amasiana actione

Digitized by Google

nostra potuit majestas vestra cognovisse. Quia si tum temporis Fileck et Salgho et alia a finitimis eorum intercepta, cum captivis reddi faciebant, punitisque induciarum violatoribus, ipsae quoque induciae denuo in suam integritatem restituebantur, quod decebat fieri, haud dubie ea pars violasse inducias merito fuisset judicata, quae aut nova castella erexisset, aut ante inducias constructa molestasset, et in alterutros fines invasisset. Quum itaque eaedem induciae non fuerunt integritati suae post primam violationem redditae, et interim Baala quoque Zenth Miklos erectum est: Turcae potius peccaverunt induciis quam Varadiensis, qui castellum oppugnaverit. Sed utinam expugnasset, aut conatu irrito non stimulassot crabrones, quandoquidem nos etiam, ut putamus, tempori scripsimus, hostes vel quam levissimas quaesituros causas, ut eas arces nobis eripiant: quo subjugato toto Simigio, et Danubium ab haidonibus liberent, et propius Zallam comitatum accedant, eumque deinceps grassationibus suis reddant obnoxium.

Est etiam, quod de captivis quoque omnis aetatis possimus scribere, quorum ex omnibus regni partibus adeo magnus numerus quotidie Constantinopolim adducitur, ut profecto miserum etiam audire est, nedum oculis cernere; quae res vel sola in tantum hostibus erigit animos, ut jam foedera etiam nobiscum observare dedignentur. Et haec plerumque semper sub induciis facere consueverunt, quas praeter eorum voluntatem diutius extrahi vident.

Ideo videretur nobis, clementissime rex, fore consultius, quod alioqui humillime dicimus, si jam finis aliquis huic legationi imponeretur; quia nulla alia ratione cessabunt a populationibus, parum in-

Digitized by Google

terim et juste et humaniter rationibus ac petitionibus nostris exauditis, in sua jura trahentes omnia, armis et potentia sua freti. Sed haec obiter. Deus majestatem vestram sacratissimam prosperet, atque diu salvam et incolumem conservet. Datae Constantinopoli XVI. Novembris MDLV.

LV.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum Antonius Verancius et Franciscus Zay.

1555. nov. 19 Magna quidem nos habet sollicitudo injuncti hujus muneris, omnesque tum industriae, tum ingenii nostri nervos intendimus, adhibemusque, hoc praesertim sane tempore, quo jam propius illius finem accedere videamur, ut hoc munus recte et majestati vestrae ex sententia gerere conficereque possemus; verum quod summam ejus scribere id temporis occurrit, hoc est: Passae nobis et spem pacis omnem adimunt, et incutiunt metum ad insequentem annum de futuro bello, si non redderetur Transsylvania. Et quoniam neque audire volunt de largitione, quantumvis maximam nos effusuros obtulerimus, ad reliquias quoque Hungariae obtinendas omni desiderio, studio, vi, cogitatione et conatu moliuntur, nec vel inducias quantumvis mediocres, cum permissione Transsylvaniae concessuros se nobis ostendunt. Adeo uni verbo, uni voluntati ac pertinaciae inhaerent.

Privati homines, et qui utique capiunt aliquid

Digitized by Google

secretiorum sermonum a primoribus, negant omnino, bellum posse fieri anno proximo; idque tum ob annonae publicam inopiam, tum ob novas quasdam suspiciones motuum Persicorum, qui etsi adhuc non sunt confirmati, at nequaquam tamen vanos esse ajunt, ut antea etiam scripsimus; nosque satis animose usque in finem hortantur ad constantiam, quum . . . . . .*) ut hac arte extorqueant, quod exigunt. Caeterum . . . . fieri, ut ubi omnia experti fuerint, quibus nos in sua vota sperarint impellere, iisque demum frustrati fuerint, si non firmum ac longum, at saltem temporarium et necessarium otium ac quietem ab hostilitate sua concedant, quandoquidem ipsi quoque haud dubie conquiescere nonnihil et vires reparare ac renovare desiderant; verum nihil prorsus arcanae eorum vel voluntatis vel consilii consequi potuimus, praeter haec ejusmodi, quibus quantum inniti aut duci majestas vestra poterit, dicere nos minime possumus. Illud tantum: ut collegam nostrum cum firma et perbrevi resolutione negotii quamprimum dignetur remittere, quia alioqui procul dubio erupturi sunt in aliquod majus inconveniens, quam fortasse isthic opinetur. Quum interea illud etiam poterit forte fortuna accidere, ut ubi compertum plane habuerint, non reddi sibi Transsylvaniam, celerius ac facilius ipsi quoque mitiora incipiant agitare consilia, quando simul acceperint, Imperium quoque ad Hungariae opem conspirasse, de quo hic jam latissima fama circumfertur.

Quantumcunque tamen vel induciarum, vel supramemorati otii hostes nobis concesserint, amicitiam

---

*) A papiros rongyollása miatt két sor hiányzik.

Digitized by Google

obtulerint, et fecerint fidei: non erit eis tuto omni ex parte credendum. Habent enim omnino persuasum, quod in obtinendis Hungariae reliquiis nihil jam sit illis negotii . . . . . *) debilitent et intercipiant ac initio omnium Papae . . . . . eodem tempore montanarum quoque fodinarum invadant et curent occupanda, de quo et consilia dudum audivimus eos instituisse et emisisse mandata; quicquid igitur majestas vestra cogitat, nos latet at . . . . . finem huic legationi . . . . imponendum, Hungariaeque de tutela mature providendum esse judicamus.

Ad maritimum horum apparatum quod attinet; erit haud dubio multo quidem major quam fuit proximus, publico id sermone affirmante, classis tamen non Gallorum auspiciis nec eorum ductu exibit. Seorsum Turcae rem suam gerent, quod multo Gallis commodius futurum, sibi vero et utilius, et securius arbitrantur, quam si una grassabuntur: quum difficile ii illis, iis illi obtemperare soleant, diversitate morum, religionis, linguae et similium distracti, quemadmodum hac expeditione proxima dicunt se Turcae plane perspexisse. Deus majestatem vestram servet. Datae Constantinopoli 29. Novembris 1555.

---

*) A papiros e helytt s alább is az óság miatt kiéve.

Digitized by Google

LVI.

Ferdinándnak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum etc. Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Proximae litterae majestatis vestrae per igno- 1555. nov. 29.
tum tabellarium ad nos allatae magnam etiam perturbationem nobis gravi periculo comitatam adtulerunt. Profecti enim die 22. mensis instantis ad Hruztanum passam, memoratas ei litteras patefecimus, querimoniamque arcium interceptarum exequuti, ac dimissi, jussit nos, ubi nunciasset, in divanum venire, ibique agere caetera.

Vix tunc reversi in hospitium, ejus nos consequuntur homines, de tabellario earundem litterarum postulant, eumque ad passam mitti exigunt. Quem quum producere nequiremus, sinceriter omnem ei rationem significavimus, quonam pacto in manus nostras eaedem litterae pervenissent.

Diu non credidit, tantoque animi motu in nos exarsit, ut durissime etiam habere cogitaverit, nisi hominem omnino in medium produxissemus.

Conflictati hac vexatione triduum extrema prope veriti, tam impense solliciteque urgebamur ad impossibile, nescimus tandem quanam ratione nobis propicia ferociam tamen remisit.

Die post 25. summo mane in divanum accersiti, et honesto aulae apparatu, tamquam tunc recens appulissemus, excepti, in horam ferme integram collo-

Digitized by Google

quium nobiscum extractum est minime turbulenter, passis non multa interrogantibus, nobis ad omnia quanto melius, opportunius et magis ad rem poteramus, respondentibus, omnem sermonem et sua argumenta eo deducere videbantur, ut de regno Hungariae nihil ad majestatem vestram pertinere ostenderent, ac induciarum violationem Varadiensi, culpamque et causam arcium interceptarum omnem impingerent, ac probarent, quod Budensis passa nihil contra inducias, nihil in contemptum, nihil in praejudicium verbi principis sui commisisset, quandoquidem ex partibus majestatis vestrae dicerent fuisse initio fines eorum lacessitos ac vexata et tentata castella. Hisque de causis nihil eundem passam injuria contra fas egisse, sed merito et jure belli ea domino suo ditionis ilius partis Hungariae conatum recuperasse, quae potentia majestatis vestrae male tenebantur, uti et reliquum Hungariae teneretur.

Respondimus eis ad singula, retexendo tam ea, quae egimus Amasiae ratione legitimi juris, quod majestas vestra habet ad Hungariam, quam quae ad sinceritatem et religionem modumque induciarum observandarum, quae primum Budae transactae, deinde quater jam ferme instauratae et confirmatae erant, pertinerent, et qui eas, quoque tempore, quibusque in locis principio violaverint.

Tum demum omnia recensuimus, quae ad subducendum accusationi Varadiensem facere videbantur; subjuncta idemtidem restituendarum arcium et dandorum mandatorum ad Budensem passam petitione, quo in posterum sanctius inducias servare cogeretur, quemadmodum majestas vestra ab hoc exemplo petitionis memoratae, quam dominis pas-

Digitized by Google

sis porrexeramus Turcice versam, dignabitur intelligere.

Nihil tamen effecimus et responsum est: Budae sex tantum mensium datas fuisse nobis inducias ad hanc pacem tractandam et constituendam: easque jam in tertium usque annum majestatem vestram minus sinceriter extraxisse, verba dumtaxat dando huic principi et de Transsylvania nihil concludendo, neque ad propositum atque ad tempus respondendo.

Ad quae nos quoque nihilo lenius, qualia propositio exigere videbatur, quaeque hic omnia enumerare propter brevitatem intermisimus, respondimus.

Tum illi: Hucusque etiam magno detrimento nostro finem hujus rei distulistis, et differetis multo etiam majore gravioreque, si pergetis adhuc ulterius differre, uti hactenus distulistis. Quum milites nostri finitimi ubicunque per Hungariam grassantur: per regnum principis sui grassantur, non per regis vestri; nec loquendum vobis de his restituendis ullo tempore, quae semel incidunt in nostras manus: quod repetere etiam regem vestrum, alienum est ab ejus dignitate.

Caeterum si rex vester arces aliquas permitti sibi in Hungaria pacifice possidendas desiderat, quamprimum aut restituat Trannssylvaniam, aut unico verbo, id se nolle, respondeat; nec in posterum opus esse sibi, regem vestrum facere*) de eadem provincia libere retinenda: quam si tanta vi auri vellet redimere, quantum est mare Propontidis, non ea solum ipsa, sed (sicut prius de pugno ejus terrae loquebantur), sic nunc unum folium arboris cujuspiam illius non concedetur. Sic principem eorum apud se habere constitutum.

*) Kimaradt: ‚mentionem' vagy hasonló értelmü szó.

Digitized by Google

Durus hic sermo nobis exstitit. Sed praeterea nihil aliud obtinere potuimus. Quum interea petitionem quoque majestatis vestrae non solum praesentem de his arcibus, sed etiam veterem de toto regno, in medium prolatam, apertis verbis sugillaverint.

Postulata itaque sententiae nostrae venia, nobis videretur, ut majestas vestra, si adhuc collegam nostrum non expedivit, cognitis his dignetur subito eum cum absoluto et valde simplici responso expedire ac jubere ad nos maturare; quia ejus ii moram inpatientissime ferunt, nec volunt pluribus verbis sibi responderi, ut nobis semper Hruztanus ingerit, quam his, pro Italico more, binis dumtaxat syllabis: O si, o no.

Et nos quidem adstricti ejusmodi difficultatibus, emorimur ferme prae dolore: nec scimus, qua fronte redibimus, si, ut velimus, redire non poterimus. Verum frustra est cum iis jura, leges, aequitatem, officia, benevolentiam usurpare, idque pro more nostrarum gentium similibus uti rationibus, quando potentiam suam eminere intelligunt. Quod jam toti orbi haud dubie innotuit, nedum nobis, qui eos a tot annis habemus, toleramusque in intimis nostris visceribus.

Sinpliciter autem et paucis Turcae responderi sibi volunt; quia quod jam saepius experti sumus, quanto homines nostros exquisitioribus et firmioribus argumentis secum agere conscipiunt, tanto de iis majorem suspicionem fraudis concipiunt; seque ab illis, tamquam ab instructis circumveniri arbitrantur. Unde nunc etiam edixere nobis domini passae: satis nos et loquutos et conatos fuisse pro Transsylvania retinenda; nihil tamen adhuc profecisse, neque profecturos in posterum vel pro reliqua parte Hungariae obtinenda, nisi eadem Transsylvania restituta.

Digitized by Google

Quare quum nos quoque ipsi quid praeterea vel agamus vel loquamur circa hoc negotium, rebus haud dubie sic se habentibus, non habeamus, omnino eis paucissimis citissime et ad conclùsionem demum putaremus esse respondendum, ne majestatem vestram ob responsi tantam tarditatem diutius calumnientur. Alioqui nos mandatis ac voluntati vestrae majestatis nullo neque loco, neque tempore, quod supervivemus, defuturi sumus. Quam ne illud etiam lateat, quod Hruztanus passa eodem congressu contulit cum Zay, quoque subjungemus.

Quum enim essent jam nos e divano dimissuri, finito colloquio, cujus jam partes Verancius obierat, conversus ad eumdem Zay: Vos, inquit, Hungari, qui primores sitis, quid agitis? cur nondum resipiscitis? verba mea ac consilium meum suscipite, et a suibus Alemanis (quod, petita venia, referimus) ad caesarem nostrum transite. En vobis ipse ad caput meum jure-jurando polliceor, quod idem caesar totum regnum Hungariae in vos omnes Hungaros per zangziachatus distribuet, atque ita vobis conferet, ut in eo pacifice sempiternum permanere possitis.

Ad haec Zay: Hoc, inquit, nos nullo pacto facere possumus, ut dominum ac regem nostrum deseramus, qui nos a parvulis prope educavit et nunc etiam fovet, ac non solum nutrit alimentis, sed etiam ad honores et dignitates promovet; prohibente nos ab hoc facinore, et fide nostra et honore nostro, et quemadmodum etiam dominatio vestra indignissime ferret, deseri ac destitui a quopiam servitore suo, qui pane et sale ejus adolevisset, crevissetque: ita nobis quoque id committere non expediret.

Tum passa iterum: Videtisne, ait, Hungari, quid

Digitized by Google

rex vester agat? Fraudes tantum nectit ex fraudibus, et manifeste ostendit, pacem se cum imperatore nostro nequaquam velle, dum, ne reddat ei Transsylvaniam, tergiversatur. Vos tamen interea peritis et consummamini, Hungari, de quibus Alemani parum curant, nec admodum malo vestro dolent: quandoquidem non multo majore odio Turcas nos prosequuntur, quam vos Hungaros, propterea etiam quosdam ex vobis sustentant tantummodo, satis aegre ac tenuiter, quum sine vobis esse nequeant.

Zay vero: Nunquam sane rex noster tergiversatus est, nec agit, inquit, fraudibus in negotio pacis, sed eam semper summo studio et sincero corde vel ab ipso initio expetivit, amicitiamque ac concordiam cum principe vestro nunc etiam desiderat: quemadmodum et largitione munerum et oblatione tributorum, oratorumque missione majestas sua declaravit; ejusmodi oratores, ne loquar de praeteritis, nunc etiam hic apud vos detinentur: quum insuper eo etiam testificatus est amicitiam se, non inimicitiam cum ejus magnitudine velle, quod annis superioribus, quando longissime aberat ab suo imperio, et erat apud Persas cum exercitu, subditique ejus multa incommoda et molestias fidelibus suae majestatis irrogarent, sua tamen majestas nunquam vel unicum armatum emisit contra ejus magnitudinem, quo magis de sua illi quum integritate, tum erga eandem benevolentia fidem faceret, quemadmodum hic Ferhat quoque (interprete demonstrato) non ignorat, vos vero ipsi quoque, domini passae, optime scitis, quod rex noster potuisset eo tunc temporis, si voluisset egisse aliquid, at nihil voluit, quo omnibus modis et rationibus declararet, recte se et sine ulla simulatione pacem optasse ac

Digitized by Google

nunc quoque optare; modo id agnoscere ejus magnitudo velit, cui quod hactenus in restituenda Transsylvania non ad vota respondit, nihil ad me dicere attinet, quum collega meus, episcopus, satis abunde vobis sit loquutus: id scilicet nulla re alia a rege nostro fuisse factum, quam summa fiducia benevolentiae principis erga se vestri, de cujus vice minime desperabat. Caeterum eandem Transsylvaniam sit ne etiam in posterum redditurus, juxta magnitudinis suae petitionem, nec ne, majestas sua scit, nos ignoramus. Quamquam hoc plane credimus, quod majestas ejus tale de hac re etiam factura sit responsum, quo haud dubie demonstrabit, se sincerissime amicitiam suae magnitudinis exoptare.

Ubi vero dominationes vestrae ostenderunt, sibi ab aliquibus fuisse persuasum, quod Alemani Hungaros non amarent, id minime credant, quoniam viros bonos semper inter nos amaverunt, improbos autem ne nos quoque ipsi amamus.

Hic iterum passa: Consultius vobis esset, inquit, Hungari, si susciperitis consilium, antequam magis pereatis. Nonne cernitis, quid gentes nostri caesaris contra vos agant? quonam pacto in dies vos perdant? Et sane magis e re vestra foret, si memoratos sues Alemanos (quod iterum, pace petita, referimus, nam hoc epitheton saepius usurpabat) una ex parte vos caederetis, nos vero ex alia. Sic enim celerius imponeremus ejus finem. Sic vos in arvis illorum messem, in vinea vindemiam faceretis; sic auro, sic argento, sic terris eorum ac domibus eorum ipsi vos potiremini, et magno in otio sub tutela nostri caesaris secure uxoribus ac liberis vestris perpetuo frueremini.

Tum Zay: Haec, inquit, quoniam a fide et ab ho-

Digitized by Google

nore nostro aliena sunt, nequaquam convenit nos committere: quia etsi Alemanos, Hispanos, Italos, Gallos, Bohemos, Polonos et nos Hungaros linguae varietas disjungit, una tamen atque eadem fides omnes conjungit et omnes uno atque eodem modo in Deum credimus. Quare ad nos hoc non attinet, ut alii alios deseramus, quandoquidem hucusque etiam iram Dei maximam pertulimus, quod mutuas caedes et saevitiam inter nos exercuimus. Verum cessabimus tandem, Deo dante, ab hujusmodi intestinis seditionibus; quoniam tanto jam Hungari simul cum Alemanis devinxerunt sese foedere, ut separari ab invicem minime poterunt.

At passa demum: Non oportebat, inquit, adhuc heremitam fratrem Georgium interficere.

Immo, respondit Zay, longe futurum fuisset satius, si homo adeo improbus jam a multis annis caesus extitisset: quia si ipse cum Isabella de Transsylvania regem nostrum non ursisset, nullo nunc idem rex noster et princeps vester sollicitaretur negotio; nosque etiam Hungari in tantis malis non versaremur. Verum ille omnium hominum perditissimus, dum et regi nostro et principi vestro dat verba infinitis mendaciorum structa imposturis, quo utroque eorum cum Joannis regis posteritate decepto, principatum sibi pariat atque constituat, Dei potissimum justa sententia incidit in meritas poenas, vitaeque eum finem habuit, quem sceleratis factis quaesiverat.

Nec praeterea verbum est additum, sed dimissi sumus. At haec qualia sint, majestatis vestrae censura est, dominorum vero Germanorum cura esse debebit non postrema. Nobis humillime adhuc adjicientibus de expeditione maturrima domini collegae nostri, cujus exspectationi unum mensem dicuntur passae

Digitized by Google

adjecisse; postea si iterum non appulerit, nobis erunt pertimescendae injuriae. Sic enim audimus, omnia alioqui majestatis vestrae arbitrio relinquimus, quam Deus servet. Datae Constantinopoli, 29. Novembris 1555.

LVII.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Ferdinando regi Romanorum Antonius Verancius et Franciscus Zay.

Gaspar Czerneky tabellarius vestrae majestatis appulit Constantinopolim, secunda die mensis instantis, nec ad nos recta sed ad Hruztanum passam deductus est, ubi omnes litteras jussus expromere, ipse etiam de omnibus est examinatus, quaecunque visa sunt eidem Hruztano questione et scitu esse necessania. Nocte eadem litteris in Turcicum versis, die postero in divano eaedem litterae perlectae sunt, denuoque, etiam tabellarius cuncta perquisitus; nec, Dei gratia, quicquam ei excidisse audivimus, quae obesse potuissent. Gessit enim se non imprudenter. Postea vero, relatis eo ipso tempore omnibus ad imperatorem, quae et litterae habuerant et a tabellario acceperant, animis aliquanto (quod amici nobis retulerunt) conquieverunt, accepto certo nuncio de collegae nostri haud dubio reditu. 1555. nov. 14.

Nos etsi gravissime tulissemus hanc incivilitatem, nequiverimusque non significare, id fieri minime debuisse, quum ab oratoribus et litteras accipi et de mandatis intelligi oportebat, quae tabellarius attule-

Digitized by Google

rat, non ab ipso tabellario, idque clam oratoribus; tamen, quoniam peculiare est Turcarum contra jus, fas et mores gentium laudatos agere, incassumque et fortasse cum errore etiam aliquo contendissemus minus tempestive, nihil neque ferociter, neque confidenter egimus, cognita morum pertinaciae extrema contumacia proximo congressu, quem cum eis habuimus. . . . .*) quod habere nos indignius videbatur . . . . . et tabellarium peroptime excussum quaestionibus . . . . . nisi molestius per interpretem Ibrainum sollicitassemus. Concessus tandem est et tabellarius et litterae restitutae. Sed uno die post tabellarium litterae. Adeo contemptim, negligenter et cum stomacho omnia. Nec de his nobiscum quicquam gerunt, quae vel majestas vestra, vel serenissimus rex Maximilianus ad nos scripserat. Die tantum insequenti, quae fuit quinta mensis memorati jam, profectus idem Hruztanus cum principe venatum, nunciavit nobis, quod collega noster postquam a majestate vestra brevi esset rediturus, vellemus in memoriam revocare, quam multa et nos cum ipsis ad id temporis verba consumpserimus et nobiscum ipsi, neutros tamen quicquam ad effectum perduxisse, nimirum quod nos eis verba tantummodo dare de industria studuerimus. Nunc jam demum ubi collega noster advenerit omnia prorsus verborum involucra omitteremus, et unum duntaxat paucissimis proloqueremur, quod eorum princeps expeteret, nisi pejora perpeti vellemus, quam Joannes Maria perpessus sit.

Exhorruimus ad agrestem inpudentiam. Verum

*) A papiros felső szélei az ság miatt részben elkopván, több szó veszendőbe ment.

Digitized by Google

hic etiam pressimus animi nostri motum, nosque ad conflictum summi negotii reservavimus, cique in hujus modum pro veritate modeste respondimus

Nihil et Joannem Mariam eorum, quae perpessus est, commeruisse, et nos longe minus, quibus pejora minitentur. Solari tamen nos ejus magnificae dominationis prudentiam et intellectum singularem, quo quum plane perspiciat, oratores nos ac ministros regis nostri esse, non consanguineos, neque cohaeredes regnorum ejus, certo tenemus ejus dominationem . . . commissuram, ut ea a nobis . . . . . juris nostri sunt, nec mandati. Alioqui et horum, quae . . . . . nunciavit memineremus, et quum collega noster redierit, non alia certe vel agemus vel loquemur, quam quae nobis a rege nostro praecepta fuerint. Quum autem omnia honesta, et plena erga hunc invictissimum principem suum, majestatem suam sincerissimae et firmissimae benevolentiae renunciaturam non dubitemus, tum etiam ejus dominatio erga nos mitiorem, erga vero regem nostrum amiciorem futuram confidimus. Sed haec de litteris et tabellario.

De rebus vero ipsis, quae tantum querimonias in se habuerunt, de vexatione et populatione finium, nihil est prorsus, quod pro voto rescribere possimus. Et sane pudet etiam nos, quod adeo simus inutiles majestatis vestrae oratores, qui nihil hactenus ab iis exorare potuimus. Verum nostro ne id fato fit, an hostium confidentia, quae profecto excessit jam omnes humanae rationis et audentiae*) limites, praesertim contra majestatem vestram, ejusdem majestatis vestrae censurae est; nobis tamen omne genus

*) Igy; későbbi kéz ‚audaciae'-re változtatta.

Digitized by Google

sermonis interdixere, edixereque apertissime, non esse jam quid in posterum loqui nos velint, nisi prius unico verbo responderimus, quod ad restituendam vel non restituendam Transsylvaniam attineret. Quapropter libellum etiam querimoniarum, nunc postremo missum, non interpretari modo passae sibi non sunt passi, sed ne in manus quoque accipere libellum voluerunt, ad id solum tota re dilata, quod collega noster attulerit.

Mirabiliter et obstipo prope capite in hanc unam pertinaciam iucubuerant, . . . plane intelligant, ... de Transsylvania nos quoque his prospectis, illud unum agendum esse judicamus, ut ad rem tandem veniamus, demusque omnem operam, ut gravioribus etiam conditionibus si non pacem, at saltem inducias aliquas obtineamus, dum majestas vestra bello se commode praeparet et alicui rerum suarum mox nasciturae Dei beneficio occasioni spatium detur. Nam inducias quoque nedum pacem, et si dubium sit, an sint hostes concessuri, si tamen eas concedent, eousque concedent, dum et ipsi paratiores in arma esse poterunt: quandoquidem illud majestas vestra firmissime dignetur credere, decrevisse hunc principem, vel mori vel potiri Hungariae reliquiis, et urbe Vienna, in eaque, si vicerit, finem ac metam gestis suis collocare. Quapropter neque in posterum vel paci vel induciis eorum fides erit adhibenda, nisi in quantum majestas vestra fines suos armatis munitos habuerit, quod vel his induciis cognosci facile potuit, si priora fortasse nobis excidissent. Dicunt enim hostes, dolos et furta militaria non teneri induciis. Et si ratione aliqua justa astringantur (quod de passis etiam loquimur), ad vim recurrunt. Sua esse omnia, ad ma

Digitized by Google

jestatem vestram nihil pertinere. Caeterum si pugnare rex noster possit, quid se tutetur foederibus? sin vero nequit bello contendere, cur non cedat? Qua intemperie nuper etiam offudit nos in divano Hruz tanus, eo nos adigendo, ut majestatem vestram subjiceremus abjectius eorum principi, qui non potuimus non respondere, ut nos intelligeret. Nimirum sciret, regem nostrum, et cum amicis pace atque offciis tractare et cum inimicis bello armisque . . . . . Passae Budensis grassationem neglexisse quod . . . nequivisset, sed hosti suo similem esse noluisse; credatis mandata principis nostri sanctius a subditis observari. Caeterum esse eidem regi nostro tantam in reliqua Europa usque ad aliud mare, quod nos Oceanum vocamus, authoritatem, opes et potentiam, ut vos et Hungariae reliquiis, et urbe Vienna (quod avertat Deus) potiti, ubique tamem cum eodem rege nostro et cum filiis ac nepotibus ejus, rem sitis habituri. Alioqui quandocunque jusserit nos, si modo unquam jusserit, ut ante pedes principis vestri exponamus, quod proxime Persa de se fieri Amasiae oratori suo jusserat, credite domini passae, idem nos quoque haud mora facturos, ubi primum mandatum acceperimus. Interim tamen quia rex noster imperatori vestro amicus est, non subditus, oramus vos, ut inter eos pacem potius et amicitiam procuretis quam bellum, nec a nobis exigant alia, quam quae ab oratoribus liceat, et fas esse consuevit.

Ad quae nullo fere responso facto, ad Zay vertit sermonem, et quae secum habuit, ex prioribus litteris cognoscentur; verum si forte requiramur, quid utique restat nobis vel pacis vel induciarum spei in tanta hostium propositi pertinacia? Certe quod dica-

Digitized by Google

mus, nihil plane habemus, sed amici et quidem ii, qui ex Turcis sunt, eam nobis vel hoc ipso videntur . . . quod . . . . Hruztanus minis nos . . . . . itidem olim quoque cum magnifico domino Gerardo dicatur . . . . . tandem paci, quae tunc confecta est, defuisse. Solere hominem magno conatu inique agere, ut postremo ad aequitatem descendat; nos tamen ignari futurorum, in eventum intuemur, nec spe fulti alia, quam de qua alii scripsimus, et si junior Persa eruperit, extincto seniore, quod utrumque indies magis ac magis nunciatur, tamque jam late et passim ut ex foro etiam ad nos afferatur, quamquam non omnino publice confirmatum cura fortasse magistratuum, ne ad hostes reliquos fama evagetur.

Restat, ut dominus collega noster ad nos maturet divinis comitatus auspiciis, probemusque magnopere, quod Jaurinum muniatur, sine cujus firmitudine procul dubio Comaronium quoque minus firmum esse videbatur. Verum majestas vestra dignabitur Murano quoque meliorem custodiam adhibere, esto quod sit remotius nonnihil a finibus, latro enim Fylekynus (quod hic non ex vili loco accepimus) magna sollicitudine arci illi insidiatur, in eamque si successus ei faverit, spreta et pacis et induciarum reverentia, conabitur illabi.

Dedita etiam opera Welicianus quoque Strigonio praefectus est, ut insulae Ciallokewz et domino Joanni Paxy immineat, a quo non ita pridem ad Vesprimium profligatus, nunc omnibus modis . . . . . quaeret rationes, ut ea . . . . sua enim sponte ad hoc semet ipsum devovit . . . . . erit dominus Paxy, ut et sibi et insulae illius ripis invigilet.

Classis quoque hostilis apparatus sollicite pro-

Digitized by Google

cedit, et perstat sermo de numero centum triremium ex navali Constantinopolitano praeter pyraticas, quas supra 56. futuras perhibent. Et mussat rumor Tunetanam Golettam tentaturos. Sed incertum est adhuc, et maritima omnino erunt munienda, quandoquidem nequeant hostes conquiescere, donec Plumbinensis cladis vicem orae cuippiam compensent ac reddant, idque inproviso. Quo magis animadvertere oportebit, ne animos nostrorum devertant ab his muniendis et custodiendis, quae potissimum invadenda secum conceperant. Galli vero silent. Princeps venatur. Nec a regina quisquam adhuc venit, praeter Cambraynum, qui etiam tacitus sedet et ait se tunc proloquuturum et mandata sua editurum, quando a majestate vestra quoque collega noster redierit Cujus nos maxime cupidi majestati vestrae felicitatem precamur. Datae Constantinopoli, XIIII. Decembris 1555.

LVIII.

Mihály testvéréuek Verancsics.

Verancius Michaeli fratri.

Valere te ac caeteros omnes nostros ex senten- 1556. jan. 4.
tia, quod ex litteris tuis de XXX. die Octobris anni elapsi apud Pornonem datis et XXI Decembris mihi redditis intellexi, equidem solita mea erga vos pietate mirifice laetor. Fuit etiam mihi pergratum, quod mea vel monita, vel castigationes, vel utrunque potius aequo animo acceperis, nec enim secus te facturum arbitratus sum, non diffisus, probe te intelligere, quod paterne agerem. Quum fatear insuper, nullo me pror-

Digitized by Google

sus alio motum et inductum fuisse animo ad ea tibi persuadenda, quam ut et prodessem vobis, et vos mutuam in charitatem conjungerem, edoceremque dona Dei agnoscere, quae quum ex me procedere videantur, vobis potissimum esse data perspiceretis. Sed quod te confidam prudentem, maximeque Christianum esse, nec minus voluntatis meae observantem, quam paternae pietatis studiosum, scireque etiam quomodo patri, quomodo hominibus quoque morem te gerere oporteat, tota nunc in te re familiari nostra incumbente, me vero longius a vobis peregrinante, nolo de hiis plura scribere.

De celebritate quidni nominis mei, quidni? gaudeo equidem, si quid est, quod nos homines esse putent, dum regno et regi de nobis optime merito fideliter et non sine decore apud tam magnum principem inservimus. Quae celebritas si vos quoque (qui sitis mei) aliqua parte contingat, Deum inprimis laudetis, et illi grati esse memineritis.

De salute vero mea quod sollicitari debeas non est; postquam enim eo jam provecti sumus in hcc altum plenis velis: nihil sane restat, quam ut forti animo et fluctus omnes perferamus et eum cursum urgeamus, qui salvos in portum reducat. Sin secus, ut hominibus, acciderit, nihil profecto accidet, quod majoribus etiam accidere non solet, quando fatorum hora eruperit. Eam igitur solam propone tibi mea causa sollicitudinem, ut Deum Optimum Maximum assidue preceris, ne mihi gratiam subtrahat, quam dixerat Paulo etiam sufficere. Sed jam ad reliquum tuae epistolae.

De Justinopoli intellexi, sed non consulo, quod cogitas. Locus est, ut tota reliqua Istria, primum

Digitized by Google

(nisi me fallit opinio) insalubris; deinde (ut uno verbo concludam) paulo etiam foecunditate agrorum civitate nostra felicior. Quod me bene perspexisse non ambigo, quum ipse etiam et urbem viderim aliquando, et per agros ejus iter egerim. Sed his te non deterreo, nec obsto animo tuo, satis enim et agrorum copia subnixa ea civitas est, et partibus suis dotata, nimirum situ, elegantia, nobilitate, politia et bonis legibus. At cur advena et peregrinus in alieno solo, antequam pellaris tuo, fieri velis, non video. Caeterum quum novitatem generis, quam e Bosna pulsi a Turcis avi nostri Sibenicum jam supra annum centesimum et XXV-um contulerunt, vix dum exueris, in aliam recentem, si te conjicies, quis probabit, quaeso? Si item ultro nobilitate, quod migrantibus usu venit, excideris, quae tibi in urbe nostra, et conditione majorum, et industria ac virtute nostra (absit verbo jactantia) vetus jam sit, et a primis honoretur, Deique beneficio eo existimationis indies evehitur, ut ampliorem, spectatioremque fieri adhuc plane confidere possis, quis hoc sanum dixerit consilium, ipsumque non irriserit? Laborasse demum jam per annos fere XL., ut aliquid splendoris non ipsi solum familiae nostrae, sed etiam patriae, quae nos genuit, quae aluit, quae tot saeculis gremio suo summa pietate fovit atque complexa est, assequeremur, nunc, quando jam florere nonnihil caepimus, si hoc splendore, quantulumcunque Deus voluit esse, alibi fruituri, eam desereremus, nota certe ingratitudinis non careremus, nec id secus quam milites desertores, qui in acie locum et stationem excedunt.

Quum autem senium quoque satis jam magno vestigio attigeris, quid juvaret avorum sedibus com-

Digitized by Google

mutandis studere? Equidem illud metuerem, si dum huc atque illuc commigras, et rem ab asse apud alienos instituis, vita excederes, tuosque nec hic, nec illic firmos, statu novo non perfecto, relinqueres, et eveniret tibi illorum instar, qui magnos amnes navigantes, dum ancipites deliberant, utram ad ripam appellant navim, saepe numero praeternavigant portum, rapidoque interim aquarum cursu longius rapti; in aggerem etiam limi aut in caudicem illisi aliquem, naufragium faciant.

Habes quod sentiam, de tuo Justinopolim desiderio, ad quam penates tuos transferre nulla honesta ratione potes. Et quum te Sibenicenses etiam cautes sustentare et nutrire satis valeant, uti civium ac plebis nostrae tot myriadas sustentant et nutriunt, meum est consilium, ut Sibenicensem Spartam ornare pergas, nec diffidas, rem nostram incrementa habituram, collocata in Deum fiducia, qui manum a nobis non retrahet, quam sic caepit porrigere, si pietati, amori, et mandatis ejus institerimus et meminerimus, ea in nos eum contulisse, quae nullos in majores nostros contulerit. Ergo non titubes, frater, sed positis jam quos habes firmiter fundamentis, constanti animo supraaedifices, surget enim haud dubie opus Domino adjuvante, quod dudum tibi etiam non credenti pollicebar. Tantum a Deo et a virtute non recedamus. Nolebam de his tam multa, sed contemplatio tui longius me traxit, dum ad te scribens, tecum mihi videbar colloqui.

In Transsylvaniam quod profectus sis, etsi tibi scripseram, ne te isthuc conferres, tamen postquam contuleris, non displicet. Juveris enim rem meam familiarem plurimum. At vide etiam atque etiam, mo-

Digitized by Google

neo, quo pacto agas hoc turbulentissimo tempore itinera tanto Turcorum metu ubique obsessa, et verseris inter homines mutuis dissidiis et intestinis seditionibus flagrantes. Non fugit me, quod alias quoque caverim tibi ab hujuscemodi casibus. Verum hoc tempore caveo diligentius, quum te altiora periculorum intrasse conspiciam. Quare in colligendis et efferendis redituum meorum pecuniis, quas cupio fieri numerosas, eam curam et prudentiam adhibeas, quae prorsus abs te omne periculum avertet. Nec id alia ratione obtinebis, quam si et amicos et comites et servos denique tuos celaveris, quumque in Austriam redire volueris, nonnisi magno cum aliquo magni viri comitatu redeas.

Dum autem isthic moram traxeris, cave, ne vel praesulem laedas, quem ego summo amore et veneratione colo, vel ea committas contra capitulum, quibus ad vetera, eaque sane injusta ejus erga me odia cumulus quispiam adjiciatur. Nam etsi merita mea praesentis muneris in rempublicam magna sunt et Transsylvaniae non minus quam Hungariae utilia, tamen quia non omnes homines intelligunt beneficia, quae sine labore percipiunt, nos etiam cedendo illis, bene de eis mereri non cessemus, et gratiam a Deo, qui sua causa omnia fieri et in se rejici mortales jubet, expectemus.

Reliquum est, ut reverendissimo domino Transsylvaniensi commendes mea officia, et ita quotidie ejus reverendissimae dominationi inservias obsequerisque diligenter, ut meas etiam vices suppleres.

Idem facies, cum magnificis dominis wayvodis ac eorum prowayvodis et venerabili capitulo.

Equos quos jam pridem per litteras jussi Janci-

Digitized by Google

num nostrum mihi comparari, tu cures comparandos, si ipse distulisset.

De meo autem reditu non a me discas, quum Joannis Mariae mora detinemur nos hic, dum isthic ipse. Nihil tamen adhuc est periculi. Gaspari Pestino et Georgio Fabio fratribus nostris meo nomine dic salutem et eam plurimam. Vale. Constantinopoli IIII. Januarii MDLVI.*)

LIX.

Busbeck írja egyik barátjának. **)

1556 . . . . Hiemabat annus, pluviaeque et frigus et venti caelum contristabant, quum iter Constantinopolim repetere jubeor, nullum habiturus evangelium pro nuncio, quem referebam. Hic tu mihi: „Bis ad eumdem?“ Pro quo ego tibi: „Bis, quae pulchra.“ Et ita est profecto: quo consiliis honestis plus est adjunctum laboris et periculi, eo majus decus et pretium est. Ego mense Novembri digredior Vienna, longum iter ad inhospitalem Pontum remensurus. . . . . Constantinopolim veni initio Januarii, itineris incom-

*) A Malvezzi János Mariára vonatkozó sorokból világos, hogy ‚MDLVI.‘ hibából áll ‚MDLV‘ helyett, ha csak „Joannis Mariae mora“ helyett nem kell ‚Busbequii mora“ olvasni, ki, mint maga irja, „initio Januarii 1556“ érkezett vissza Konstantinápolyba, s így talán „januarius 4-én‘, mint e levél keletének napján még nem érkezett ide. Egyébiránt Erdély viszonyai 1556. elején nem voltak olyasok, hogy Mihály ott testvérének érdekében működhetett volna, s ez oknál fogva is hiszem, hogy a kelet éve hibásan van kitéve.

**) Busbeck felebb idézett munkájából pótlékul ide iktatva, mert Verancsics irományai között, ha kiveszszük a fe'ebbit, 1556-ból, egyetlen egy levelét sem találtam.

Digitized by Google

modis unius de comitibus meis jactura defunctus, quem febris ardentis impetus consumpserat. Collegas meos offendi incolumes; caeterum magnas in rebus Turcicis factas mutationes; gravi liberatum periculo Bajazetem, Suleimani minorem filium, et patri reconciliatum; Achomati passae, primo vesirio, fractam laqueo gulam; Rustanum in pristinum dignitatis locum restitutum. . . . . Nunc dicam, quam adversa principis et passarum et reliquorum Turcarum voluntate exceptus sim. Nam, quum passae, ut est eorum mos, priusquam ad regem suum introducant, audire ex me vellent, quid referrem; ubi viderunt, caesarem nolle de suo jure decedere, sed censere aequum, servari pacta, quae neque vi, neque dolo cum Joannis wayvodae sive praefecti Transsylvaniae vidua ejusque filio fecisset: graviter et indigne ferebant. Tantos longinqui temporis felicitas huic genti spiritus fecit, ut nihil iniquum putet, quod velit; nihil aequum, quod nolit. Igitur nobis graviter minari et magnum denunciare periculum coeperunt, si cum hujusmodi mandatis in conspectum regis sui venissemus, ad quem quum nihilominus admitti postularemus, illi negabant, velle sic periculum nostrum secum communicari; quot enim sibi esse capita (sic ipsi loquuntur) ut nos cum tali responso coram principe suo sistere auderent? Neque enim obscure haberi eum a nobis ludibrio, quod ipse non esset laturus humaniter; adesse eum cum victore exercitu, rebus contra Persas prospere gestis praeferocem et superbum, filio, imperii aemulo (ex quo cognosci posset, quanta esset iracundia) e vivis sublato; quid ei posset esse optatius, quam ducere in Hungariam, exercitumque multis laboribus affectum, spoliis et copiis Hungarorum reficere, et ad suum

Digitized by Google

imperium adjungere, quod reliquum esset ejus provinciae, quod sane esset non multum? Proinde quiesceremus; si saperemus, neque quietum excitaremus, neque mala nostra acceleraremus: satis illa ventura tempori. Hujusmodi passarum sermones congruebant, nam quod fere levissimum nobis denunciabant, erat, ut duo in tetrum carcerem compingerentur, tertius naso atque auribus truncatis (quae mea pars fuisset) ad dominum remitteretur. Ad haec praeter hospitium nostrum commeantium vultus truces, infesti oculi, nihil, nisi saevum et atrox portendentes, notabantur: ab eoque tempore nos multo asperius tractare coeperunt; arctius inclusos tenere; neminem ad nos pati introire; nulli de nostris prodeundi potestatem facere; ac reliquis rebus omnibus paene ut captivos, non ut oratores habere. . . . .

LX.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

1556. febr. 8. Reverendo devoto, magnifico, et nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verancio episcopo Quinqueecclesiensi, praeposito Pornensi, Francisco Zay de Chemor, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, et Augerio a Busbecke nostris consiliariis et oratoribus apud serenissimum imperatorem Turcarum existentibus.

Verancsics kezével: Redditae 6. Aprilis 1556.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex. Reverende, magni-

Digitized by Google

fice, ac nobilis, fideles nobis dilecti. [Postquam novissime ad vos Quinqueecclesiensem et Zay scripsimus id quod factum est, per viam Venetam die 27. mensis Novembris, diversis vicibus plures a vobis litteras accepimus, nempede 10-ma, ac 25-ta Octobris, item de 1-ma et binas de 16-taNovembris; et nuperrime primum quinqueeodem tempore simul una nobis allatae fuerunt,29-a Novembris, ac 17-ma et 19-na Decembris datae, et cognovimus inde, quaecunque vobis subinde isthic evenerunt et innotuerunt, in quibus quidem rebus et gerendis et ad nos perscribendis tum eximiam vestram ergo nos fidem atque observantiam, tum etiam singularem prudentiam, industriam et rerum agendarum dexteritatem manifeste declarastis. Itaque primum omnia, quae vos egissé scripsistis, et nobis agenda fideliter consuluistis, benigno admodum et grato animo probamus, neque vero quicquam habemus, quod modo vobis rescribamus, cum abunde sitis informati de mente et voluntate nostra, videamusque ex anteactis, nullo vos monitore egere, sed sponte occasionibus rei bene gerendae, si quae alicubi emerserint, sedulo instare, praesertim cum non dubitemus, quin in hanc usque horam negotia illa in alterutram partem bonum, vel malum finem sortita fuerint; qui quidem cujusmodi sit,magno desiderio expectamus. Deus Optimus Maximus faxit, quod omnia ad laudem et gloriam divini nominis sui, et Christianae reipublicae salutem atque incrementum cedant.

Caeterum pro singulari illa benignitate, qua vos prosequimur, molestum nobis accidit, quod vobis expeditio tabellarii per viam Venetam molestiam et perturbationem peperit, nec possumus cogitare, quomodo id factum sit, cum mens et voluntas nostra mi-

Digitized by Google

nime fuerit, quod is occultari deberet: commiseramus enim consiliario et agenti nostro Gaztelu, ut litteras illas per proprium tabellarium non occulte, sed aperte ad vos mitteret, eaque propter etiam in litteris imperatori Turcarum scriptis expresse ostendimus causam, quominus illas per viam Hungaricam mittere voluerimus, quemadmodum haud dubie ab exemplo illarum intellexistis; gaudemus tamen Hruztanum passam tandem ferociam remisisse, et vos periculum evasisse; hortamur autem, et requirimus vos benigne, ut in futurum etiam nos subinde de omni rerum statu informare pergatis]. Id enim erga vos omni benignitate nostra regia recognoscemus. Datum in civitate nostra Vienna die tertia mensis Februarii anno Domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LXI.

Verancsicsnak Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

1556. mar. 19 Reverendo, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verancio, episcopo Quinqueecclesiensi, praeposito Pornensi, Francisco Zay de Chemor, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, ac Augerio a Busbecke, nostris consiliariis et oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum destinatis.

Verancsics kezével: Perceptae 15. Maji 1556.

Ferdinandus divina favente clementia, Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Digitized by Google

Reverende devote, magnifice, et nobilis, fideles nobis dilecti. — [Accepimus nudius quartus litteras vestras de 12-ma superioris mensis Januarii datas, et inde non lubenter cognovimus responsum nostrum per te Augerium illuc novissime missum a Hruztano passa et caeteris passis tam aegre, inhumaniter, et dure exceptum, ut vobis ob id fortior et arctior custodia imposita sit. Sperabamus enim illos jam tandem mitiores futuros fuisse; sed quia honestae et aequissimae rationes nostrae nullum apud eos locum hactenus habuerunt, vos vero non videmini propterea gentis illius more terreri, sed magno et infracto animo tractatibus demandatis insistere, nec cuiquam rei bene gerendae occasioni deesse, jure equidem merito diligentiam, fidem, industriam et magnanimitatem atque constantiam vestram summopere laudamus, et quae eatenus per vos acta et gesta sunt, clementi et grato animo accipimus atque probamus, nec dubitamus, quin deinceps etiam officium vestrum sedulo sitis facturi, et nihil prorsus intentatum relicturi, quo animi tum passarum, tum ipsiusmet imperatoris Turcarum placari, et ad pacem vel inducias ineundas induci posse videbuntur, idque eo magis, quod Christiana respublica in tali statu versetur, ut nobis pax vel induciae non possint non valde utiles esse.

Et quoniam vos cumprimis magnam fiduciam in litteris regis Poloniae, filii et consanguinei nostri charissimi, et serenissimae reginae Isabellae posuisse videmus, quas a serenitatibus illorum ad portam imperatoris Turcarum postulaveramus, operae pretium nos facturos arbitramur, si vos de illius negotii statu in praesentibus clementer edocuerimus. Itaque vos celare nolumus, quod litteras illas obtinere non po-

Digitized by Google

tuerimus, sed serenissima regina Bona quando hac in Italiam transiit, multa nobiscum coram de modis et rationibus componendi illas controversias inter nos et dictam serenissimam reginam Isabellam, ejusque filium existentes tractavit, praesente secretario serenissimi regis Poloniae, qui paulo ante nobis responsum reginae Isabellae, fratri et mediatori datum tulerat; in eo tractatu ita nos accomodavimus voluntati et desiderio ipsius serenissimae reginae Bonae, etsi antea quoque multas aequissimas et honestissimas contentationis et concordiae conditiones proposueramus, quarum nulla unquam a serenissima regina Isabella ratio habita fuit, quod serenitas ejus reginalis visa sit iis, quae nos facturos polliciti sumus, omnino adquievisse; hujusmodi autem nostram deliberationem et conclusionem postquam sciptis comprehensa fuit, supra dicto secretario ad serenissimum principem suum perferendam dedimus, serenitate ejus simul paterne et diligenter monita, ut considerata magnitudine periculi, sibi et regno ac provinciis suis, totique Christianitati aeque ac nobis et nostris regnis, provinciisque imminentis, sororem et nepotem a sinistris machinationibus ad salubriora consilia revocaret, eosque induceret, ut nobis et imperatori Turcarum placarent, et motus in Transsylvania atque Hungaria a Petro Petrowyth, Bebekis et aliis sub nomine et auspiciis ipsorum excitatos, prorsus sedarent. Porro hujus scripti exemplum misimus etiam saepe dictae serenissimae reginae Bonae, quae jam interim hinc profecta erat, petiimusque, ut filiam cum nepote rursus ex itinere ad acceptandum conditiones oblatas per litteras vel nuncium hortaretur, quae ut antea hic curam receperat, se maternam auctoritatem

Digitized by Google

deinceps quoque haud gravatim hujus negotii componendi gratia interpositurum, ita nunc mittat hortatu nostro unum ex secretariis suis, qui id nomine suo apud filiam et nepotem exequatur. Unde facile videbitis negotia ista, quae hucusque satis lente processerunt, non omnino a via concordiae aberrare, sed de optato illorum exitu bene adhuc sperandum fore.

Caeterum aliud est, quod tractatibus vestris et diligentiae ac industriae vestrae, uti veremur, omnium vehementissime obstabit (de quo haud dubie fama jam dudum isthuc pervolavit) intempestiva scilicet ordinum ac statuum Transsylvaniae defectio, qui, nobis de ipsorum et reliquiarum regni nostri Hungariae defensione atque conservatione diesque noctesque laborantibus et cum caeteris regnis ac provinciis nostris tractantibus, praepropere de ope nostra desperaverant, et revocato plane in regnum Petro Petrowyth, plene rebellarunt, missis ad nos nunciis, per quos factum excusarent, ita quod pauca tantummodo loca quaedam munita in potestate nostra adhuc remanserint. Posteaquam igitur contra voluntatem nostram jam sublata sit causa, propter quam imperator Turcarum hucusque nobis pacem et inducias negabat, existimamus duplicem modum in futurum tractandi hinc vobis enatum esse, de quo vobis per praesentes potestatem et facultatem concedendam duximus, scientes id propter casum, quem tum non metuebamus, in instructionibus vestris non contineri, ut scilicet foro uti, (?) et si Transsylvania a principe ipsomet recuperari non posset, saltem pro residuo, et reliquiis regni nostri Hungariae, caeterisque regnis ac provinciis nostris pacem vel inducias petere, ac divina benignitate concludere queatis, perinde vobis

Digitized by Google

benigne et expresse committimus, ut quoad temporis, loci et personarum qualitas tulerit, apud imperatorem Turcarum et passas ejus, dissimulatis mandatis nostris, ulterius pro permittenda nobis Transsylvania sub annua pensione instetis, ostendentes, quod cum magnitudo illius magnam sibi injuriam et contumeliam illatam putet, quod eam provinciam ex manibus reginae Isabellae, ejusque filii, ac fratris quondam Georgii, nec non Petri Petrowyth receperimus, nunc magnitudini illius e diverso summae laudi fore, si eandem provinciam sibi a regnicolis restitutam nobis e manu sua liberaliter concesserit; inculcantes subinde, quod reginae Isabellae filius non audebit Transsylvaniam ingredi, praesertim cum adhuc potiora fortalitia a nobis teneantur; et quod nulla sit fides habenda a magnitudine ejus Petro Petrowyth, qui homo levis, inconstans et perjurus non reginae Isabellae, aut filii ejus, nec ipsius imperatoris Turcarum honorem aut commodum quaerat, sed privatam utilitatem sequatur, omnesque vias sit initurus, exemplo Fratris Georgii, ut deceptis et imperatore Turcarum et regina Isabella, ejusque filio, ipse solus sibi dominium Transsylvaniae vendicet, quemadmodum et nos, accepta a nobis arce Munkach, deceperit, fidemque nobis et juramento et litteris reversalibus datam et obligatam solverit, prout ea uberius appositis et idoneis argumentis per vos dilatari, majorisque tributi et largitionum promissione insinuari poterunt. Quodsi autem frustra omnia proponi et tractari de Transsylvania viderentur, concedimus, imo volumus, ut saltem pro iis locis, quae adhuc in Transsylvania tenemus, et si illa nullo pacto obtineri possent, iis quoque dimissis, et solum pro reliquiis regni nostri Hungariae, ac caete-

Digitized by Google

teris regnis et provinciis nostris pacem vel inducias aliquot annorum honestis et tolerabilibus conditionibus in instructionibus vestris contentis atque expressis, tanquam ex vobis ipsis, ne quid mandati vos accepisse sentiant, obtinere studeatis et enitamini, promittatisque nobis id ratum gratumque fore, et si opus foret, personarum vestrarum oblatione et detentione, quoad tabellarium vel nuncium pro hujusmodi ratificatione ad nos expedire, eamque a nobis consequi valeatis; quemadmodum ipsimet per hasce litteras nostras nos id ratum, gratumque habituros, reipsa et firmiter vobis pollicemur, concedentes etiam vobis eo nomine plenam et amplam facultatem agendi, tractandi et concludendi, et munus honorarium annuum tum ipsi imperatori Turcarum, tum passis propterea, quantocunque res transigi poterit, offerendi et promittendi, et ad duplum usque ejus, quod antea pendebatur, gradatim ascendendi, sicuti de Transsylvania in mandatis habebatis; non dubitantes, vos in constitutione et determinatione ejus sponte nihil inutiliter profusuros esse.

Statueramus vobis hanc voluntatem nostram de petendis induciis, dimissa Transsylvania, aliis tamen argumentis coloratam, per viam Budensem, ac sine notis seu ziffris scribere, et una litteras ad imperatorem Turcarum ac Hruztanum passam dare, per quas tractatibus vestris apud illos fides fieret, sed allatis litteris vestris, sententiam mutavimus, ne forte si pulchrior vobis occasio de Transsylvania recuperanda affulsisset, ipsimet rebus nostris obessemus; sed ne passae Budensi, a quo jam postulavimus salvum conductum pro tabellario, suspicionem aliquam moveamus, dabimus alio argumento per illam viam litteras,

Digitized by Google

et conqueremur de Turcis finitimis, quod non observent inducias, prout revera non observant, sed passim per omnes regni partes pro libitu grassantur, et nuper prope montanas civitates ultra viginti pagos diripuere, ac supra tria millia animarum inde abduxerunt; itidem Canisam versus conati erant, sed successu ibi frustrati, et a militibus nostris in magno numero profligati, et caesi sunt, praeda, quam egerant, a nostris recuperata. Cum autem multum commoditatis allatum videatur, si ratio et modus aliquis excogitari posset, qua vobis etiam per Venetam viam litterae, quas passis proponere queatis, mitti possent, ita quod vobis pro temporum statu semper integrum esset, illas aut occultare, aut una cum tabellario ostendere: non abs re erit, ut nobis, quae vestra in hoc sit opinio, quamprimum significetis, ne imposterum aliquis error mittendis ea via tabellariis committatur.

Porro benigne probamus, quod summam illam ducatorum pro muneribus passarum, et aliorum officialium Turcicorum, de qua scribitis, a Scaramellis mutuo acceperitis, jussimusque statim eam pecuniam creditoribus, ut decet, exsolvi.]

Haec sunt, quae vobis in praesentiarum significanda duximus, quibus aliud nihil addimus, [quam avide nos litteras vestras, de quibus modo nobis spem fecistis, expectare.] Vos in praememoratis exequuturos esse bene gratam et expressam voluntatem nostram, singulari benignitate erga vos singulos recognoscendam. Datum in civitate nostra Vienna die XIX. mensis Martii, anno Domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

LXII.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

Reverendo, magnifico, ac nobili, fidelibus, nobis 1556. mar. 27
dilectis, Antonio Verancio, episcopo Quinqueecclesiensi, et praeposito Pornensi, Francisco Zay de Chemor, nazadistarum notrorum generali capitaneo, ac Augerio a Busbecke, consiliariis et oratoribus nostris ad serenissimum et potentissimum imperatorem Turcarum destinatis.

Verancsics kezével: Perceptae 3. Maji, sed 29. Aprilis appulsae 1556.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende, magnifice, ac nobilis, fideles nobis dilecti. Tametsi superiore anno quinquagesimo quarto in mense Augusto, postquam jam antea per litteras apud serenissimum et potentissimum imperatorem Turcarum gravati essemus de mandatis magnitudinis suae, tum ad passas, sancziakos, capitaneos, officiales et milites suos, tum ad vaivodas Moldaviensem et Transalpinensem datis, de reducendo in Transsylvaniam quondam regis Joannis filio, magnitudo ejus nobis rescripserit, et promiserit nihil negotii aut molestiae nobis vel in Transsylvania, vel in aliis partibus exhibitum iri, sed omnia pacata fore, quoad vos oratores nostri ad magnitudinem suam perveniretis, cum eadem tractaretis,

Digitized by Google

ac demum ad nos rediretis, eaque de re jam alia data fuisse mandata ad beglerbeghos et caeteros officiales, militesque suos limitaneos, ut scilicet inducias pro securitate et tranquillitate colonorum sancte, firmiterque observarent: tamen his non attentis, nunquam cessaverunt hactenus magnitudinis ejus sancziakii, officiales et milites, in confiniis istis existentes, inducias multis modis violare, arces nostras clam et aperto marte intercipere, excursiones in ditionem nostram facere, nostrosque subditos et milites hostiliter infestare, diripere, captivos abducere et trucidare, ac diversas et intolerabiles violentias exercere, de quibus, ut meministis haud dubie, aliquoties ad serenissimum, et potentissimum imperatorem Turcarum litteras plenas querelarum et gravaminum dedimus et interea omni studio ac diligentia prospeximus, ut nostri fideles subditi ac milites lacessiti etiam sese ab omni hostilitate continerent, sed inducias firmiter observa rent; ad quas querelas nostras hactenus quidem nec a magnitudine ejus, neque a vobis quicquam responsi accepimus, cum nec tabellariorum, quos ad vos miseramus, quisquam adhuc redierit. Verum non dubitamus, quin magnitudo ejus, ut princeps integritate ac justitia, prudentiaque excellentissimus, intellectis ejuscemodi querelis et gravaminibus nostris, nihilominus praefatis sancziakis, capitaneis, officialibus et militibus suis inducias firmiter observandas iterum atque iterum mandaverit; sed tantum abest, quod illi sese a violentiis et hostilitate continuerint, quod non contenti injuriis, nobis violenta invasione et occupatione arcium nonnullarum nostrarum in Simigio superiore autumno et antea alibi quoque interceptarum illatis, etiamnum passim per regnum nostrum Hungariae

Digitized by Google

igne, ferroque populabundi grassentur, et ante paucos primum dies in comitatibus Barsiensi, et Nitriensi (ut fidedigno testimonio accepimus) plus minus viginti quatuor villas seu pagos in praedam verterint, et inde amplius tribus millibus animarum in captivitatem abduxerint; ex alia vero parte prope Canisam aliquot etiam villas invaserint, et magnum colonorum numerum abducere conati sint, et haud dubie abduxissent, nisi a militibus nostris impediti, repulsi et fugati fuissent; quos adhuc minime quieturos credimus, quandoquidem eos quotidie congregari, et ad vastandos fines nostros accingi, assidui rumores circumferuntur. — Quae cum aliena sint tam a verbo serenissimi Turcarum imperatoris, qui nobis ut ex supradictis magnitudinis suae litteris constat, tamdiu inducias observandas promisit, quoad vos rebus apud magnitudinem ejus confectis, vel infectis ad nos reversuri essetis, quam ab omni aequitate et ratione, ac publica consuetudine, cum difficulter et nequaquam libere ac utiliter de pace et amicitia tractari possit, si nulla armorum suspensio intercedat; nos vero tanta integritate ac diligentia illas nostra ex parte observare studeamus, et istam candidam voluntatem, curam et diligentiam nostram bis etiam, dum serenissimus Turcarum imperator bello Persico implicitus ab hiis finibus longissime abfuit, satis superque re ipsa comprobaverimus: proinde vobis benigne mandamus, ut hiis omnibus coram magnitudine ejus, vel passis ejus ordine ac diligenter expositis, instetis et operam detis, quod magnitudo ejus citra omnem moram seria et firmissima mandata dare velit ad quoscunque suos passas, beglerbegos, sancziakos, capitaneos, officiales, milites et subditos in confiniis

Digitized by Google

his existentes, ut sese ab omni injuria et hostilitate fidelibus subditis et militibus nostris inferenda contineant, pacifice ac quiete vivant, atque ut illi, qui inducias violare ausi fuerint, debitas poenas persolvant, id quod nostra quoque ex parte diligenter admodum curavimus, ac deinceps quoque curaturi sumus. — Quidquid igitur in his effeceritis, vestrum erit operam dare, ut primo quoque tempore cognoscamus. In quibus omnibus exequemini bene gratam, et expressam voluntatem nostram benigne erga vos recognoscendam — Datum in civitate nostra Vienna die XXVII. mensis Martii anno domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p. Ad mandatum regiae majestatis proprium J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LXIII.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

1556.mar.27. Reverendo devoto, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Quinque-ecclesiensi, Francisco Zay de Chemor, et Augerio a Busbecke, nostris consiliariis, et oratoribus ad serenissimum Turcarum imperatorem ablegatis. Constantinopolim cito, cito, cito.

Verancsics kezével: Perceptae prima Maji, 1556.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende devote, magnifice, et nobilis, fideles nobis dilecti. — [Intellexistis haud dubie satis clare, et dilucide ex instructione, quam tibi Augerio, novissime hinc ad excelsam portam serenissimi ac poten-

Digitized by Google

tissimi Turcarum imperatoris proficiscenti, dederamus, ut ad illius praescriptum cum magnitudine ejus pacem vel inducias fovere studeretis, graves et arduas illius rationes, propter quas voluntati et desiderio magnitudinis ejus de restitutone Transsylvaniae hactenus satisfacere nequiverimus, nempe quod illas regni partes nequaquam in contumeliam ipsius serenissimi ac potentissimi Turcarum imperatoris occupaverimus, immo easdem neque vi, nec dolo illustri condam serenissimi regis Joannis filio eripuerimus, sed nobis multoties et maxima cum instantia a serenissima regina Isabella, et fratre condam Georgio, ac Petro Petrowyth oblatas, uti membrum regni Hungariae optimo jure receperimus, reservata et salva pensione, quae antea serenissimo Turcarum imperatori annuatim inde solvi ac praestari consueverat, ipsaque serenissima regina, ejusque illustri filio aliis bonis possessionariis, ac reditibus annuis majori ex parte contentatis, collatis etiam ei duobus amplissimis et luculentissimis ducatibus; quibus nos simul una cum Transsylvania carere, futurum esset ab omni aequitate alienissimum, praesertim dum residuum quoque, quod illis adhuc vigore tractatuum initorum debetur, nos soluturos et ita illos contentaturos, obtulerimus, quod nunquam sint reditum in Transsylvaniam desideraturi; quibus rationibus et impedimentis illud quoque accessit, quod nobis, ut vero ac legitimo Hungariae regi, nequaquam licuerit provinciam illam semel receptam sine fidelium nostrorum ordinum ac statuum regni Hungariae scitu atque consensu tanquam membrum a corpore avellere atque alienare, cum quibus ea de re propter brevitatem spatii nobis ad respondendum praescripti, et absentiam nostram

Digitized by Google

neutiquam mature deliberare potuerimus, sicut absque aliorum quoque principum christianorum et regnorum provinciarumque nostrarum scitu, consilio et consensu, quibus in hac parte adstricti et obligati simus, in hujusmodi petitam cessionem et alienationem Transsylvaniae salvo honore, dignitate atque existimatione nostra, consentire nequiverimus. Eas sane causas et rationes non dubitamus vos pro solita vestra fide, diligentia et industria serenissimo Turcarum imperatori vel magnitudinis suae passis et consiliariis ordine ac diligenter exposuisse, nostraque mandata, quoad ejus fieri potuit, omni studio perfecisse. Quae rationes et causae cum tales sint, ut merito magnitudinem ejus ad concedendam nobis dictam provinciam jam dudum permovere debuissent, nosque pridem optatum a vobis responsum expectassemus, et plane credidissemus, serenissimum imperatorem Turcarum consideraturum fuisse, quam longe decentius et laudabilius foret magnitudini ejus, a nobis primo Christianitatis rege, quam a foemina et puero pro Transsylvania annuam pensionem recipere: hactenus tamen nihil plane, quid egeritis, aut in quo statu negotia versentur, cognoscere potuimus. Quoniam autem rem longius, quam opinio nostra erat, extrahi videmus, aliud non possumus suspicari, quam quod necquicquam eorum, quae nos facturos recepimus, aliquid momenti, seu ponderis apud serenissimum Turcarum imperatorem et magnitudinis suae passas habuerint, sed magnitudinem ejus in pristina sententia et voluntate efflagitandi Transsylvaniam, perseverare. Caeterum de hac potentissimi Turcarum imperatoris perseverantia nonmodo ex mora responsi, sed aliis quoque diversis indiciis conjecturam fecimus, ut eo imprimis,

Digitized by Google

quod Petrus Petrowyth jam Transsylvaniam, ad recipiendum loco et nomine illustris filii serenissimi quondam regis Joannis, illius possessionem, ingressus sit, quem possemus quidem, Deo propitio, una cum complicibus et adhaerentibus suis coercere, loca ac fortalitia nostra tutari, si armis et vi rem gerere vellemus, hoc maxime tempore, quo et nos divina benignitate in sacro Romano imperio tam in rebus profanis, quam ad sacram religionem nostram pertinentibus, publicam pacem fecimus, et inter sacram caesaream, et catholicam majestatem, fratrem et dominum nostrum charissimum, serenissimumque Hispaniarum, et Angliae regem, fratrem ac nepotem nostrum charissimum, ac regem Franciae christianissimum inducias firmatas esse constat. Sed quia nuper ordines atque status Transsylvaniae, missis ad nos solennibus nunciis, humiliter nobis supplicaverunt, ut pro securitate et tranquillitate provinciae illius benigne concedere dignaremnr, quod ad fidem et obedientiam praefati condam regis Joannis filii redire, et in ea juxta voluntatem serenissimi Turcarum imperatoris manere possent, videnturque ab ineundis nobiscum hoc nomine novis tractatibus non alieni tam illustris ille puer, quam serenissima ejus mater, serenissimo quoque rege Poloniae filio et consanguineo nostro charissimo operam suam interponente: nos sane ut majorem sanguinis humani jacturam caveremus, et magnitudini ejus nunc etiam manifestum, testatumque faceremus, quod eodem adhuc sincero et candido animo in magnitudinem ejus simus, quo antehac fuimus, et idem studium ad firmandam, stabiliendamque cum magnitudine ejus pacem et bonam amicitiam geramus, quod antea saepius non obscuris argumen-

Digitized by Google

tis magnitudo ejus perspicere potuit, praecipue dum magnitudo ejus expeditione Persica occupata fuit, ubi scilicet, ut aliquid ab amicitia alienum ageremus, non potuimus, vel pulcherrima rei bene gerendae occasione oblata, induci, vel injuriis aut violentiis permoveri, quibus tum etiam, uti hodie adhuc faciunt magnitudinis suae passae, sanziaki, officiales et milites contra magnitudinis suae mandata, fines, subditos ac milites nostros afficiebant, eos subinde infestantes et ad arma provocantes, arcesque et loca nostra clam et aperte oppugnantes et intercipientes, novas munitiones erigentes, et mille denique modis inducias violantes. Ob has causas, et imprimis in honorem serenissimi Turcarum imperatoris, non obstantibus supra dictis rationibus, quae diversum nobis suadere videbantur, supplicationi praefatorum statuum ac ordinum partium regni Transsylvaniae gratiose annuimus, in eventum, quo serenissimus Turcarum imperator pristinam voluntatem suam non permittendi nobis Transsylvaniam, adhuc retineret, eamque omnino postularet. Proinde vobis benigne, et expresse committimus, ut quod temporis, loci et personarum qualitas tulerit, apud magnitudinem ejus vel passas ejus ulterius pro permittenda nobis Transsylvania sub annua pensione instetis, ostendentes, quod cum magnitudo illius antea magnam sibi injuriam et contumeliam illatam putet, quod eam provinciam ex manibus reginae Isabellae, ejusque filii, ac fratris condam Georgii, nec non Petri Petrowyth receperimus, nunc magnitudini illius e diverso summae laudi fore, si eandem provinciam, sibi a regnicolis restitutam, nobis e manu sua liberaliter concesserit; inculcantes subinde, quod reginae Isabellae filius non audebit Transsylvaniam ingredi,

Digitized by Google

praesertim, cum adhuc fortalitia potiora a nobis teneantur,, et quod nulla sit fides habenda a magnitudine ejus Petro Petrowyth,qui homo levis, inconstans et perjurus non reginae Isabellae, aut filii ejus, nec ipsius serenissimi Turcarum imperatoris honorem aut commodum quaerat. sed privatam utilitatem sectetur, omnesque vias sit initurus, exemplo fratris Georgii, ut deceptis et imperatore Turcarum et regina Isabella, ejusque filio, ipse solus sibi dominium Transsylvaniae vendicet, quemadmodum et nos, accepta a nobis arce Munkach, deceperit, fidemque nobis et juramento datam atque promissam, et litteris reversalibus firmatam solverit. Sin autem serenissimus et potentissimus imperator Turcarum nulla ratione, vel modo ad permittendam nobis Transsylvaniae pacificam possessionem adduci poterit, nihilominus pacem vel inducias honestas cum magnitudine illius renovare et firmare, ac de Transsylvania cum serenissima regina Isabella, ejusque illustri filio benevole et paterne concordare parati sumus, dummodo de reliquis omnibus regni nostri Hungariae partibus, civitatibus, oppidis et arcibus, quae ad praesens in potestate nostra sunt, a magnitudine illius nihil nobis negotii vel difficultatis moveatur, sed pax vel induciae tam horum locorum, quam eorum, quae in regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae, terra marique possidemus, et caeterorum quorumlibet regnorum ac provinciarum nostrarum occasione firmentur et observentur. Quocirca si frustra omnia proponi et tractari de Transsylvania videbuntur, concedimus vobis clementer, immo volumus et benigne atque expresse committimus, ut in illum eventum apud magnitudinem ejus, vel illustrem Hruztanum passam, de cujus pristina erga nos benevo-

Digitized by Google

lentia, et ad publicam pacem propensione, summaque auctoritate multum nobis pollicemur, enitamini et elaboretis, tanquam ex vobis ipsis proponentes, ut magnitudo illius, habita ratione sinceri et candidi animi nostri, quo in magnitudinem illius, ut manifestum est, affecti sumus, saltem pro iis locis, quae adhuc in Transsylvania tenemus, vel si nec ista ullo pacto obtineri possint, saltem pro caeteris dominiis, oppidis, castris, arcibus et locis, eorundemque redditibus et proventibus, quae in Hungaria, Dalmatia, Croatia et Sclavonia, terra marique non ipsi modo tenemus, sed subditi quoque nostri cujuscunque status et ordinis tenent, perinde ac caeterorum regnorum et provinciarum occasione, pacis vel induciarum aliquot annos, honestis et tolerabilibus conditionibus, sub honesto etiam honorario munere, quotannis magnitudini ejus et passis suis pendendo nobiscum ineat, ut tandem non frustra nos magnitudinis suae amicitiam expetivisse sentiamus, et sic vel etiam miseri subditi et coloni aliquando respirare et ab injuriis belli liberati, otio, quiete et securitate frui queant, prout magnitudinem ejus pro bono et commodo puplico ad praecavendam ac vitandam majorem humani sanguinis jacturam, ac pro regni Hungariae quiete et respiratione, causa dissensionis jam sublata, Transsylvania nimirum a nobis dimissa, in renovanda et firmanda nobiscum pace atque amicitia a nobis tanto animi candore expetita, nihil amplius difficultatis moturam esse confidimus. Quidquid igitur in hac parte per vos actum et conclusum erit, id nobis ratum gratumque fore pollicemur, de quibus omnibus ut primo quoque tempore certiores reddamur, clementer admodum a vobis postulamus.] Exequemini enim in his

Digitized by Google

bene gratam atque expressam voluntatem nostram, clementer erga vos recognoscendam. — Datum in civitate nostra Vienna die XXVII. mensis Martii anno Domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LXIV.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

Reverendo devoto, magnifico, ac nobili, fidelibus 1556. jun. 15.
nobis dilectis Antonio Verancio episcopo Quinque-ecclesiensi, Francisco Zay de Chemor et Augerio a Busbecke, nostris consiliariis et oratoribus ad serenissimum Turcarum imperatorem ablegatis. Constantinopoli, cito, citius, citissime.

Verancsics kezével: Receptae 9. Julii 1556. Constantinopoli.

Ferdinandus, divina favente clementia, Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende, magnifice, ac nobilis fideles, nobis dilecti. — [Acceptis litteris vestris, quas tabellarius noster Ladislaus Zabo nobis attulit, cognovimus quo ordine et modo commissionem vobis datam de offerenda isthic coram imperatore Turcarum et passis ejus Transsylvaniae restitutione, reginae Isabellae facienda, quatenus nobis residua Hungariae parte pacifice dimissa, pax vel induciae concedantur, aggressi atque executi sitis, in qua quidem re, cum omnia so-

Digitized by Google

lita vos fide, diligentia et industria egisse perspexerimus, merito actionem illam vestram clementer laudamus ac probamus, una cum his omnibus, quae in litteris vestris humiliter ac fideliter nobis suggessistis. Cum igitur jam imperatori Turcarum ad litteras suas responderimus, affirmantes, vos ea, quae de Transsylvaniae remissione isthic proposuistis, jussu et voluntate nostra dixisse, ac insuper etiam ad vos mandata dederimus, ut coeptum tractatum ad finem optatum perducere studeretis, sicuti ab exemplis earum litterarum nostrarum cognoscere poteritis: visum est operae pretium fore, ut illae litterae, in quibus dicta mandata nostra continentur, ita attemperarentur, ut eas etiam, quando opus erit, proferre et ipsi Turcarum imperatori vel passis ejus ostendere possetis, in hanc vero epistolam, clam vobis reddendam, secretiora jussa nostra conjicerentur. Primum autem est, quod tametsi nos quoque suspicemur, imperatorem Turcarum ex quo jam medio passarum suorum omnes regni nostri Hungariae reliquias propter Transsylvaniam a nobis intempestiva rebellium nostrorum defectione alienatam flagitare coepit, idem sub involucre verborum illorum, ubi scribit omnia ea reginae Isabellae filio se contulisse, quaecunque potenti suo gladio debellata et subacta patri ejus olim dederat, innuere ac imprimis tacite etiam Cassoviam, Julam, Varadinum et reliqua loca in Hungaria extra Transsylvaniam existentia requirere, nos tamen concessionem nostram ad solam Transsylvaniam restrinximus, quasi ea de sola Transsylvania intelligeremus, et Transsylvania remissa nulla Hungariae loca a nobis exigi crederemus, quandoquidem nihil eorum, quae extra Transsylvaniam in manibus nostris sunt, dimittere vel cedere intendimus,

Digitized by Google

sed ea omni conatu obnixe ope divina retinere contendemus. Quando ergo ad tractatum aliquem deventum fuerit, meminisse horum debebitis, nec loca illa utpote Cassovia, Jula, Varadinum et caetera quae in illis sunt partibus, extra Transsylvaniam sita, Transsylvaniae nomine comprehendantur, sed in potestate nostra deinceps quoque sub nomine Hungariae dimittantur, et hac conditione salva, omnes rationes, vias et modos inibitis, quibus aut perpetuam pacem, aut inducias ad decem vel octo vel tot annos, quot obtineri poterunt, perficiatis et concludatis.

Quodsi hic aliqua difficultas inciderit de regnicolis extra Transsylvaniam in Hungaria existentibus, qui a nobis desciverunt, et Turcae petituri essent, ex quo illi sese jam ad fidem atque obedientiam reginae Isabellae filii, vel imperatoris Turcarum contulissent, ut illi in eadem pacifice dimitterentur: tum respondeatis idem, quod de Jula, Varadino, Cassovia ac caeteris locis extra Transsylvaniam existentibus superius vobis perscripsimus. Attamen poteritis tanquam ex vobis polliceri, si hoc illi postulaverint, quod conclusa pace et induciis, propter amicitiam et benevolentiam ipsius Turcarum imperatoris capitibus illorum haud dubie parsuri, eosque rursus in gratiam recepturi simus. Verum de hac re non est, quod aliquid ultro offeratis, nisi illi rem istam in controversiam et tractatum essent adducturi.

Quod autem ad pensionem muneris honorarii attinet, de qua vos scribitis, spem exiguam esse, quod imperator Turcarum vel minorem quam solitam triginta millium aureorum ducatorum sit acceptaturus, vel superioribus annis pendi intermissam, nobis sit condonaturus. Cum igitur hac etiam in parte expres-

Digitized by Google

sum mandatum requirere videamini, benigne vobis committimus, quodsi hac via rem transigi posse putaveritis, non solum triginta millia ducatorum aureorum annue nostro nomine offerre, sed gradatim usque ad quinquaginta millia etiam ascendere possitis, quin immo si spes esset firmam pacem vel inducias pecuniis conseqnendi, centum millibus etiam ducatorum non debebitis rem infectam deserere, ita tamen ut imperatori Turcarum inde octuaginta millia cedant, Hruztano pussae decem millia, et reliqua decem millia inter caeteros passas, atque officiales Turcarum imperatoris, quibus dare oportebit, dividantur. Neque necesse erit, quod fateamini, vos tantae largitionis facultatem habere, sed quinquaginta millium finem vobis esse praescriptum, de reliquo vos tanquam consiliarios et oratores nostros polliceri, quod pecunia ejus causa, tractatus vestros non simus habituri irritos.

Sed quoad intermissam pensionem, si illa posceretur, respondere poteritis, quod intermissio illa pensionis nobis adscribi nequeat, ex quo induciae illae quinquennales nostra ex parte minime violatae fuerint, atque nos haud gravatim illam posteriori quoque biennio ad cameram magnitudinis suae missuros fuisse, si noh essemus quarto ipso pacis anno a finitimis Turcis contra pacem armis petiti, atque ad bellum necessario provocati. Utcunque tamen se res habeat, si nobis intra illas et has novissimas inducias non fuissent tot arces per insidias et aperto marte ereptae, tot incursiones in ditionem nostram non factae, neque tot millia animarum abducta, nos sine negotio illa quoque duorum ultimorum annorum munera daturos fuisse et adhuc daturos esse, si interceptae arces nobis restitutae fuerint.

Digitized by Google

Et quia alteris litteris nostris ad vos datis, jubemus benevolentiam imperatoris Turcarum captare, a domus suae otomanicae gloria et aliis argumentis ibidem deductis, subjungendo: si magnitudo illius nullam eorum rationem esset habitura, quod etiam nos ad suscipiendam justam ditionis nostrae defensionem cogeremur, vestrae erit prudentiae, ea ipsa argumenta postea inter tractandum vel amplificare vel minuere. Si namque loci, temporis et personarum circumstantiae hoc admitterent, existimaremus, non incommode adjungi posse, quod magnitudo ejus cogitare queat, amplissimas monarchias, quales Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum et Romanorum, atque aliae olim fuere, cum alia de caussa tum vel maxime, quod mole sua laborassent, corruisse atque interiisse, et quod principes divina benignitate divinisque beneficiis non contenti, prosperisque successibus elati, dum se ad majora, etiam si in altissimis constituti sint, attollere conantur, saepius a Deo Optimo Maximoque, domino dominorum et rege regum subito praecipitati fuerunt. Haec autem noluimus alteris litteris inserere, ne si forte aut passae litteras resignarent, aut vobis redditas referre juberent, offensi duriore hujusmodi commemoratione, qua gens illa est superbia et barbarie, omnem tractatuum progressum interturbarent atque convellerent. Vos igitur ex his reponite vel reticete quaecunque proponenda vel reticenda videbuntur.

Praeterea, ne ignari quoque sitis eorum, quae hic interea inter nos et passam Budensem aguntur, duximus vobis cum praesentibus etiam exempla esse transmittenda litterarum illarum, quas ille per dictum Ladislaum ad nos dedit et nos illi respondimus, et quid demum ei per proprium quoque nuncium nunci-

Digitized by Google

averimus, ut huc quoque actionem vestram accommodare queatis.

Postremo dum in hac deliberatione nostra versaremur, supervenerunt etiam litterae vestrae de 9-na (quarum binae erant), item de 17-ma ac 28-va Aprilis, nec non de 1-ma Maji proxime praeteriti (prout priorum quoque nullas interceptas fuisse vel alias periisse credimus). Et licet istae omnes praeter postremas datae fuerint antequam animum nostrum de remissione Transsylvaniae accepissetis, tamen quia illa, quae in eis continentur, magna et accurata consideratione sunt digna, et ad tractatus, quos cum eunucho isto vafro in futurum habebimus, non parum nobis videntur allatura momenti; ideo non absque causa gratissima nobis extitere. Quoniam autem nihil etiam attulerunt, cujus causa quidpiam eorum, quae ad imperatorem Turcarum et ad vos scribere decrevimus, immutandum censeamus, habebatisque jam antea et instructiones et litteras, quibus vos subinde de voluntate nostra informavimus, ideo in praesentiarum non est quod ad easdem modo rescribamus, sed caetera, quae hic praevidere non possumus, ad fidem et industriam vestram, atque etiam instantias vestras, quatenus ad praesentem rerum statum commodae fuerint, benigne rejicimus], volumusque vos scire, quod in praemissis omnibus exequuturi sitis bene gratam atque expressam voluntatem nostram, clementer erga vos recognoscendam. — Datum in civitate nostra Vienna die XV. mensis Junii, anno Domini MDLVI, regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXXI. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

LXV.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

Reverendo, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis, 1556 aug. 15.
dilectis Antonio Verancio, episcopo Quinqueecclesiensi, Francisco Zay de Chemor et Augerio a Busbecke, nostris consiliariis et oratoribus apud serenissimum Turcarum imperatorem existentibus. Constantinopolim cito, cito, cito.

Verancsics kezével: Perceptae 2. Octobris 1556.

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex, semper augustus.

Reverende, magnifice, ac nobilis, fideles nobis dilecti. — [Posteaquam hinc dimisimus chiausium, qui praeterito mense Junio cum Ladislao Zabo et Turcarum principis litteris ad nos venerat, cum responso nostro magnitudini ejus dato, allatae sunt nobis paucis diebus post ternae litterae vestrae de 13-tia, 16-ta et 18-va Maji datae, supplentes ea, quae priores vestrae per supranominatum tabellarium nostrum nobis redditae, propter loci et temporis incommoditatem capere non poterant; nunc vero alias a vobis accepimus, quas nimirum de 29-na Maji ad nos scripsistis. Quam quidem diligentiam et sedulitatem vestram benigno et grato animo laudamus et probamus; memores etiam futuri fidelis consilii vestri de mittendis posthac more solito per Budensem et Venetam viam

Digitized by Google

litteris, quandoquidem nulla alia mittendorum tabellarium ratio excogitari et inveniri potest. Caeterum loco responsi vobis clementer significamus, quod non levem spem conceperamus, Aly passam Budensem, sicuti et litterae vestrae, et alia plura indicia et argumenta nobis videbantur polliceri, tractatus pacis vel induciarum nobiscum habiturum esse, simul atque provinciam sibi demandatam attigisset, praesertim cum etiam locumtenens ejus, Budae residens, ipsum hujus rei facultatem et mandatum habere asseruerit et ad observationem induciarum sese obtulerit, affirmando, excursiones eas, quas Turcae antea in ditionem nostram contra inducias fecerant, eo tempore a militibus Turcicis factas fuisse, quo Thoigon passae imperium fuit abrogatum, et illi passa seu rectore destituti libere et impune evagari potuerint, prout ipsemet quoque passa in litteris suis nobis ejus rei non vulgarem spem dederat; sed de his quae postea subsecuta sunt et quae adhuc in finibus geruntur, manifeste apparuit, illum voluisse verba dare nobis. Nam cum nuncium proprium ad eum deputassemus cum litteris, ut intelligeret, quod consilii sui rationem habuissemus et principi suo de Transsylvaniae et reliquarum in ea arcium remissione et cessione ad votum respondissemus, ipse qui jam antea oppidum et arcem nostram Zigeth obsederat, dictum nuncium nostrum non admisit, sed litteris nostris, quarum vobis etiam copiam fecimus, acceptis, eum e Buda ad nos remitti fecit, et postea in responso suo dissimulatis ac silentio praeteritis iis, quae de Transsylvania remittenda ei significavimus, nihil ad rem rescripsit, easque litteras querelis et ostentatione complevit, nec ab eo tempore, etiam si nos plures litteras ad ipsum dederimus, uni-

Digitized by Google

cum jota respondit, sed dictum oppidum et arcem nostram Zigeth omni conatu, quantum potuit, a die 11-ma Junii usque ad 22-am Julii vehementissime oppugnare perexit. Nam plures insultus et impressiones fecit, et tandem praesidiarios nostros ad deserendum oppidum, et solius arcis oppido ipsi adjunctae propugnationem compulit: quae desertio oppidi non fuit admodum violenta, sed spontanea quaedam loci pro paucitate praesidii nimis ampli cessio, et perierunt in ea ignibus suppositis et gravibus nostrorum eruptionibus multi Turcae. Porro hostis oppugnationis impetu inde in arcem converso, eam in tribus partibus vehementissime concussit et fossas lignis explere conatus est, ut e loco editiore facilius eos invaderet, quae nostri secundo combusserunt, hostisque institutum impediverunt; denique terra easdem fossas adeo implevit, quod in pluribus partibus aequus ad vallum accessus patuerit Verum Deo propitio, fideles illi milites nostri tam fortiter sese tutati sunt, quod hostis ipsis praevalere non potuerit. Cum itaque passam frustra saepius ab obsidione dehortati essemus, intelligentes quantum nobis et fidelibus nostris regnis atque provinciis in conservatione arcis illius situm esset, cognovissemusque Bosnensem passam cum sanziakis Herogmiense et Cliniense, aliisque nonnullis Turcis copias suas conjunxisse ut, praefato Aly passae ad arcem Zigeth suppetias ferrent, necesse habuimus copias nostras equestres et pedestres tam levioris quam gravioris armaturae, quae tum in promtu nobis erant, sub ductu spectabilis et magnifici, fidelis nostri comitis Thomae de Nadasd, per regnum nostrum Hungariae palatini, colligere, hisce mandatis, ut ipse pro temporis occasione, vel contra passam usque ad Zi-

Digitized by Google

geth pergeret vel locum aliquem Turcicum oppugnaret, cujus defendendi necessitate hostis obsidionem solvere cogeretur. Consilio itaque inito idem palatinus cum bano regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae comite Zriny ac Joanne Lenkovicz, generali finium nostrorum Croaticorum et Sclavonicorum capitaneo, Francisco Tahi agasonum nostrorum magistro, et peditum nostrorum germanorum supremo praefectoNicolao libero barone a Polweyler et baronibus Banfi, militibusque cujusque ductui subjectis nec non auxiliis, quae tam brevi temporis spatio ex Austria, Styria et Carinthia contraximus, ad decem millia hominum stipendiatorum ascendentibus, nec non gentibus levatitiis viciniorum regni nostri Hungariae comitatuum, Babolcsam versus castra movit, eamque 19-na Julii obsedit, ac postridie bombardis quatere coepit eo animo, ut hostem ab obsidione Zigethiensi removeret; nec defuit eventus consilio. Etenim passa cognito exercitus nostri adventu, remissis ad Quinque-Ecclesias majoribus tormentis, addita eis duorum sanziacorum comitiva, ipse cum exercitu, quem ad quindecim millia equitum, demta rusticorum turma, ascendisse ferunt, ad 22-am Julii sub Babolcsa in conspectu exercitus nostri adfuit; et ea ipsa die fluvium Rinnam transgressus, exercitum nostrum adorsus est, cujus trajectum milites nostri fortiter prohibentes, hostem bis ultra fluvium rejecerunt; postridie, quae fuit 23-a Julii, summo mane exercitu nostro in vallum arcis Babolcsae irrumpente, rursus coeptum est parvis praeliis dimicari, iisque magis ac magis invalescentibus, valde acriter utrinque pugnatum est. Habebant enim hostes in altera fluvii ripa opportuno loco dispositas quatuordecim bombardas tam majores, quam

Digitized by Google

campestres, quae in milites nostros hostem caedentes et ultra fluvium repellentes, emissae, non parum damni dederunt militibus nostris a fronte cum exercitu Aly passae a tergo cum Turcis, qui in Babolcsa erant, rem gerentibus. Itaque conciderunt utrobique multi strenui viri, divina tamen benignitate nostri in istiusmodi praeliis parvis superiores et victores extiterunt et circiter unam horam a meridie, collecto universim exercitu, cum omnibus impedimentis, bombardis, curribus et apparatibus bellicis, agmine non turbato sed composita acie et volitantibus vexillis, nullis imissis vel vexillis vel bombardis, imo quatuor vexillis ab hoste reportatis ex iniquo loco in tutum se receperunt, hostesque ad speciem quodammodo insequentes, strenue repulerunt, neque in recessu vel unicum hominem amiserunt, prout etiam post praefata praelia a Turcis ultra ducenta septuaginta capita Christianorum non reperta esse, ex illorum vero parte duplo et triplo plures occubuisse dicuntur. Passa autem dispositis ad Babolcsam, quae ad loci illius tutelam pertinent, exercitum suum rursus ad obsidionem arcis Zigeth reduxit, verum milites illi nostri praesidiarii trigesima die Julii, eductis ex arce bombardis, castra hostilia multis ictibus et aperto marte petiverunt, et Turcarum aliquot capita in oppidum et arcem retulerunt. Tandem passa nocte sequenti, soluta obsidione cum exercitu suo Quinque-Ecclesias retrocessit, quae quidem sinistra Aly passae instituta et conatus ostendunt eum plus de bello, quam pace nobiscum constituenda cogitare, id quod de caeteris quoque Turcis suspicamur, eosque hoc tempore ad ineundas nobiscum inducias non admodum propensos esse judicamus, colligentes id non solum a coeptis Aly passae, sed ex aliis quoque multis indiciis, praesertim conatibus Bosnensis

Digitized by Google

passae, qui interea dum haec gesta sunt, cum auxilio supra nominatorum duorum sanziacorum collecta valida Turcarum manu in Croatia ditionem nostram hostiliter invasit et arcem nostram Koztanovicz a castellano et praesidiariis ejus citra necessitatem debitam recepit. Unde postmodum evenit, quod alia etiam arx vicina Novigrad a suomet praesidio exusta et deserta fuerit, magno partium illarum nostrarum periculo et detrimento. Porro haec vobis in eum finem significamus, ut, si forte aliter vobis relata fuerint, vos rei veritatem teneatis et actionem vestram ad praesentem rerum statum accommodare sciatis. Nos sane etsi fidelium subditorum nostrorum defensioni et iis quae ad incolumitatem et securitatem eorum spectant, deinceps quoque deesse nequeamus, tamen imposterum etiam a pace vel induciis sub honestis ac tolerabilibus conditionibus ineundis non erimus alieni, et his, quae in proximis litteris nostris de remissione Transsylvaniae et arcium, quas in ea adhuc tenemus, serenissimo Turcarum imperatori polliciti sumus, constanter et sincere satisfaciemus. Etenim expedivimus hac de causa sub finem Junii ad serenissimum regem Poloniae, filium nostrum charissimum, reverendum fidelem nobis dilectum Joannem ab Ujlak, electum episcopum Tinninensem, consiliarium nostrum, postulantes a serenitate ejus, ut tanquam mediator, cujus fideli et filiali opera hactenus etiam in negotiis, contentationem serenissimae sororis ac illustris nepotis sui concernentibus, usi sumus, fidum aliquem suum et idoneum hominem in Transsylvaniam mittat, qui dictas arces ad manus tertias serenitatis suae recipiat, et deinde ad manus serenissimae reginae Isabellae et illustrissimi filii sui tradat, ita tamen, quod illi se-

Digitized by Google

renitatem ejus nomine nostro assecurent et promittant, quod Stephanus Dobo, Ladislaus V ss, Georgius Bochkay, ac reliqui omnes et singuli fideles nostri capitanei, servitores et milites in praedictis arcibus Transsylvanicis existentes, et etiam captivi, scilicet Dominicus Dobo, praefati Stephani frater, et caeteri quicunque fuerint, cum ipsorum uxoribus, liberis, familia ac bonis et rebus, atque etiam bombardis, munitionibus et adparatibus nostris bellicis tam Cibinii et in praefatis arcibus, quam alibi existentibus ex Transsylvania exire, ac ad nos libere ac pacifice venire a Petrowythio atque aliis permittantur; et ut dicti serenissima regina Isabella et filius ejus illustrissimus viceversa nonmodo reliqua omnia et singula oppida, castra et loca in Hungaria extra Transsylvaniam existentia, in manibus nostris relinquant, nec ullo unquam tempore per se, vel per alios ipsorum titulo, nomine et auspiciis occupari seu attentari faciant vel permittant, quin immo, si quae jam fuissent per rebelles nostros sub ipsorum nomine occupata, ea nobis plane reddi curent, in eaque nullo modo, colore aut praetextu sese ingerant, et insuper ducatum Oppoliensem et Ratiboriensem, caeteraque bona in Silesia habita, quae ipsis pro dote et recompensatione Transsylvaniae dederamus, ad manus nostras restituant; ac demum dictum quoque Petrum Petrowyth mandatis suis, vel quibuscunque modis inducant, ut ipse etiam arcem Munkach nobis, omni tergiversatione postposita, reddat, hac quoque conditione adjecta, ut episcopus Transsylvaniensis a fide et obedientia nobis debita non cogatur recedere vel ab episcopatu suo removeatur, sed si ibi residere voluerit, hoc ei tuto concedatur, salva tamen dicto reginae Isabellae

Digitized by Google

filio fidelitate et obedientia ejus episcopatus ratione praestanda; et similiter ut caeteri quoque nostri fideles, qui bona in Transsylvania tenent, iisdem non priventur, sed si ibi habitare voluerint, iisdem illos praesentes secure frui ac gaudere permittant, vel si maluerint, ea illos libere vendere, permutare et per quemcunque contractum alienare sinant. Quo facilius autem hinc inde restitutio fiat, tam arcium, bombardarum et reliquorum adparatuum, quam utriusque partis captivorum, siquidem etiam nos parati sumus illorum homines, qui apud nostros capti tenentur, liberos dimittere, paterne sumus hortati serenissimum regem Poloniae, ut non solum arces, verum etiam captivos nostros et bombardas ac adparatus bellicos per commissarium ad id deputandum ad manus suas recipiat et hos simul cum supradictis fidelibus nostris, eorumque uxoribus, liberis, familia, rebus et bonis in Transsylvania existentibus Cassoviam usque tuto et secure deduci faciat, quos posteaquam salve eo pervenisse cognitum erit, vicissim quoque dictis reginae Isabellae et illustri filio praefatae arces una cum captivis ipsorum, quos nostri tenent, statim restituantur: ad quae nondum quidem accepimus a serenissimo rege Poloniae responsum, verum tamen uti ex litteris praenominati episcopi et oratoris nostri cognovimus, serenitas ejus a postulatis nostris non aliena videtur]. Quae omnia vobis benigne significanda duximus, sumusque propensi vestras curas, molestias et labores, quos in diuturna et difficili ista legatione perfertis, erga vos singulos omni regiá nostra benignitate recognoscere. Datum in civitate nostra Vienna die XV. Augusti anno Domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p.

Digitized by Google

Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Postscripta : [Supervenerunt, adjunctis litteris nostris nondum prorsus absolutis, aliae a vobis ad 13-mam Junii et 1-mam proxime praeteriti mensis Julii datae, unde rursus cognovimus, quis tunc temporis apud vos rerum status erat et quae nobis pro solita fide vestra scribenda duxistis, ad quas non est, quod modo pluribus in hac appendice replicemus: cum haud dubie jam dudum litterae nostrae, quibus et Turcarum principi respondimus et vobis mentem nostram declaravimus, isthuc salvae pervenerint, et vos praesentem statum finium nostrorum ex istis litteris nostris abunde addiscere queatis; hoc solum annectendum censuimus, quod vos scire omnino necessarium credimus: nos fidelissimi et prudentissimi consilii vestri tam de confirmando Mosci et Russorum proposito, quam de propulsandis Turcarum injuriis et defendendis finibus nostris benignam rationem habituros, uti hactenus etiam habuimus, et sedulo operam daturos, ut pacem seu inducias, quas amicitiae et benevolentiae delatione hucusque nunquam potuimus, armis saltem tandem consequamur. Eam sane ob causam jam etiam charissimum filium nostrum, serenissimum principem, dominum Ferdinandum, archiducem Austriae, in expeditionem mittimus, qui divina ope ante finem hujus mensis hinc movebit, Deus Optimus Maximus dilectionem ejus rebus feliciter gestis salvam et incolumem nobis reducat. Quantum vero ad expensas vestras attinet, effecistis solita vestra diligentia, ut hac quoque in parte nihil in vobis studii aut fidei requiramus.

Digitized by Google

Itaque allatis litteris cambii, Scaramellis et pannos nuper ab eis acceptos et quidquid in futurum in pecuniis vel pannis vobis dederint, vicissim numerata pecunia Venetiis solvi curabimus, quemadmodum etiam hucusque nostro jussu fieri debuit, et factum esse plane credimus, nisi forte in novissima solutione quidpiam difficultatis emersisset, quod nobis nondum satis constat; erimus autem inclinati ipsis Scaramellis egregiam suam in nos voluntatem et studium alioquin etiam omni regia nostra benignitate recognoscere.] Datum ut in litteris. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LXVI.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek Ferdinánd király.

1556. oct. 9. Reverendo devoto, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis dilectis Antonio Verancio episcopo Quinqueecclesiensi, Francisco Zay de Chemor, ac Augerio a Busbecke, nostris consiliariis et oratoribus apud serenissimum Turcarum imperatorem existentibus. Constantinopolim, cito, cito, cito.

Verancsics kezével: Perceptae 5. Decembris 1556.

Ferdinandus divina favente clementia, Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende, magnifice, ac nobilis, fideles nobis dilecti! Gratissima quidem est nobis opera, cura et diligentia vestra, quam [tum in prioribus multis, tum etiam in novissimis litteris vestris ad diem 23. mensis Augusti non impigre vos praestitisse cognovimus, ut subinde de statu negotii vobis commissi certiores redderemur; verum e diverso id nobis cumprimis mo-

Digitized by Google

lestum accidit, eam esse temporis iniquitatem, quod vos tamdiu frustra laborasse et desudasse necessum fuerit, et quod eo quoque tempore, quo vestras litteras ad nos dedistis, nulla adhuc spes rei bene gerendae affulserit, adeoque ne veniam quoque redeundi, hactenus impetrare potueritis. Itaque propensi erimus, cum Deus vos (uti speramus) salvos atque incolumes reduxerit, digna vobis tot laborum, curarum et periculorum praemia retribuere, omnemque gratitudinem et benignitatem conferre, nec videmus quid aliud vobis nunc agendum sit, dum nullus fidelissimae et diligentissimae actionis vestrae fructus sperari potest, quam ut omnes rationes ac vias ineatis, quibus vos ex illa custodia extricare et ad nos redire queatis: quod ut primo quoque tempore divina ope perficiatis, pro nostra in vos benignitate vehementer desideramus. — Quantum vero ad ea attinet, de quibus nos fideliter humiliterque admonuistis, agnoscimus in his quoque vestram in nos fidem ac praeclarum studium, cum illa sint ejusmodi, quae ipsimet minime negligenda judicamus, prout etiam nequaquam a nobis negliguntur, aut segnius tractantur, quod partim proximae litterae nostrae, partim praesentes testatum vobis reddent. Nuperrime enim intellexistis, quid ad Babociam et quid ad Zigettum a militibus nostris Dei auxilio gestum sit, et quid denique cum serenissimo rege Poloniae per reverendum episcopum Tinniensem tractaverimus; nunc vero scire debebitis, quod serenissimum filium nostrum archiducem Ferdinandum, uti nos facturos scripsimus, cum justo exercitu Canisiam versus expediveramus; qui cum aliquamdiu isthic castra habuisset, misit expeditam exercitus partem cum aliquot machinis murifra-

Digitized by Google

gis Korotnam versus, eumque locum ex improviso Dei ope aggressus expugnavit; quo exemplo territi Turcae qui Babociam tenuerunt, arcem eam deseruerunt et incenderunt, ac paulo post aliae quoque illorum locorum arces, nempe: Sellie, Geresgal, Sancti Laurentii et Sancti Jacobi cum nonnullis tormentis minoribus in potestatem nostram redactae sunt, ita quod liberior saltem et tutior nunc ad Zigettum aditus patefactus fuerit. Ipse serenissimus filius noster Chorgoiam castra posuit, ut hostium conatus, qui duce Aly passa conjunctis etiam Bossnensis et Themesiensis passarum copiis, non procul a Zigetto consederunt, divino auxilio reprimat, et quae ex usu nostro ac regnorum et provinciarum nostrarum futura videntur, contra illos suscipiat. Ex altera Danubii parte exercitus noster rem contra rebelles nostros prospere quidem initio gesserat, captis arcibus Tarc, Kyoynar et Naghida, aliisque nonnullis castellis non magni nominis. Postquam vero arcem Georgii Bebec, Kraznohora vocatam, obsidione cinctam oppugnaret, et pater ejus Franciscus Bebec, ascito Turcarum auxilio, suis suppetias venisset, praefectis nostris nec adventum illius nec hostium numerum satis exploratum habentibus, factum est, quod dum nostri milites, hoste semel atque iterum repulso, in tutiorem locum sese recipere vellent, propter penuriam et defectum jumentorum, cum quibus jam antea rustici profugerunt, et itineris seu viarum illarum alpestrium summam difficultatem, decem vel duodecim bombardae amissae fuerint, exercitus tamen ipse non magnam et nullam pene accepit cladem, siquidem se in tutum recepit, et jam iterum contra rebelles movit, operam daturus, ut Deo favente, illis, si potuerit, vicem

Digitized by Google

reddat. Porro capitaneus etiam noster Iaurinensis Adamus Gallus non impigre suum officium fecit, non modo praeteritis mensibus ad Albam-Regalem excursione feliciter facta, cujus famam Constantinopolim quoque penetrasse audivimus, verum etiam nuper ad Strigonium oppidum re bene gesta. Ingressus namque ad 27-mam proxime praeteriti mensis Septembris ante lucem cum valida militum manu oppidum Strigoniense, quo noctis in silentio per Danubium devectus fuerat, circiter tercentos Turcas et ducentos Rascianos, Turcarum stipendiatos, trucidavit, adeptisque spoliis amplissimis, tum paratae pecuniae et aliarum rerum, tum septingentorum boum et pecoris minoris bis mille capitum, nec non mulieribus et pueris abductis, caeteris vero rebus ac mercibus, quae auferri non poterant, una cum oppido funditus combusto, salvus et incolumis ad locum stationis suae rediit. Interea autem neque nos hic otiosi dormitamus. Nam (quod Deus Optimus Maximus nobis pro divini nominis sui gloria et universae Christianitatis commodo faustum et felix esse velit) omni cogitatione, omni studio, et omni denique conatu nostro incumbimus iis consiliis et rationibus, quae ad defensionem ac salutem regnorum et provinciarum nostrarum pertinent, sperantes, nos ad id propositum nostrum non solum a regnis et provinciis nostris, verum etiam ab ordinibus sacri imperii amplissima auxilia consecuturos, quibus ad annum insequentem hosti viriliter resistamus. Ad legationem autem episcopi Tinniensis: frustrati sumus ea spe, quam de optato responso consequendo conceperamus, quod regina Isabella cum filio praeseferat de postulatis nostris aequissimis et honestissimis, quae in novissimis litteris nostris vo-

Digitized by Google

bis exposuimus, nihil plane statuere velle prius, quam Transsylvaniam ingressa fuerit, et cum nonnullis regnicolis convenerit, quod se, affirmet, nec illis ignaris, nec sine voluntate ac scitu imperatoris Turcorum de tantis rebus quidpiam tractare vel concludere posse. Quo animo et qua integritate illi concordiam inter nos adjuturi, et publicam pacem ac tranquillitatem promoturi sint, ipsimet facile considerare potestis. Dedimus tamen iterum litteras ad serenissimum regem Poloniae, ut una nobiscum periculo Christianitatis obviam eat, et sororem atque nepotem ad saniora consilia deducere studeat, ne scilicet diutius tam honestis et aequis postulatis nostris refragentur, aut imprudenter cuivis confidentes, se ipsos et afflicti regni nostri Hungariae reliquias inextricabilibus aliquibus laqueis implicent. Interim etiam tradentur ad manus illorum arces Transsylvaniae, quas nos reddituros polliciti sumus. Id quod vos scire, necessarium fore duximus, quia non dubitamus, quin haec omnia longe secus isthic pro more hujus gentis circumferantur. Quod reliquum est, vos, si poteritis, in futurum etiam nos subinde de rebus omnibus certiores facere pergatis.] Exequuturi in eo bene gratam voluntatem nostram, omni regia nostra benignitate erga vos recognoscendam. Datum in civitate nostra Vienna die nona mensis Octobris anno Domini MDLVI. regnorum nostrorum, Romani XXVI. aliorum vero XXX. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae regiae majestatis proprium. J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

LXVII.

Singkhmoser Márknak Verancsics és Zay.

Verancius et Zay Marco Singkhmosero S.

Jan 4 Gratissimae nobis semper veniunt etiam brevissimae litterae dominationis tuae magnificae, et tametsi quandoque unum quiddam tantummodo addant ad locupletissimas regiae majestatis, illud tamen non suave solum, jucundumque nobis fit, sed etiam tantum animis nostris addicit solamen ac lumen aperit mentibus, ut nullae profecto sunt, ex quibus non aliquid assequimur, quo et firmiores simus in hac palaestra, et magis sapiamus.

Pro tanto itaque ejus erga nos officio, immo etiam beneficio gratias agimus immortales, rogamusque, ut his nos nullo tempore carere velit, quoties mittuntur regiae. Nec expetimus intima et quae prohibentur, sed ejusmodi, quae tuto liceat vel cuique scribere, dummodo semper aliquid; non ignara desideriorum absentium, qui quae vel in triviis gerantur domi, ea scire summae voluptati habent.

Nos si saepe non, et rarius et serius hoc eadem erga tuam dominationem magnificam officio fungamur, fit certe libertatis ac securitatis nostrae defectu, quo nequaquam tabellas multiplicare audemus. Qua etiam causa crebro prudentes committimus, ut quum unas et item alteras litteras simul ad majestatem regiam damus, easdem his quoque explemus et prope

Digitized by Google

infarcimus, quarum quidem magna pars longe interdum commodius, decentiusque ad amicos scriberetur quam ad principem. Quod criminis quum et agnoscamus et fateamur non inviti, tum certe majestatem regiam pro magnitudine suae majestatis clementer a nobis accepturam non dubitamus, ut qui summe etiam de minimis docere studeamus, tuam vero dominationem excusaturam confidimus, quae ipsam quoque aliquando tolerassae cognovimus. Freti alioqui ejus erga nos benevolentia, multo majora etiam, quam sit hoc, polliceri nobis de eadem non veremur.

Nunc jam ad binas ejus litteras, quas postremo nobis misit, ut pauca et familiariter respondeamus. Laetissimum supra quam dici possit, nuncium habuimus, quo nos tua magnifica dominatio de tot victoriis exercitus regiae majestatis, ductu prudenti, industrio, felicique ac fortunato serenissimi archiducis Ferdinandi domini nostri curavit tam amanter facere certiores, summisque precibus vota simul nuncupando, Deum Optimum Maximum oramus, ut eundem sic in posterum ab his primis bellicis ejus auspiciis tam faustis, omnique laudum celebritate dignissimis, gratia sua velit amplecti, augere et efficere, ut eum totus aliquando christianus orbis suspiciat.

Verum incolumitati illius maxime cavendum esse ducimus, his praesertim militaribus suis primordiis, et hac aetate juventutis, quae semper quum in summis viris, tum omnino in principibus ad obeundas urgendasque res praeclaras consuevit esse ardens et prompta, et eo tunc multo etiam ardentior ac promptior, quando jam rerum gerendarum initia consequuta sit fausta, fortunataque et gloriosa; et fatemur equidem, non esse nostram Minervam de his aut mo-

Digitized by Google

nere aut consulere. Sed quid? Filius principis est et is quidem rarus. Quumque et nos, qui ministri sumus, affectibus nostris non caremus, nec possumus illi non timere, cui, quum ob eam virtutem, quae jam ex eo amplissima latissime prospectat, tum quod tanto animo, tamque mature ac lubens pro salute et libertate gentis nostrae inceperit sese periculis objicere, bene velimus: non arbitramur ita nos intempestive isthaec attigisse, ut alienum vel a ratione rerum, vel a temporum praesentium conditione quippiam commiserimus. Tantum enim, tamque spectatum, et jam caesaris atque imperatoris filium hic inter tot firma Turcarum praesidia, illhic in mediis rebellium latibulis versari, locaque suspectae fidei cum castris peragrare, non est profecto leve negotium. Ut igitur anno proximo in inferiore Pannonia a Turcis defendenda non fuit sine Theseo et sine firmis viribus, ita certe et in superiore rebellibus eripienda sine simili comite, justoque exercitu haud quaquam esse debebit. Subditorum enim hostilitas quum sit alia certa, alia dubia, multo ea sane, quae fit ab hostibus, debet esse haberique tum suspectior, tum periculosior. Exorta enim a pravitate et perfidia, non a jure ipso legitimo, neque cum hoste nata, caret etiam virtute et justa audacia, ad dolosque recurrit. Contra quos haud dubie semper fuit opus, ut industria, ingenioque duplici, ita et vi et conatu, et armamento duplici. Ad quae si paulo diligentius ille quoque noster exercitus curam intendisset, qui hisdem in rebellium locis eodem tempore nonnihil minus commode exitum reportavit, non est dubitandum, quin eam etiam expeditionem victricem habuissemus, ut habuimus Zigetinam et Babochianam.

Digitized by Google

Crebro tamen usuvenire bella gerentibus consuevit, ut et vincant quandoque et vincantur. Et una sola consideratur ratio, qua quis vel vicerit vel victus fuerit. Apud nos duo interdum et non admodum raro committi solent. Parvarum copiarum divisio ac disjunctio, et stratagematum exploratorumque non magna studia. Quare si is quoque exercitus cum eo fuisset conjunctus, qui fuit apud Zigetum, quid non una profecissent? Eaque regni parte in libertatem vendicata, praesertim vero Quinqueecclesiarum urbe capta, admotaque Albae Regali formidine, quis futurum dubitasset, quod rebelles quoque ad saniorem mentem sine etiam hostis praesentia, vel sponte sua sese referre curavissent? Si praeterea idem exercitus copiam exploratorum habuisset, nequaquam dolis rebellium de adventu passae Budensis credidisset, locumque firmiter tenuisset, in quo solo dimicationis ejus tam diutinae et fortissime sustentatae victoria consistebat. Quibus de rebus etsi cuique loqui longe sit facilius quam praesenti experiri, clarum est tamen, quod si nostris peculiare esse posset, studiose uti dolis, vel (ut honestius dici solet) astutiis militaribus, quae sunt stratagemata, pollereque exploratorum irrequietis officiis, Deus bone! quid non a robore ac virtute Germanorum, a vi et fortitudine Bohemorum, ab animis demum et promptitudine Hungarorum speraretur?

Ac si vel a Turcis exempla de his sumere non pigebit. Quam longe a Constantinopoli in Europam, in Asiam, in Africam fines suos prolatos habeant, et tamen nulli fere dyvani eis praetereunt, quibus aut exploratores aut tabellarios non et emittant et recipiant, fitque studio et diligentia hujusmodi, ut pene quotidie, sive

Digitized by Google

domi in otio sive foris in bello agant, omnia intelligant, quaecunque et in suis provinciis et in regnis nostris gerantur. Nobis nulla cura, nulla impensa minor est. Quae tamen, quum et paratur bellum, et est jam initum, maxima omnium esse deberet iis, quibus victoria placet.

Paulo haec liberius cum tua dominatione, familiariter tamen et confidenter (ut cum amico) contulimus, idque non, quod isthic opus sit nostro consilio, nostris monitis (uti jam ante diximus), sed quoniam hic nonnisi solis dolis geruntur omnia, eorumque vectores ducesque exploratores sint, vellemus equidem sic et ducibus et militibns nostris hoc esse persuasum, ut ipsi quoque hostili cuneo, non tantum suo cuneo sed etiam malleo simul opposito, majore cura id genus telorum usurparent. Dolus enim an virtus, quis in hoste requirat? Et jam ab his ad alia.

De discessu sacrae majestatis caesareae in Hispanias, collato in majestatem regiam, fratrem suum, dominum et regem nostrum clementissimum imperio, in filium vero serenissimum regnis et provinciis suis reliquis, multi hic multa opinantur. Nos non aliud credimus, quam quod optimo et maximo consilio utrumque perfecerit, atque oramus Deum, ut etiam utrumque approbet, ac fortunet ejus consilium, et feliciter eo perducat, quo est institutum.

Caeterum nisi de pace oratores essemus, de bello aliquid dicere, ut ad amicum, non ommitteremus. Sed vix sane audemus.

Attamen si hic furens Hercules bellum forte fortuna maluerit, quam pacem, nullo certe opportuniore tempore bifariam invadi posset, quam hoc ipso, modo turbulenti quidam alii nostrae religionis principes in-

Digitized by Google

testinas turbas serere desinerent, causaeque praeter eas, quas ad majestatem regiam perscripsimus, nec paucae sunt, nec leves. Et mirum maxime est, quod latenti quadam sollicitudine rerum suarum aduri hac tempestate videatur. Quae etsi non omnino facile potest a quovis etiam intimo ejus homine, nedum a nobis, vel apprehendi vel exponi, est tamen non exiguum quiddam quo laboret. Ideo utinam omnium principum christianorum voluntates unum sentirent, unum saperent, unum denique vellent. Idque hoc potissimum tempore, quod eos invitat et occasiones praebet. Verum fortasse magis optanda quam speranda postulamus. At Gallo jam sedato et reducto ad officium, summus saltem pontifex inter tot filios reges non tumultuaretur. Cujus quidem motus eos omnes animos videntur hostibus restituere, quos imperatoris et Galli concordia demissos esse credebamus. Totus orbis ejus sanctitatem execratur. Sed his in aliud tempus dilatis, tua dominatio magnifica non gravabitur summa diligentia, quum amicis omnibus, quos scripserat salutis et reditus nostri teneri desiderio, tum etiam utriusque consilii dominis amplissimis nos commendare et in eorum gratia conservare. Sibi ea de nobis omnia firmiter pollicita, quae ab amantissimis sui cupere et expectare consuevit. Bene et felix valeat. Constantinopoli VIII. Januarii MDLVII.

Digitized by Google

LXVIII.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Ad majestatem regiam Verancius, Zay, nec non Augerius a Busbecke.

Quod initium erit praesentium litterarum: annum hunc novum sacratissimae vestrae regiae majestati et serenissimis liberis ejus, dominis nostris charissimis, laetum, faustum ac felicem precamur. Caeterum jam et November excessit et December, et nos adhuc haeremus Constantinopoli, apparetque non obscure, omnes rumores, qui paulo ante erant partim de dimissione cujuspiam aut quorumpiam ex nobis ad majestatem vestram, prorsus falsos et plane fictos fuisse. Nec jam vel minimum spei retinemus, fore, ut hinc moveamur, nisi si vel a majestate vestra vel ab ipsis hostibus novae aliquid rei in medium prodierit, cogemurque interim hic loci (velimus nolimns) in hunc modum nihil agentes, desidere, et parum etiam percipientes, quid ab hiis geratur. Nam rumores quum hoc etiam tempore et multi sint et diversi, ita aeque adeo iidem et contrarii sibi sunt et male cohaerentes, ut non facile dignoscere possimus, quibusnam credi et locum dare oporteret. Quamquam falli propterea nos non existimamus, quando hostes eo magis de bellis cogitare sentiamus, quo magis eos desiderium ac voluntatem pacis videamus simulare. 1557. január 8. és 10.

Igitur quicquid post ultimas litteras nostras XV. et XXII. Novembris datas de conatibus Turcicis colligere potuimus, his significandum duximus.

Digitized by Google

Et primum praeter multa, quae pariter vulgo foris de eventu pacis et de expeditione contra nos futura opinentur (uti etiam ante scripseramus), nos quanto majore diligentia verum indagamus, tanto sane magis eo adduci videmur, ut credamus, bellum hos et mari contra caesarem et terra contra vestram majestatem habituros, quod jam et publica murmura et apparatus minime segnes declarant, qui fiunt non solum in navali circa triremes, sed etiam in omnibus armamentariis tam principis quam passarum, expedientibus etiam reliquis omnibus impedimenta sua, et vasa et instrumenta omnia ad bellum necessaria, transmissa etiam cura in Asiam, comparandorum jumentorum gratia oneribus ferendis. Nec videntur quasi secus posse facere, quam movere quippiam belli; si et injuriarum superiori aestate mari acceptarum meminerint, quibus quidem gravissime lancinantur, quotiescunque in mentem veniant, et rebelles nolint indefensos relinquere, a quibus fere quotidie litteris ac nunciis sollicitantur, ut se contra vestram majestatem tueri velint. Quum ad haec et repulsione a Zigeto et demum aliis damnis, quae postea quoque in diversis locis ab exercitu vestrae majestatis acceperunt, maxime vero apud Strigonium. Cujus casum adeo hic supprimendum passae curaverunt, ne populi turbarentur, ut eum ne nos quoque certo prius cognoscere potuerimus, quam perlatae sunt a majestate vestra litterae.

Etsi igitur omnia videamus bello esse similia, nihil tamen etiamnum affirmare possumus, cujus rationis bellum sit futurum, ducetur ne ab ipsomet principe, an ab aliquo satraparum et in quas partes potissimum. De quo quum certiora prodibunt et ad nos

Digitized by Google

pervenerint, sedulo cuncta significabimus, tametsi non admodum ea nos praestaturos confidimus, quae et res ipsa postularet, et nos ipsi magnopere vellemus, quamdiu aberimus a curia; verum hoc etiam statu non remittimus industriam, curantes omni studio, ut ex hominum amicorum et fidelium officiis quotidie aliquid assequamur. Et celari vel ad mensem ferme unum et medium minime poterit, quicquid de ratione belli decernetur, quia tunc et gregarii militis incipient fervere apparatus et secundum exibit belli edictum, quod fit (ut ajunt) Februario, si bellum esse debebit, quum jam primum initio Decembris Adrianopoli promulgatum fuisse accepimus. Sunt qui dicant: Non esse hanc promulgationem magni faciendam. Morem genti esse, quotannis hujusmodi edictis uti, quo et finitimis sint formidini et ne ipsamet quoque nimis a bello tuta, solutaque ejus cogitationibus, armorum etiam studium posthabeat. Hortantur itaque ad spem retinendam, quod res posset alium adhuc sortiri exitum Deo propitio. Verum (quod sit nostri judicii) nos sane nescimus, quid pacati ab hoc hoste polliceri nobis debeamus, si et in sententia, omnibus bonis et honestis rationibus inexpugnabilis, perdurat, et apparatibus minime jam occultis tam firmiter vacat atque insistat. Quum et mores, qui sint illi, quemque et animum et fidem erga majestatem vestram vel ab hac triennali legatione conceperit gesseritque, et modo etiam gerat gratia partim hominum perditorum, partim augmento suae tyrannidis, non ignoret; in solis sane armis post divinam opem (putamus) omnem fiduciam collocasse tutissimum fore, postquam omni conatu reliquo frustrati sumus.

De classe vero. De omni quidem et cura et stu-

Digitized by Google

dio praeparatur, fietque numero quo maximo poterit per maritimas hujus principis vires, nisi nos et privati amici et publicus sermo et etiam nostra ratio seducat. Proxime enim lustrato navali, et triremibus opera amicorum recensitis, non multo plures 160 sunt numeratae, e quibus, rejectis emeritis et ineptis jam ad navigandum, vix tandem 100 emitti poterunt, quanquam de 80 etiam et de 125 et de 130 vulgo dubitent. Quas quidem omnes (demptis 35, hoc anno a carina fabricatis) ex veteribus, hisque jam toties cum fluctibus colluctatis refecerunt. His autem quaecunque postea accesserint, erunt Rhodienses, Tripolitanae, Alexandrinae et quae custodiae maritimarum regionum autumno superiore foris relictae fuerant, cum pyraticis reliquis. Adeo quod ad 150 triremes, cum biremibus, jam nunc galleottas vulgo vocari coeptas, si accesserint, omnes maritimi eorum conatus hoc tantum numero constabunt. Nam et paucissimas habent satis firmas triremes et remigibus illas aegerrime instruere consueverunt, primum ob nauticae sortis hominum non sufficientem copiam ad justam classem, deinde quod provincialis plebes ad hoc lecta ministerium, quicunque ex ea polleat pecunia et fautoribus, omnes fere etiam duplo ac triplo stipendio redimunt se ab injuria remigii. Humiliores vero et qui vi corripiuntur, inutiles haberi solent, ut qui nec artem nauticam didicere in Mediterraneis, nec tam subito insueto labori accommodare se valeant. Quum captivos ex ergastulis non adhibent, nisi quando major necessitas ingruit et poscit subitus casus, ut accidit anno proximo ob triremes nostras, quae in ipsum ferme Hellespontum invectae sunt improviso. Et arbitramur hoc etiam sic futurum propter majorem apparatum.

Digitized by Google

Accepimus nempe, esse huic principi in Africa apud Algierum et Bugiam, inibique aliis in locis aliquot millia captivorum, quos fertur remigio addixisse futurae classis; proque illis huc advehendis, ubi primum hyems nonnihil remiserit et aperuerit navigationem, praefectum quendam Ulucaly nominatum designasse cum 20 triremibus. Quod si, ut est dictum, consequentur, aliis etiam litteris nostris meminerimus, quo de earum profectione trierarchi nostrae classis edocti, observent latrunculos et in eis, Deo comite, experiantur fortunam.

Tota autem classis hostilis quonam potissimum sit vim suam illatura, etsi de Melita et insulis Balearibus dicta fuisse nonnulla intelligamus, quasi expeditionem imperatoris nostri sacratissimi ab Algiero remotura, si eo navigasset, uti nunciatum est a Durgutto passis, nulla tamen certa ratio adhuc reddi potest, etiam quod de Melita non sit ambigendum conditione sui situs et viciniae hostilis causa, qua nullo tempore satis videtur posse esse secura. Nos tamen his locis multo magis timendum esse arbitramur, quae nondum nominentur; eaque simul ac exierit, et aliquid consequemur, perscribemus diligenter. Opera interim et studio non intermisso, ut aliquid cognoscamus etiam antea. Sed de classe, terrestrique apparatu hactenus.

Jam de fame Adrianopolitana, quae et certa et satis valida, idque non solum victus humani sed etiam pabuli jumentorum, cujus causa remissae sunt huc omnium familiae minores et equorum greges, et spahiis etiam, caeterisque omnibus ordinibus militaribus, praeterquam praetorianis facultas data domum, aut quocunque magis libuerit digredi, ubi minore penuria laborabunt.

Digitized by Google

Hanc autem famem adeo nunciant esse seriam, ut contentione panis apud pistores sua pecunia obtinendi quotidie multi homines opprimerentur multis verberibus et nonnullos etiam exanimatos fuisse constat. Unde quoniam hujusmodi casus tumultusque latius procedebant, dum inedia vulgi vix eam moram sustinere posse videbatur, quae conficeret et excoqueret panes, quin etiam irrumpentes in pistorum aedes alii in artoptis nondum subactae massae, alii in furnis semicoctis panibus vim afferre cogerentur, publici ministri omnibus tam pistoribus quam cujuscunque alterius generis annonae dominis praefecti sunt, quo et distributio cum ratione fierit, et prohiberentur rapinae ac rixae.

Mandatum insuper ministris, ne cuippiam largirentur abundantius quam quod uni sat in diem foret, idque etiam intra modum, quo vel sola inedia vitaretur, satietatis cura omissa, interim dum frumentum alicunde incepisset augeri.

Illud quoque edicto imperatum, ut et passae et cadylescheri, caterique primores universi, et quibus essent in propinquo praedia, servitiorumque et jumentorum haberent facultatem, sua opera externam annonam curarent invehendam, et se et suos alere. Urbana nonnisi in cives et in hos conferretur, qui opibus et hiis carerent commoditatibus.

Multo sunt plura quae de hac fame referri possent, sed consulendum brevitati visum, et ea contrahere, duobus non praetermissis, quae consideratione iis putavimus esse non indigna, qui et judicant et solliciti sunt de istorum expeditione.

Unum est, quod non solum Thracia, in qua est Adrianopolis, fame hujusmodi obsidetur, sed etiam

Digitized by Google

omnes ei adjacentes hinc et inde regiones, metusque publicus est, eam et diuturniorem et latiorem in hunc annum fore quam exacto fuerit. Id autem ex eo, quod ubique feruntur agricolae sementem alieno fecisse tempore et minus rite solitaque diligentia exaratis atque excultis agris. Nimis enim valida diuque pertinaci siccitate impeditis arationis temporibus et omnino expectatione imbrium inaniter praetermissis, integri ferme autumni successere pluviae, pluviis vero hiemis nives et frigora. Sic novalibus justa cultura destitutis, alii tumultuarie omni spe proventus sorti commissa jecere semina, alii ne id quidem potuere ob sementem panis inopia adhuc superiori fame consumptam.

Alterum vero. Quia Constantinopolis quoque non sua sed illatitia annona victitet, nutriaturque hinc Ponti et Bithyniae, illhinc Aegypti et Graeciae fructibus, quum sit vel veterum scriptorum testimonio, nedum nostri saeculi hominum judicio sterile solum Thracia: attamen ipsa etiam coacta est hoc anno Constantinopolis Adrianopolim sustentare, non mediocri suo incommodo, quod nunquam antea a primordio Turcicae dominationis in Europa memorant populi ejus accidisse, remque (?) illi non ita multo post metuunt victus caritatem, quam alioqui etiam solus Aquilo paulo diuturnior soleat quandoque ad inediam redigere; et palam omnes demirantur, quonam hic princeps animo, quave ratione sit hac tempestate bellum terrestre gesturus. Qui tamen adhuc non remittit pertinaciam, nec perferre potest, quod omnibus ejus tum optatis tum imperatis non a majestate vestra mos geratur suo arbitratu, perinde ac novus quispiam Sennacherib Assyrius. At pergat in ferocia, ut furori suo libeat, postquam pacem nolit. Forsitan

Digitized by Google

Deus jam ejus blasphemias et arrogantiam contra se pertaesus, rem sit acturus christianam et vestrae majestatis, isque trahetur fatis suis ad extrema, quemadmodum et Sennacherib Assyrium tunc demum corripuere sua, quando ultra omnem modum humanae superbiae tumefactus, et Deum vivum, Deum Ezechiae coepit contemnere et se omnipotentem esse credere.

Verum Turca torqueat se et minetur quantum velit, nunquam tamen vel ab ipsis initiis dominationis suae fuit ullo bello minor, magisque imparatus et sollicitus rerum suarum, quam hoc erit, si illud suscipiet, et causas, praeter caeteras, quatuor invenimus praecipuas, nec illas quidem vel obscuras, vel exiguas, quae magnam illi virium partem videntur esse detracturae: Maritima expeditio, Persae inquies, Sarmatici motus et domestici metus, qui sunt ex filiis. Nam haud dubie et imperium domi erit ei custodiendum, non exiguo praesidio, et inhibendus Persa, resque maris non leviter neque segniter tractandae, et succurrendum sociis Tartaris, qui alioquin bello Hungarico vix ei adesse poterunt, nisi etiam nunc ab imminentibus Moschovitis tuebuntur.

Non ad haec defuturae sunt graves etiam remorae. Instans primum necessitas rei frumentariae et futurae suspicio; tum militaris detrectatio belli ob jam ferme septenne a perducta in controversiam Transsylvania consumptum tempus in expeditionibus, et ob impendia incommodaque ac jacturas proxime apud Persas acceptas. A quibus necdum se se refecisse lamentantur, seduloque etiam, nec id quidem occulte, et pro pace nostra Deum exorantes, et conviciando principi, morosi et insani senis nominibus

Digitized by Google

perstricto, quod nulla, more majorum, vacatione militibus consuleret, urgeretque intempestiva bella.

Non perinde mediocriter omnium et primorum et communium hominum animi consternantur ob res anno proximo tam mari, quam etiam terra tot locis improspere gestas, idque eo magis, quod portenta praecessere, quorum eventus (ut sunt maxime superstitionibus Turcae dediti) omnes vel ex his tam adversis successibus in se et in fortunam suam vertunt, finem jam eorum appropinquare dictitantes. Unde mulieres etiam, conjunx et filia, (nunc rerum Turcicarum moderatrices) sumptis sibi firmioribus argumentis ad amovendum eum a sententia belli, in hoc omne studium consumunt, suadentes, id si haud quaquam fieri possit, saltem legatis illud permittat, ipse se domi contineat, dum et portentorum minae praetereant et siquid illi portendere videbuntur, id potius domi, quam foris exciperet, minus in hunc modum et dominationem ejus accepturam detrimentum et jacturam facturus honos.

Quae, quum sic nobis ab amicis referantur, audimusque etiam vulgo, et videantur aliquid in se habere, quod ad majorem rerum nostrarum faciat rationem, visum est eadem paulo prolixius describere, non quod pax non debeat esse omnibus modis et aliquanto gravioribus potior, cui certe nos omnes nostros sensus, omnes conatus, omne studium praecipue adhibemus uti semper adhibuimus, sed in eum eventum si omnino bellum constitisset. Quod revera poterit adhuc divina providentia facile intermitti, uti potentium principum etiam in ipsa rerum actionumque eruptione voluntates ad mutanda consilia semper sunt in manu gratia meliorum. Quae mutatio

Digitized by Google

si evenerit, in hac etiam re praesenti nihil oberit, (arbitramur) pluribus isthaec indicasse. Sin secus, multum etiam proderit ad confirmandos militum ac ducum nostrorum animos, hostium vires et difficultates praescivisse habereque exploratas.

Caeterum si hostes bellum hoc (quod avertat Deus) omnino gerere contra nos voluerint, quanquam hoc adhuc tempore nequeat facile affirmari, quasnam in partes, quaeve in loca haud dubie signa sunt prolaturi, quantumvis etiam nunc opinione vulgari recepta (uti Turcarum feritas ante etiam tempus consuevit esse jactabunda) per omnium ora volitet Viennae nomen, nos tamen Agriam et eum superiorum partium tractum, Danubio Tibiscoque interjectum, veremur petituros, quo et Joannis filii statum hac recente ejus restitutione constituant, et rebelliones infidelium vestrae majestatis confirment, fidelium vero excitandas curent. Hisque ex animi sententia confectis, (quod illis Deus non concedat) sic demum tot Viennae hinc et inde obsessis propugnaculis et perinde ac lacertis accisis, ineant de illius oppugnatione rationes. Haec de hoc nostra est conjectura, quicquid tamen in posterum, plane quod verum erit, assequemur, impigre significabimus. Et jam ad litteras vestrae majestatis, quae 9. Octobris datae, 5. Decembris fuere nobis redditae.

Dici profecto non potest, quantum in hoc loco nulla in parte laeto, non laetati duntaxat sumus, sed etiam exultaverimus, rem serenissimo archiduci Ferdinando, auspiciis vestrae sacratissimae majestatis, tam contra Turcas quam etiam contra rebelles prospere feliciterque successisse, et precamur Deum Optimum Maximum, ut tantae virtuti eam etiam fortunam,

Digitized by Google

hoc est gratiam suam adjungat, qua semper, cum vixerit, floreat victoriis, quum augmento generis sui felicis atque augusti, tum totius reipublicae Christianae reparationi, salutique et tutelae.

Ubi vero majestas vestra benignissime nobis hinc nos tandem extricandi concessit facultatem, gratias habemus humillimas et immortales, uti domino et regi nostro clementissimo, fatemurque, eam nobis summe et laetam et gratam venisse, sed non tam nostra quidem ipsorum causa, quam certe rerum et commodorum vestrae majestatis, quum fortasse multo minus hac in pace obtinenda fuisset laboratum, si aut in hanc, veluti nassam quandam non decidissemus, aut ea nos celerius extricassemus. Quia si hostes tamdiu nos in potestate sua non detinuissent, quos (insani) veluti quoddam magnum pacis hujus ac salutis libertatisque Hungariae depositum habere sese existimant, (quasi nos homunculi ii revera essemus, nec vitas potius nostras auderemus exuere, quam ut Hungaria nostri causa vel mediocre detrimentum acciperet) sperassemus, quantum pro judicio nostro, ex his quae quotidie cernimus, quod et hanc pacem minus morari praesumpsissent, nec tam insolenter fuissent in induciis debacchati. Quamquam nunc pacem venditant carius, certe tunc leviore foro concessissent, quando aequius utrobique alligata retinaculis, minore essent illius et spe et potestate.

Haec tamen acta sunt. Verum etsi nos petitioni dimissionis nostrae non leve dudum fundamentum posuerimus, quemadmodum jam ex quaternis fere postremis litteris nostris potuerit majestas vestra clementer perspexisse, quibus haud dubie non praetermittemus etiam inposterum succisivis occasionibus

Digitized by Google

semper aliquid superstruere, ne videamur nobis esse dissimiles, consilium tamen est, id pedetentim eo modo facere, quo jam antea perscripsimus, identidem pacis voluntate significata, donec ad easdem litteras aliquid a majestate vestra per hanc hiemem recipiamus. A qua nonnihil pendere nos necessum esse duximus, quousque adhuc vel semel admoneretur hostis pacis, si sic forte majestas vestra decrevisset. Alioqui quaecunque nobis mandata ad postremum de ultimis rebus dare dignabitur, ea summa fide, summaque constantia ac studio diligenti, domino Deo adjutore, exequemur, si modo ad agendum denuo nos prodire aliquando patientur. Quia etsi in caeteris sic habeamur, ut ad hoc tempus habiti sumus, egregie tamen detinemur, quasi a quibus aliqua usura speraretur.

Ad serenissimum Poloniae regem quod attinet. Ejus majestatem fuisse monitam, ut rem tandem Christianam velit cum majestate vestra capessere, arbitramur id optime fuisse factum, ut quod summe necessarium erat. Quum illud etiam committi non deberet, ut regnum tam pium, tamque affine regnis vestrarum majestatum pestes Hungariae educaret et emitteret. Porro si alii quidam principes christiani (quos non nominamus) christianam quietem, non probando sane consilio perturbare et libertatem ac salutem etiam ejus in discrimen adducere non vereantur: cur majestas illius regis tam potentis adhuc connivet ad occidentis prope jam Hungariae mala, quum in eodem cum majestate vestra limine constitutus etiam in eadem navi consultius ante a longo venientia tela providere et mutuis vicinorum, affiniumque regum conatibus excipere, quam tunc ad ea nequicquam ocu-

Digitized by Google

los aperire incipere, quando jam ictum in pupillam factura evitari nequibunt. Faxit Deus, ut consilia vestrae majestatis et approbet et sequatur.

Quae vero alia sunt. Hic princeps (ut est affirmatum diebus proximis) Constantinopolim redire decrevit, sed prius 15. dierum venatione expleta in locis Jamboly nuncupatis et circum amnem Tumzam interfluentem Adrianopolim, sub Aemo monte sitis, eamque venationem sic ducturum ajunt, ut a 21. Decembris, qua dicitur movisse Adrianopoli, ultima praefati numeri Constantinopolim regrediatur. Ubi quum aderit, speramus omnia certius constatura.

Interim tamen quod ad summam praesentium rerum videtur attinere, ut ea multa paucis complectamur, procul dubio unum affirmare, quod solide esset verum, nequaquam audemus tuto. Hoc enim tempore, ut dies quaelibet prodit cum suis rumoribus, ita et varia et multiplicia sunt, quae vel vulgo jactantur ab omnibus, vel secreto a paucis. Et dum hunc in modum de bello contra nos futuro multa firmiter asseverentur et de eodem non futuro multa, apparatus tamen incepta sedulitate procedunt, et calent, et significatio belli multa est. Quod quidem nos humillime dixisse voluimus, ne quid temere de his et intempestive perferremus. Posse enim et illud fieri, ut dicti apparatus, pro Turcarum more, qui fuco omnes res gerere soleant, in Persam tandem convertantur, sed quoniam ipsa natura consueti sunt dolis, et hos plerumque fallere consueverunt, qui eis credunt et fidunt, salutare erit iis omni tempore, quorum interest, esse paratis.

Non praetermittemus aliqua etiam de Durguttho pyrata addere, quem nuper obiisse rumor

Digitized by Google

hanc urbem pervaserat. Sed falso. Oppidum enim quoddam inter Mauros profectus oppugnatum, letale vulnus acceperat, verum ubi frustra aliquot diebus vexasset idem oppidum, destitit; inde reversus Tripolim et curato vulnere, fecit hos certiores: sacratissimum imperatorem nostrum certo expeditionem in Algierum maximam parare, (uti supra etiam attigimus) stimuloque hujusmodi gravissime puncti, ipsi quoque apparatum suae classis majore sollicitudine urgere ad finem et de tutela rerum africanarum magis cogitare coeperunt.

Et quod postremum erit, de Persae quoque motibus subjiciemus, qui solum nondum sunt extincti, sed etiam indies jam novi cujusdam Muztaphae exortu videntur magis ac magis excitari. Recens perlatum est, apud Zichos, nunc Circassos appellatos, gentem ponticam, Colchisque et Iberis, qui sunt Giorgiani, conterminam, hunc ipsum Muztapham esse suscitatum. Nec id quidem rumore levi, sed ex legato Babyloniorum, quem nunciant venisse Adrianopolim ad hunc principem. Nam quum ejusdem Muztaphae mater ex genere Circassorum fuerit oriunda, autumant hunc esse quempiam ex agnatis veri Muztaphae, qui ulturus necem consanguinei, (sic his initiis dicitur) ad id erupit audaciae. Verum quicunque ille sit et unde genus duxerit, constabit melius postea. Nunc tamen hoc habetur: magnis jam eum hoc nomine provincialium suorum conflatis viribus, cum Persa etiam societatem iniisse, et Syrvanum oppidum, ejusdem nominis provinciae metropolim, quae est (uti nos ex Turcarum sententia colligimus) in Media Atropatia, occupasse, erat enim in hujus principis potestate, et perrecturum inceptis, constanti animo nunciant. Quo facile cernitur, huic ipsi principi non immerito viven-

Digitized by Google

tes filios esse formidandos, cui jam parricidii poenam etiam sepulti minitentur, et miratur universa mationis hujus multitudo, quinam Pythones hunc Muztapham toties ab inferis revocare inceperint. De quo tametsi proxima quoque non aestate modo, sed etiam autumno, fuerint in hac civitate rumores, eos tamen nos perscribere ad majestatem vestram non satis animi habuimus, ut quae nimis frivola esse putabamus; at jam latius sese diffundentibus et nitentibus testimonio, simodo vero, judicavimus etiam oportere, ut majestati vestrae constarent, postquam et illud diceretur, eam Asiae partem non exiguos in hunc principem tumultus parturire, brevique etiam erupturos et valituros plurimum, Muztaphae hujus accessione ad Persam. De cujus exortu et si magna cum asseveratione sentiant et loquantur multi, nos tamen adhuc dubii sumus, ut qui verum fieri longe prae ceteris optaremus. Posse enim facile accidere, ut id commenti ab iis confictum, effusumque fuisset in publicum, qui hunc principem a sententia belli hoc tempore gerendi deducere conantur. Quod non admodum ambigue dicitur de Hruztano et mulieribus ante memoratis, quorum maxime id conari interest, primum, ut dum hic princeps vivit et quidem in otio, ac procul a periculis domi, ipsi regnent, ut regnant, et vitae consulant; deinde si eundem decedere contingeret, et illum ei successorem arbitratu suo reponerent, cujus beneficio gratitudinis securi et regnare et vita frui continuarent. Nam ex duobus filiis, ut alii alium expectant in paternum locum, ita et mater et cognatus, qui soli fere nunc rerum Turcicarum potiuntur, non carent suis studiis in alterutrum. Similes de his et voces et judicia audimus. Verum adhuc restat, quod

Digitized by Google

et de Muztapha, Persaque nondum sane domito, et de caeteris omnibus aliis veriora firmioraque cognoscemus.

Interim tamen si nos hic diutius morari etiam in posterum nonnihil contigerit, et majestas vestra cursorem aliquem ad hos mittendum dignabitur decernere, optime factu fore existimaremus, si antequam terra idem cursor expediretur, via nos Veneta de omnibus, quae agenda forent, gratiose edoceremur. Quia nobis in curia non existentibus, litteris haud dubio cursori clanculario traditis, casum timeremus, haeque si forte fortuna interciderent, plurimum sane et haereremus et laboraremus, quum vix fieri possit, ut in tot cursorum excussionibus haedem litterae semper incolumes evadant.

Sed ad haec illud etiam scitu vestrae majestatis non erit alienum. Globos enim ac pulveres bombardicos, resque munitionum alias, quas diebus superioribus significaveramus, hostes septem circiter triremibus Budam misisse, ea omnia apud Varnam Ponti civitatem deponi mandarant, eo consilio, ut illhinc exacto brumae tempore, curribus Selistriam, quod oppidum ad Istrum situm est, inde vero flumine navigiis subveherentur. Nunc hoc mutato consilio, quanam causa, nescimus, eadem tamen huc reportari simul cum sumptibus ad Helciarios datis commisere. Interdixereque similiter, quum nominatim janizeris, ne ad principis filios transirent, tum etiam omnibus utriusque freti Propontidis vectoribus, ne caeteros quoque cujusvis ordinis homines, vitam stipendiis agentes, in Asiam transmittant, quod complures hinc ad memoratos filios, illinc ad Persam quoque ex omni fere ordine conferre sese perceperant, quemadmodum,

Digitized by Google

et haec et de revocatis munitionibus eo ex homine accepimus, cui hactenus nihil frustra credidimus. Res autem hujusmodi quoniam ad discrimen de ratione belli faciendum, contra nos ne, an contra alios sit illud futurum, non exigua significatione videntur aliquid afferre. Quanquam adhuc tamen diligentius videbimus.

Et demum de Ulamma, quem Frater Georgius Heremita scelerate Lyppa emiserat, ac de Ducagino passa paulo ante Aegypti praefecto, de quo plura in Ahmatti passae obitu eramus prosequuti. Ambo superiore Decembre vita excesserunt, Ulamma in praefectura sua circiter kalendis ejus mensis morbo longiore oppressus, Ducaginus vero festis diebus nostri natalis non sine suspicione veneni raptim sublatus. Postquam enim ex provincia exauthoratus redierat, omni conatu operam dedit, ut denuo ad officium et dignitatem restitueretur. Itaque revocato ex Hungariae finibus beglerbego, et illi quinto vesiriatu promisso, Ducaginum placuit designare beglerbegum, et res tota Hruztano authore gerebatur. Verum die ipsa, qua Ducaginus pronunciatus est beglerbegus, ad Hruztanum post jam (ut dicunt) vespertinum crepusculum venit, gratias eidem non solum habiturus, sed etiam re laturus. Nam opulentissimum munus attulerat. Ibique expleta gratiarum ceremonia, subsequuta sunt etiam pocula. Quorum uno fortasse infelicius gustato, domum rediit aeger, decessitque in diem tertium. Sic secreto referunt. Pestem vulgo causantur. Ubi tam longarum literarum fine posito. Deus Optimus Maximus majestatem vestram unaque serenissimos liberos servet atque secundet. Datae Constantinopoli 8 Januarii MDLVII.

Digitized by Google

Post scripta. Ea die qua dictum erat nobis, principem hinc venatum profecturum, non est profectus ob nimias nives et magnitudinem insolitam hiemis, intra tamen paucos dies profecturum et huc Martio redituram ajunt, nihil omnino etiamnum opinione reditus ejus imminuta.

De obitu etiam Ducagini passae diversum narrant quam nos scripseramus. Die qua de dignitate beglerbegatus factus est certior, uxorem principis dona ad illum, vestes aureas XII, et epulas magnifice instructas misisse honoris gratia et gratitudinis suae argumenta. In quibus quum quiddam hausisset alienum ab epulis, ea adhuc ipsa die in vitalibus sensit malum, urbeque ea raptim in villam, quae non remote erat, ad sororem profectus, nocte insequenti decessit.

Relatum etiam secus est. Beglerbegum, quando ex bello rediit Adrianopolim, convenisse gratulatum, ibique quum una fuissent epulati, vixdum regressus domum, tormina circa cor sensisse, subitoque veneni suspicione perculsus, ad sororem se (ut supra diximus) proripuisse, atque ea nocte excessisse vita.

Quae autem causae illum sustulerint potissimum, non satis constat, quum plures referantur. In primis tamen adeptione successionis Otomanae dominationis merito veterum excellebat, et erat generis sui ultimus haeres. Magna etiam opum ac pecuniae in Aegypto contractae opinione pollebat. Quod quidem apud Turcas hominibus aeque consuevit esse periculosum, ac nota scelerum.

Affixum quoque, quod accepto nuncio de abrogatione provinciae et Ahmatti nece, cujus suffragio ean-

Digitized by Google

dem provinciam obtinuerat, tale quiddam in ira (morsu arrepto digito) effudisse turbulentius: se de iis suo quandoque ulturum tempore, quorum alterius imperio, alterius opera fuisset provincia deturbatus. Idque de principe et de Hruzthano passa intellectum, notatumque ab utroque.

Verum nec in morte defuit ei calumnia. Successorem ex Aegypto nunciasse: adeo se expilatam reperisse provinciam, ut eam summam pecuniae, quam intulerat ejus antecessor Ducaginus, nulla ratione poterit exigere, nisi funditus velit ipsam provinciam evertere. Quo artifex hujus tragoediae, Ahmathum quoque non injuria fuisse sublatum, visus est voluisse ostendere; isthaec tamen quomodocunque acciderunt et sese habeant, nequimus clarius scribere, quam vulgo referuntur. Quum ad haec nuptiarum quoque filiae Hruztani ambitus et beglerbegatus sollicitudo accesserit, factusque utriusque voti compos, idque eo fortasse facilius, ut celerius periret; quum et Hruztanus apud hunc principem potissimum parem habere formidet et beglerbegus curiae solutus molestiis (nam vesiriatus illi decretus fuerat) libertate foris in provincia frui maluerit, ambo videntur sibi una opera consulere voluisse; sed porrecti veneni causa uni soli Hruztano ascribitur, ubicunque et a quocunque porrectum fuerit, mirus est enim artifex rerum similium, ut qui telam ad finem perducere omnibus viribus et tota industria contendit, quam cum socru instituisse fertur. Haec pro correctione eorum, quae properantius in litteris scripseramus. Constantinopoli XVI. Januarii. MDLVII.

Digitized by Google

LXIX.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius regiae majestati.

1557. febr. 16. Quo statu sint in praesentia bellici hostium apparatus, nacti occasionem mittendarum litterarum, Ragusinorum opera nobis nondum usitata, paucis humillimeque vestram majestatem facimus certiorem. Classis enim eorum, quae est ex hoc portu exitura, ad summum pro communi, eaque constanti opinione, aut erit 100. aut 110. triremium. Remiges habebit ex Asiaticis, ex captivis, et e vagabundis homĩnibus, maritimarum rerum non ignaris, totumque in his (ajunt) constaturum robur, quae captivis vagabundisque instruentur, futuras tamen pauciores illis, quas complebunt Asiatici, homines Mediterranei, nauticae imperiti. Tanto autem studio ac sedulitate paratur, ut ab ejus opera ne ipsae quidem noctes ad quietem operariis concedantur, cui festinationi si pro incepta sollicitudine institerint, haud dubie citissime absolvetur, emitteturque (uti arbitrantur) tempestivius aliquanto quam annis superioribus; loca vero quaenam petere constituerit, etsi haudquaque adhuc vera notitia prodierit in opertum, Maltaque et Oranum in sermone haereat multitudinis, peritiores tamen, et ii, qui proprius praefectos maris versentur, sentiunt omnino littora potius Italiae infestatura. Urgeri principem hunc memoria primum injuriarum, quas duobus annis superioribus

Digitized by Google

triremes ejus ad Plumbinum, in Aege mari, et sub ipso Hellesponto acceperunt, deinde Gallo etiam occulte gratificaturum, ut ab urbe Roma obsidio divertatur. Hincque summum pontificem a pertinacia belli suscitati non recedere, ac ducem Alvam commentis tantum detinere, tempus mora extrahendo, quoad et Gallicus miles in Italiam descendat et classis Turcica prodeat. Eaque causa si quid in victoria exercitus ducis Alvae consistet, quod majestatum vestrarum, publicique status christiani e re foret, esse eandem victoriam maturandam, omnes hic vulgo videntur expetere, quicunque aerumnis et vastitati Christianitatis dolent, beneque precantur vestris majestatibus, eas solas christianae salutis ac libertatis vindices agnoscentes. De terrestri quoque apparatu aeque nunc etiam multa diversaque et invicem sibi contraria quotidie referuntur, nec adhuc plane quicquam pro comperto habetur, quod futurum certo affirmare possemus. Una ex parte grata atque optabilia summa cum confirmatione spargunt in publicum: desitum esse a consilio belli Hungarici et pacem nostram indubie futuram; caeterum ne principem quoque ipsum belli gerendi causa, usquam hoc anno profecturum, id jam firmissime esse constitutum, probarique duabus maxime rationibus: quod nec janizeris mense Januario, quum penderentur eis stipendia, sit denunciatum, ut se ad bellum pararent, nec census quidam ac lixae castrensibus ministeriis obeundis fuerint per Graeciam et Thraciam provincias imperati, quod utrumque ex usu pro eorum disciplina semper hoc ipso tempore fieri consuevit, quandocunque ipsemet princeps ad bellum proficiscitur. Nihil interim aliud praeterea curaturum quam incolumitatem et solatia. Quinta

Digitized by Google

enim decima die mensis instantis, quae fuit heri, certo tandem venatum ad eundem locum, Jambolii nuncupatum, de quo scripsimus etiam prioribus, iturum, eique venationi diebus 40. datis, Constantinopolim redituram, ubi duabus neptibus, altera ex filio Mehmet jam defuncto, altera ex filia Hruztano passae nupta, maritatis, in Asiam trajecturum, ibidem apud (ut quidam volunt) Prusam in Bithynia, ut vero alii, apud Magnesiam in Lydia, quo loco Zelimus ejus filius obtinet zangziachatum, nepotis ex eodem filio Zelimo circumcisionem celebraturus. Ignorarique omnino, quid acturus, quove postmodum illinc concessurus, nisi si jam Persiam territabit et Bithyniam, tanquam ex Thracia satis superque ad hoc tempus territasset Hungariam. Motus nempe Persae, atque exortus et progressus Muztaphae novi adeo jam videntur confirmari, ut hic nemo est ex omni hominum genere, qui hoc non credat, non de his loquatur, praebente rei testimonium etiam adventu quorundam ex Asia regulorum et legatorum, quos (ajunt) questum venisse aeque de Muztaphae ac de Persae violentiis. Quum praeter Gorgianos, Curthos et Babylonios, regulus etiam quidam primarius Mangrellorum (qui olim erant Colchi) cum trecentorum ferme hominum comitatu dicatur adventurus, questum et ipse, quod a Circassis sibi finitimis et cum Muztapha conjuratis, infestaretur.

Ex parte altera ipsos quoque terrestres apparatus, uti eos incepere, minus segniter urgent, et tametsi ipsum principem non profecturum ad bellum contra nos, omnino credi volunt, missurum tamen validiores copias, magno consensu omnes affirmant, loquunturque etiam de peculiaribus. Exituros cum his copiis passam Mehmettum nomine et Gracciae beglerbe-

Digitized by Google

ghum, qui hiemis etiam hujus initio ambo erant in Hungariam expediti, jussosque esse tam mature instructos et paratos fieri, ut cum primis herbis movere debeant, ac ne herbas ipsas quoque dent equis uno sedentes loco, sed pergendum nulla mora itinere retardato, quo rem quam celerrime aggredi possint, et offendant imparata destinata loca; causaque celeritatis hujusmodi mandata quoque ipsius Mehmetti nomine data jam fuisse ad Hungariae praesides et publicos reddituum curatores, ut ii Budam curent omnibus viribus commeatus convehendos, illi se ad bellum parent.

Versant etiam consilia (uti delatum est ad nos, non ab incerto homine) quanam ratione, quibusve insidiis et Zigettum et Agriam et caeteras arces finitimas tentabunt. Daturos nimirum omnem operam, ut Marcum Horvath praefectum Zigetti pertrahant in insidias per eruptiones, ad quas facilem, promtumque esse cognoverunt, quum non alia ratione eam arcem sperent sese capturos, quam hujusmodi; adeo illius viri virtuti tribuere videantur, ut eo incolumi Zigettum etiam viribus suis inexpugnabile esse arbitrentur. Quid igitur et cum Marco ipso et cum aliis ejus ordinis praefectis agendum erit, ne renoventur nobis exempla Matthiae Ally, Gregorii litterati et plurium aliorum, qui ante eos confidentius usi eruptionibus hujusmodi, miserrime perierunt, majestatis vestrae novit providentia. Huc nobis et illud adjicientibus, quod similiter ab amico accepimus, magni officii nomine, quandoquidem adhuc lateret et momenti videretur non esse contemnendi: nimirum proximis diebus fuisse Adrianopoli reginae ac ejus filii nuncios, et per eos exposuisse huic principi, Stephanum Dobo

Digitized by Google

nondum ex arcibus, quas postremo in potestate sua retinuerat, excessisse. Aliam esse praeterea Fogaras nominatam, omnium caeterarum ejus provinciae munitissimam, quae quum ad spectabilem et magnificum dominum palatinum pertineret, praefectique ejus nollent eis esse addicti, nisi fide simulata, nondum tutam vacuamque hostibus esse Transsylvaniam, et se una secum gravissime periclitari, in his enim arcibus magna haberi vestrae majestatis praesidia, nec aliter illa exigi posse, nisi magnitudinis ejus auxilio. Demum suarum ad id imbecillitate virium atque opum declarata, orasse summa instantia, ut eis sua potentia adesse velit, cujus auspiciis ipsam Transsylvaniam possiderent. Sic (ut idem amicus referebat) benignissime auditi, votis quoque non fuere frustrati. Rem mirifice principi placuisse, ut vel tunc optatam maxime, maximoque quaesitam studio, quando Petrus Petrowyth occupabat Transsylvaniam. Constituta enim causa dissidiorum in misera provincia, id solum videbatur opperiri, ut ea quandoque magis succenderentur atque erumperent, quo postea evocatus ad opitulandum ei parti, quae esset impotentior, praetextu protectionis hujusmodi, utrarumque tolleret libertatem, eaque potiretur provincia, exemplis prope jam infinitis. (Misera Christianorum quorundam coecitas.) Verum hunc maximo ex his, ad occasionem ultro sibi oblatam, erectum animo, et benevolentiae ostentatione eidem reginae ac filio omnem implorat am opem promisisse, futurumque ut Mehmet passa, Graeciaeque beglerbegus non jam in Hungariam sed in Transsylvaniam cum exercitu supramemorato proficiscantur.

Haec nos ad majestatem vestram sic scribere voluimus, ut sunt relata nobis, dubitantes alioqui satis in-

Digitized by Google

terim, an essent vera. Sed quia consideravimus esse possibilia, et ejusmodi, ex quibus grave posset incidere periculum reliquae Hungariae, si quempiam ex his casum, quo jam dudum sollicitamur, perciperet Transsylvania, scitu vestrae majestatis judicavimus esse non indigna. Quum ex his hostium versutiis, quibus non solum nobiset toti mundo, sed etiam aeque amicis ac inimicis tenebras offundere adnituntur, ne conatuum eorum vera consilia perspiciantur, magni nos cujuspiam mali fraudem erupturam etiam nunc haud dubie formidamus, quanquam fortasse minus ei (ut spe concepit) successuram, si divina providentia motus Asiatici procedent. Nam illud quoque recens allatum est, principem quendam religionis Muhametanae, Thycheillan appellatum et finitimum Persae, diem suum absque legitimo haerede obiisse, totumque regnum quod ei erat, eidem Persae, subditis consentientibus, testamento legasse, fuisseque jam profectum Persam ad regni memorati possessionem occupandam. Quod regnum ea ajunt pollere magnitudine, ut ex eo 40. millia hominum possit educere ad bellum. Non mediocris sane accessio, si veram esse constiterit.

Quicquid igitur hic fingit, quicquid simulat ac dissimulat, certe non videntur esse obscurae causae, cur hoc anno dicatur nolle ad bellum proficisci; de quo nunc supersedentes plura scribere, de nobis ipsis reliqua prosequemur, ut quo statu simus, ex nostris litteris constet vestrae majestati, ne rumoribus locus relinquatur, qui aliena forsitan a veritate perferunt. Nam ut libertati nostrae nihil est adhuc restitutum, ita nec angustiis diminutum, omnes alioqui incolumes, non alia de quopiam bono eventu spe sustentati, quam quae ex vulgari opinione ducatur, quum plane scire,

Digitized by Google

quid sit tandem successurum, existimemus, omnino esse impossibile. Et quoniam a discessu quoque principis hujus Adrianopolim nihil prorsus moliti sumus rerum gerendarum, quod ad nullam actionem admittimur, restat, ut humillime supplicemus, dignetur majestas vestra crebrius nos clementer de his instruere, quaecunque ad hanc nostram functionem pertinere videbuntur, ut si forte ab iis subito quopiam motu produceremur, cogeremurque ad aliqua proposita minime expectata, praescitaque raptim respondere, ad quae non essemus praeparati, non haereremus cum aliquo rei incommodo. Quamquam interim si ab eadem majestate vestra nihil novi mandati supervenerit, decretum sit, casu tali, in his consistere, quae postremo accepimus: verum ne quid ineptius committeremus erroris, quod facile casu posset evenire, edocti cupimus esse tempestive, furias enim et subitanea horum pavemus ingenia. Quum ad haec proxime etiam sit nunciatum nobis Adrianopoli, ante nobiscum passas nihil acturos, quam legati reginae venerint, qui jam quotidie dicuntur expectari. Quo tempore maxime nos id negotii habituros putamus. Esse itaque ad luctam praemuniti debemus etiam necessario. Nisi quid aliud novae voluntatis animum vestrae majestatis subierit ob istorum immodicam insolentiam. Deus majestatem vestram, serenissimosque liberos tueatur. Datae Constantinopoli 16 Februarii. MDLVII.

Digitized by Google

LXX.

Királyuknak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius regi suo.

Quae de adventu cujusdam reguli Mengrellorum ex Colchide, proximis litteris, opera Ragusinorum 16. Februarii datis, scripseramus, ea jam habemus certiora. Quandoquidem deductus a Trapezuntino zangziacho, postridie ejus diei, quo memoratas litteras dedimus, mari huc appulit. Caeterum reddituri de adventu et conditione ejus rationem, ne si forte celebriorem aliqua fama hinc ad nostras nationes extulisset, quam sit, quod sub nomine omnium Mengrellorum regis (appellatione hujusmodi recens fortasse usurpata) sit advectus, magnam cujuspiam potentiae existimationem putent aliqui huic hosti nostro accessisse, dignabitur majestas vestra scire, non alia posse de illo dici (ut paucis omnem rem complectamur) quam de quopiam Aegyptiorum rege, qui apud nos hodie Zinganorum nomen obtinuere. Hic enim tametsi satis (quod ajunt) latae terrae et magno populo praesit, nullis tamen opibus, nullis memorandis viribus pollet, et sese non aliter gerit, quam quispiam unus e populo. Omnibus enim, non tantum suis comitibus, qui sunt plebes rustica et silvestris turba, sed etiam quibuscunque aliis, qui se visunt, communis est expositus. Et nisi regis titulo uteretur, nemo crede- 1557. mart 1.

Digitized by Google

ret esse regem. Nullus ei est cultus domesticus, nullus gravitatis habitus, nulla servanda dignitatis ratio, summa duntaxat erga omnes facilitas. Quippe quum nostro etiam nomine quempiam e suis hominibus adduci ad nos curassemus, aliquid cognituri de illis regionibus, et id petitionis nostrae casu ad eum fuisset perlatum, jussit nobis responderi, se etiam esse christianum, et quod non tantum e suis quempiam ad nos mittere, sed etiam ipsemet venire paratus esset, modo ei facultas concederetur ab urbis hujus praeside, quandoquidem aeque ac nos, diligenti custodia servatur. Nec est quod addamus praeterea, quum vel ex hoc, quanti sit habendus, facile cognosci possit, qui suammet ipse attulerat legationem, nulla vi, nulla necessitate coactus, sed sola cupiditate, de Cercassis, populis sibi finitimis, ulciscendi, a quibus patrem ejus occisum fuisse referunt. Gesturus enim hac aestate contra eos bellum, parum viribus suis terrestribus adversus gentem sua multo fortiorem visus est confidere, nisi etiam navales habuerit. Quare opem triremium ab hoc principe petitum venisse dicitur, allato ei munere: patera, e pretiosa quadam gemma excisa, de cujus adhuc plane non constat nomine. Nam dudum redacta est sub sigillum hujus principis. Verum si quae vulgo dicuntur credi liceat, tanti splendoris eam esse ajunt, ut affatim praebeat lucem nocturnis tenebris. Scribere haec non fuissemus ausi, sed quia res est ejusmodi, de qua fiet fortassis etiam ab aliis mentio, nos quoque silentio eam praeterire noluimus.

Dictum est etiam, quod ad haec sui quoque sit facturus tributariam deditionem, a qua fuit immunis hactenus Nondum attamen constat, nec si consti-

Digitized by Google

terit, magni referet juxta ea, quae jam exposuimus. Quum sit regnum ejus et hominibus nulla ex parte felix, et ubertate terrae tenuissima. Suppelex enim, quam huc attulit secum, non alia est, quam cera vel sericum, praecipui sane fructus domestici soli. Ex quibus et passae sumturi sunt munera et ipsimet sumptus erunt, dum hic morabitur, quandoquidem hoc hominum genus nullum habeat nummi usum, nullam auri atque argenti facultatem, permutatione tantummodo rerum et mutuo domi victitant, et cum externis commercia tractant.

Verum quid sit tandem vel gratiarum vel beneficii pro tam pretiosa patera, et libertatis multo pretiosioris dispendio hic Mangrelus, nomine Dadian, relaturus, clarius postea videbitur, nunc vix eum triremes (quantum pro quorundam judicio) existimant hoc tempore impetraturum ob expeditionem classis, quae jam alio, de rebus longe magis huic principi importantibus, quam sunt Bosphoranorum ineptiae, destinata est, nisi si quas alterius generis naves ei concesserit, minores triremibus, sed aeque rostratas et idoneas bellis navalibus, ut sunt triremes. Quae quoniam ad nos pertineant minus, hic de his desinimus, et ad Gallum transimus.

A quo simili modo sub hoc tempus novus legatus Adrianopolim venit monsignor Della Vigna nuncupatus, successurusque Codognato, qui aeque dictus est triremes postulasse, ut Mengrellus, et quaedam de induciis cum suo rege factis, non staturas scilicet firmas recepisse. Quod tamen adhuc hic nemo videtur velle credere, donec certius vel de firmitate vel de imbecillitate earundem induciarum non constiterit. Qua causa ne nos quoque pluribus utemur in praesen-

Digitized by Google

tia, de his ea jam perscripturi, quae cum proximis etiam attigerimus, postea tamen ab amicis facta sunt nobis confirmatiora. Proxime enim quum ex iis unus principis hujus non postremus dapifer et probatae nobis amicitiae homo convenisset nos, Adrianopoli rediens, ut saepe solet, quando est quod scit ad res nostras attinere, retulit cautissime, perque omnia religionis suae sacra dejurando: vim horum totam in eo jam et animorum et consiliorum versari intendique, ut occasione, qua accersuntur in Transsylvaniam reliquorum praesidiorum vestrae majestatis, ex ea provincia exigendorum causa, eodem commode et quiddam quasi aliud acturi illabantur. Et nisi saniore consilio tempestive providerint, qui ejus provinciae statum moderantur et curant, haud dubio non eos solum, sed et reginam et filium ejus in fraudem casuros. Nec dici posse, quam ardenter hic princeps cupiat potiri Transsylvania, ut quam dudum decreverit basilicae suae redditibus adscribere, alio quopiam pupillis ablegatis, uti fecit, quum Buda eos exturbavit. Illud quoque hoc adjecto, parum priori simile. Hos eosdem firmissime tandem animos suos ad pacem nostram inclinasse, pudere tamen post tot pertinaciarum suarum ineptias eam nobis ultro jam et sine honesto aliquo praetextu, quem adhuc a majestate vestra porrigi vellent, objicere, tam multis occasionibus ejus concedendae sua culpa praetermissis. Et nunc jam hac de causa mitti a majestate vestra vel unicum hominem cum suis litteris ejusdem pacis petendae gratia, mirifice optare, fierique haud dubie, ut pax ipsa consequatur. Eos enim pacem nobiscum facere omni studio desiderare et quaerere, quum alibi quoque his belli curis, his difficultatibus rerum

Digitized by Google

suarum sint hac tempestate impliciti, et non aliter commode sperare se posse illis occurrere, quam si pacati fuerint ab Hungaria.

Ejusmodi sermones tametsi nos antea etiam a multis et prope passim ab omnibus vulgari audierimus, eos tamen non magnifecimus, ut quos fictos, vanosque putavimus, quemadmodum multi sunt, et fuere alii, indies certius quippiam et solidius opperientes; at postquam eosdem tam constanter affirmari ab hoc viro perspeximus, supprimere diutius noluimus. Alioqui quum et hoc maxime pacem videatur polliceri, et illud bellum minari minime dubium, quid vel credamus ipsi nos, vel majestati vestrae affirmemus, sane non videmus. Putavimus tamen, operae pretium fore, ut quomodo nobis referantur, eodem vestrae quoque majestati constarent; futura eadem magis tunc de veritate ipsa certior, quum de his etiam a finitimis mussari caeperit. Nam et celerius et facilius isthic hujusmodi secreta elucescunt, ubi sunt eruptura, quam hic, ubi fuerunt fabricata.

At jam hoc tempore tandem quid isthic agat cum vestra majestate, nos omnino ignoramus, operam cum omni diligentia adhibentes, ne eandem illa lateant, quae hic vel agunt (quantum scire possumus) vel quae curant evulganda, neglecto interdum etiam delectu, ut uberius de omnibus aliquid attingamus, magnopere adhuc de istorum dolis solliciti, quid ex hac varietate, quae habetur, de eorum conatibus animadvertendum et agnoscendum esse debebat.

Nam praesidum etiam finitimorum tam crebra commutatio, eam certe non alio spectare putandum esse ducimus, quam ut opportunioribus locis aliis atque aliis praepositis, eo unum quemque et consilio

Digitized by Google

et conatui suo accomodent, quem latenter moliantur. Ally enim passam quum hic furiosum ac turbulentum hominem esse judicent, Chazzunum vero astutum et caventem pericula, ut jam et aetate et viribus effetum senem, majestas vestra considerare dignabitur quosnam in eorum loca suffecerint: Budae nimirum Mehmet passam e Bosnensi zangziachatu notum, Themesvaro ac Lippae Arzlanbegum a Ponto ipso pene revocatum, duo prorsus diversa ingenia, alterum mite (ut hic senti unt) et simulandae paci peridoneum, cujus cura in vicinia vestrae majestatis Budae versabitur, alterum acre et ad arma promptum, Arzlanbeghi videlicet, quem ad Transsylvaniae limitem, et ad Giulae ac Varadini portas transtulerunt. De quibus si fortasse verbosius agere videbimur, quam cum majestate vestra conveniret, humillime supplicamus, dignetur nobis ignoscere, si et de his rationem habendam putavimus.

Nam dum idem amicus videretur ab insidiis horum sincerius nobis cavere, adjecit: Num id ipsum fallaciae agnovissemus eo tempore, quo majestatem vestram Tuygon passa ad dimittendos tandem oratores, quos erat dimissura, tam instanter sollicitabat? Respondentibus nobis, quod nihil prorsus. At, inquit, eo etiam tunc, quum dubitabant passae, oratores ipsos non venturos propter furias Al'y passae, qui tunc quoque finium vestrorum quietem perturbabat, Tuygonem ei ut hominem sedatum et bene moderatum suffecerunt, facta eidem a Hruztano promissione de majore salarii sui incremento, si ejus industria legationem hanc a majestate vestra elicuisset, quae nisi veniebat, futurum erat, ut omne consilium hujus principis de filio occidendo et de profectione Persica,

Digitized by Google

quod jam dilationem non ferebat, impediebatur, magno ejus cum periculo, quum nequaquam diu ea pernicies, quam in filium conceperat, celari potuisset. Quae quidem omnia quoniam ex consequentibus rebus a profectione nostra facile comprobari et credi potuerunt, visum est non alienum fore ab officio nostro, si haec obiter ad majestatem vestram perscribemus, idque non propter illa, quae jam praeterierunt, sed quae possint adhuc accidere, ne dolis eorum diutius circumveniamur. Ad quos illae etiam voces videntur haud dubie pertinere, quae jam cum hoc novo vere inceperunt auribus nostris obstrepere:

Principem hunc tametsi mittat in Hungariam exercitum, eum tamen non offendendi quempiam causa mittere, sed tuendi sua, quum intelligat vestram quoque majestatem examinis proximi integras adhuc habere sub signis copias, et novum militem eumque numerosum in Germania comparare; jussisse enim eum omnes finitimos suos tranquille agere, cavereque omnino, ne sint ipsi ad lacessendum primi. Verum si a gentibus vestrae majestatis fuerint priores provocati, erumpant, et rem fortiter gerant. Caeterum si inferiores fuerint, nec poterint vim illatam sustinere, ipsummet principem sine mora cum tota sua potentia sequuturum. Haec ad nos qui perferunt, non omittimus eis per ironiam respondere: Quasi vero ipsi priores majestatem vestram non lacessissent, quotidieque jam prope a quadriennio non lacesserent, commemoratis temporibus omnium praefectorum, qui hoc interim Budam et reliquos istos fines tenuerunt, fuereque latissime grassati.

Verum hic etiam erit ad ingenium eorum respiciendum, quum oblivione prioris suae perfidiae quodam

Digitized by Google

quasi modo aeque subdolo objectata, reque nulla adhuc ex parte ad effectum perducta, ab hac jam aestate initia omnium metiri volunt. Ubi monemur ab amicis, eo pertinere hujusmodi, ut vana fiducia futurae quietis majestate vestra illecta, reddant eandem ad parandum sese minus sollicitam, ipse vero hostium princeps (ut cui nunquam desint causae ad concitandam inimicitiarum calumniam) observata opportunitate temporis, subsequatur passam et beglerbegum, tanquam ad resistendum imbecilles. Usum fuisse hoc stratagemate, quando praemisso Budam Mehmet passa, Jahya nuncupato, eandem intercepit, usurumque hoc etiam fortasse tempore, ad augendum ea opinione terrorem hostibus, quod praemisso jam tanto exercitu, eum ipse quoque esset secum deducturus, qui sylvas sterneret et exhauriret flumina. Quum revera quoties id eum expeditionis hunc in modum suscipere contingat, praeter suos praetorianos ordines, qui vix excedunt XX. millia armatorum, adjuncta iis numerosa jumentorum multitudine, quae trahunt impedimenta et machinas et servitia, secum alios non adducit. Quippe quod praeterea quidquid roboris majoris habuerit, id totum cum antesignanis erit, passa et beglerbegho. Praescitis itaque his, quicunque rerum, morum ac bellorum turcicorum peritiam habent, suadent, omni studio atque conatu ante hos ipsos egregie esse excipiendos, quam a principe consequantur, si sic praesertim res accideret disjunctim, ut amicus edocuit, nullum dubium haberi debere, dicens, quin iis profligatis et victis, princeps quoque eo ex loco fugam sit facturus, quo de suorum clade cognovisset.

Reliquum erit de acceptis et datis litteris, quod majestatem vestram scire humillime desideravimus ab

Digitized by Google

ea enim praeter unas de 9. die Octobris anni clapsi datas, nullas habuimus, ipsi senas jam a quinto mense dedimus, 4. nimirum et 24. Octobris binas, 15. et 22. Novembris totidem, Januarii vero anni hujus 8. unas, et Februarii 16. unas. Quae si fideliter majestati vestrae fuerunt redditae, summopere laetabimur. Deus Optimus Maximus eandem liberosque tueatur. Datae Constantinopoli prima Martii MDLVII.

Post scripta. Quae scriptis his litteris occurrerunt non praetermittenda, haec sunt: Recens ii decreverunt in Hungariam duas cohortes equitum Ulüffegriarum dextri lateris et sinistri eorum, qui Charippigithi vulgo nuncupantur. Quarum quaelibet erit hominum duntaxat 600. Et ea designata est Budensi, haec Quinqueecclesiensi praesidio, movebuntque haud dubie circiter x diem hujus lunae Martii. Quove Mehmet passa Budensis novus beglerbegus majore imperio, tam in hos, quam in reliquos finitimos uti possit, et fortasse quapiam etiam alia latenti causa vesiriatum quoque illi contulerunt quintum, futurumque multi etiam ex Turcis ajunt, ut sensim aliorum etiam ordinum partem aliquam in istos fines summittant, dolis utique suis trifariam: in Zigethum, in Agriam et in Transsylvaniam, arridente occasione vel hac vel illac promovendis. De his enim et clam et palam crebrius audimus, crescentibus etiam tumultibus Persicis, uti jam scripsimus.

Datae ut supra.

Digitized by Google

LXXI.

A kamarának Verancsics és Zay.

Verancius et Zay dominis camerariis.

1557. mart. 2. Quum is dominus Zacharias Scaramellus, Leonardi frater, qui proxime fuit apud majestatem regiam et dominationes vestras magnificas, esset hinc discessurus, profectione sua omnino ad majestatem regiam, dominum nostrum clementissimum, instituta, ab eodem pro reliqua parte impensarum nostrarum anni hujus, nostrae legationis quarti, a mense Junii 1556 ad 1557 accepimus 2000 aureorum, nos videlicet duo, Verancius et Zay. Et quia intelleximus, magnificum Gaztelu diem suum obiisse non sine dolore nostro maximo, litteras nostri cambii solito more primum Venetias ad novum oratorem, si jam in demortui locum successit, deinde Viennam ad magnificas dominationes vestras *) si idem magnificus dominus orator nondum Venetias sese contulisset. Rogamus igitur easdem, ut numerata pro humanitate sua amicis nostris Scaramellis memorata pecunia, ne velint id a nobis gravate accipere, quod suo tempore promereri omnibus nostris tum officiis tum obsequiis non praetermittemus, uti apud eas, quas reverenter et colimus et observamus. Datae Constantinopoli, 2. Martii MDLVII.

*) Kimaradt: „mittemus“ vagy más rokonértelmü ige.

Digitized by Google

LXXII.

Verancsicsnak, Zaynak és Busbecknek a király.

Reverendo devoto, magnifico, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio Wrantio, episcopo Quinqueecclesiensi et praeposito Pornensi, ac Francisco Zay de Chemor, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, nec non Augerio a Busbeck, consiliariis et oratoribus nostris ad serenissimum Turcarum imperatorem ablegatis. Constantinopoli.

Verancsics kezével: Perceptae 4. Maji 1557.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverende, magnifice, et nobilis, fideles dilecti. Cum 1557. mart. 8. nobis sit demonstratum [notas seu ziffras, quibus hucusque utrinque in scribendis litteris usi sumus, post obitum condam agentis nostri Dominici de Gaztelu, cui eas, ut homini spectatae in nos fidei, concredideramus, ut et ipse si quando necessitas postularet, iis ad vos uteretur, pervenisse ad manus cujusdam famuli sui, non putavimus tutum ziffris iis deinceps secreti aliquid committere. Quare vos benigne monemus, ut oblitteratis et intermissis illis, posthac ea ziffra utamini, quam tu Augeri a secretario nostro latino superioribus annis accepisti, qua jam ad nos et illum litteras dedisti.]

Porro quia non dubitamus, [quin cupiatis cognoscere, num illae omnes litterae, quas ad nos superioribus temporibus scripsistis, nobis redditae fuerint,

Digitized by Google

nec ne, scire debetis, quod a die 9. Octobris superioris anni, qua postremum ad vos scripsimus, accepimus litteras vestras de 14. Septembris, de 4. et 23. Octobris, et 15. Novembris, ad quas vobis respondere supervacaneum existimavimus, tum quia dubitavimus, litteras nostras propter arctiorem custodiam ad vos perferri non posse, tum etiam, quia omnem vobis tractandi et negotiandi facultatem ereptam fuisse audivimus, ita quod nihil plane habuerimus, quod vobis scriberemus, uti nunc quoque nihil prorsus habemus, nisi] quod fidem, studium et laborem vestrum benigna mente agnoscamus, et quod dignos vos judicemus, quos singulari gratia prosequamur, quam sane voluntatis nostrae erga vos propensionem aliquando re ipsa vobis declarabimus, omnino persuasum nobis habentes, si quam denuo consequuti fueritis commoditatem fidelium regnorum et dominiorum nostrorum tranquillitatem et securitatem promovendi, vos pristinae diligentiae vestrae non esse defuturos. Datum in nostra et imperii civitate Ratisbona die tertia mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani vigesimo septimo, aliorum vero tricesimo primo. Ferdinand m. p. Ad mandatum regiae majestatis proprium J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

LXXIII.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Majestati regiae Verancius, Zay et Augerius.

Franciscus Bebeck venit Adrianopolim die Mar- 1557. apr. 9.
tii 24, totusque in eo esse dicitur, ut ipsum principem in Hungariam contra vestram majestatem educat, sed nemo est, qui hoc eum impetraturum existimet. Princeps enim et aliis non exiguis causis impeditur ac detinetur, ne belli gratia quoque personaliter proficisci possit, ita et Persae motibus maxime a nobis in Asiam retrahitur, eaque publica est opinio, iidem motus si ratione aliqua tolli ac sedari nequiverint, bellum haud dubie potius in Asiam quam in Hungariam translaturum. Ii autem motus tanti sunt, tamque in dies magis ac magis coepere confirmari, ut a 28. Martii ad Aprilis 8. deni prope cursores ex illis finibus advenerint, plane et firmissime nunciantes, Persam uno jam cum exercitu Tebrisium in Armeniam majorem venire, cum alio filiorum alterum ex provincia recens obtenta adventare, alterum cum tertio sub Muztaphae nomine occupasse Sirvanum, et magno conatu vastandis Georgianis insistere, huncque in modum tripartito constituti, quinque ab hoc principe finitima loca repetere ac minari bellum, nisi ea sibi restituerit. Esse praeterea in arce Van ejusdem legatum Persae qui cum hac petitione advenisset, cupereque a passis praesidem edoceri quidnam de eodem legato fieri vellent.

Digitized by Google

Nos et hujusmodi, et quae hactenus de his tantopere circumtulere rumores, diu sane dubitavimus, an esse vera credere deberemus, considerantes eorum praxes, qui summa et irrequieta dicuntur esse sollicitudine ut hunc ipsum principem domi in otio contineant. Verum nunc postremo tandem ex hac tam frequenti cursorum copia fidem videmur adhibuisse. Alioqui dudum etiam tota vis hujus hostis fuisset in Hungariam promota, nisi certo, manifesteque bellum Persa intentaret, quo fit, ut (quemadmodum vel a Turcis ipsis audimus) magis terreatur ac sudet quam nostro, tot rebellium nostrorum fretus opportunitatibus; sed afferentibus quotidianis fere nunciis etiam de vestrae majestatis apparatibus omnia maxima, addente et Bebeccho multo ingentia, quo facilius persuadeat propter quae venit, magnopere ajunt principem hunc esse ancipiti, dubioque consilio, quidnam rerum agat, quum jam ei inter duos filios, qui supersunt illi, apparentius seditiones exarserint, non tam quod ad imperium contenderent superstite patre, quam quod uterque sibi ab alterutro metuat ipsius imperii causa, si quibuspiam subitis fatis pater tolleretur. Classem hoc interim et Gallo postulante, tantis Italia fervente apparatibus, Moscisque et Russis et Circassis Pontum perturbantibus, sibique et Tartaris et Mengrellis opem implorantibus, adeo difficulter et de rebus maritimis et de terrestribus deliberare dicitur, ut etiamnum in consultationibus versatur, incertus contra nosne potissimum an contra Persam signa explicet, numque classem Italico mari tuto possit committere ob inconstantiam Italiae principum et Galli furias, qui non desunt, etiam coram oratoribus, et factas proxime sine suo scitu inducas, et mox leviter ruptas exprobrare.

Digitized by Google

Igitur tametsi omnia jam quae tum ad terrestre bellum, tum ad maritimum attineant, habeant expedita, tamen adhuc silent, mirisque involucris utriusque belli hujus rationes, tantique causas silentii supprimunt, atque occultant, nihil omnino pronunciantes, quonam vel classem sint emissuri vel terrestres vires illaturi. Quo fit, ut quanto ipsi diutius deliberationes ejusmodi tegant, minusque adhuc illas vel in hanc, vel in illam partem declarent, tanto nos quoque magis suspicemur, eos omnia clandestine summa industria curare, ut alibi omnibus belli causis dilatis ac summotis, illud in Hungariam subita eruptione traducant. Quare quum ad certiora pervenire nequeamus, operae pretium erit, bene tempestiveque majestatem vestram ad omnes hostium incursus, consiliaque clandestina esse paratam, quando putandum sit, neque Bebeckum levibus causis motum huc venisse, neque sine magnis fundamentis Gallum cum Romano pontifice conjurasse, et Turcicam classem postulare. Quum ad haec et Myrciem vajvodam Transalpinum passa Hruztanus in dominium restituere velle dicitur, Petrasckone Constantinopolim revocato jussoque interfici, si non paruerit. Cura haec Zoccolo cuidam, ejus primario satrapae demandata, haud dubie mirabilis tela et in Hungariam et in Transsylvaniam texitur.

Et quod attinet ad hunc principem, non admodum ex sententia cessit ei Jambolana venatio, subito enim et nocturno igne primis diebus venationis in aedes ejus irrumpente, totum ei stabulum cum equestri suppellectile consumpsit, visque incendii tam valida fuisse fertur, ut equis duntaxat aegerrime servatis, esto quod ustulatis omnibus, ex ipsa suppellectile unica sella earum, quibus ipse peculiariter utebatur,

Digitized by Google

non potuerit eripi, prodigioque magno et inauspicato casu hoc habito, Adrianopolim, venatione destituta, 21. Martii rediit, inde Constantinopolim ad nostrum pascha reversurus uti initio constituerat, ut vero postea ad kalendas Majas vel etiam serius aliquanto, quod et Bebecki insanis praxibus de bello in Hungariam deducendo velit nonnihil temporis dare, et familiari anniversarioque pedum dolore ita correptum esse ajunt, ut equum nequeat insidere. Appulit autem Adrianopolim homo pestifer cum Georgio Tarczay, idque solum (quod jam diximus) totis viribus, studioque ardentissimo conari nunciatur, ut hunc principem in Hungariam ducat, tantas inquiens majestatem vestram coegisse jam et sub signis habere pluribus locis armatorum copias, tam equestres quam pedestres, ut, si duos passas ex vesiriorum ordine emiserit, non sunt ei suffecturi, nisi ipsemet aderit. Caeterum si ad fortunam totius obtinendae Hungariae aspiret, velitque Joannis filium in Transsylvaniae statu constituere, ipsemet venire non praetermittat. Nec profectionem suam hujusmodi ad insequentem annum differat, quia si hoc instantiviribus vestrae majestatis non obstiterit, nequicquam proximo conaturum, quandoquidem tanta hoc ipso anno, tamque multa crederet majestatem vestram confecturam, ut ad recuperationem totius Hungariae parum sit ei defuturum. Opus igitur esse illius praesentia. Hungaros enim omnes occultis secum esse foederibus conjunctos, ejusque magnitudini, ubi primum affuerit, concursim deditionem sui facturos, aliaque id genus pestilentissima multo plura. Exceperunt autem illum, quantum audimus, satis honeste et plausibiliter, ut illos solent, qui eis proditiones suppeditant, subitisque donis ve-

Digitized by Google

stium, equorum, armorumque ab omnibus primoribus prope certatim offusum etiam zangiacchatu insignivere. Nec praeterea quicquam de ejus vel certioribus vel etiam de aliis actionibus accepimus, tametsi magni jam vagentur rumores, haudquaquam futurum voti compotem. Obstare enim profectioni principis et uxorem et passas, Bebeckumque palam etiam ab ipsis passis inhiberi, ne id urgeat hoc tempore. Esse principem non solum senio jam ad externa suscipienda bella imbecillem, sed etiam adversa valetudine gravatum impeditumque tumultibus Asiaticis.

Se vero aliud non habere studii, quam ut ei quietem curent, Hungaris alioqui non defutura a magnitudine ejus necessaria auxilia, quicunque secum hac essent erga illum voluntate. Hunc in modum prima initia conatuum Bebecki intelleximus, caetera paulo post sedulo perscripturi, quaecunque consequentur, obtinereque poterimus. Quamquam illud jam pro re certissima multis videtur esse persuasum, sermoque magnus ac latissimus est, principem ipsum nusquam hoc anno personaliter abiturum belli causa, nec generalem expeditionem habere posse, missurum tamen passas et beglerbegos quocunque usus postulaverit, uti jam antea scripsimus.

Sedne et hoc omittamus. Non desunt praeterea qui tumultus Persicos, Muztaphaeque novitatem, praxes eorum esse fictas, qui secundo a principe loco rerum dominationis hujus potiuntur, causa non omnino multis nota, nisi si ea, quod opinentur quidam, eos hoc anno minime posse ulla in parte bello vacare praesertim nostro, ob inopiam commeatuum, et quod, quandoquidem a pace Persica excidere, nostrae vero nollent assentiri, et utrumque bellum et alterutrum

Digitized by Google

aggredi periculosum ducant non confecta pace vel nobiscum vel cum Persis, hicque haerent diutius consultantes. Quod quoniam certo cognoscere non sit adeo facile, nobis praesertim strictius et pro hostibus adhuc habitis, plura dicere non audemus, adhibentes interim omnem curam, ut quicquid in dies rerum moveant, observemus, vestramque majestatem certiorem faciamus.

De classe vero dimittenda, ut enim non est adhuc plane Gallis concessa, ita jam minorem etiam futuram esse ajunt, estque non exiguus sermo, quod Neapolim Galli et summi pontificis gratia navigabit, quandoquidem regnum illud communibus auspiciis conaturi sunt e potestate majestatum vestrarum eripere. Accepimus autem esse quosdam et praecipue Aversae comitem ac Pepulorum quempiam, qui cum hostibus sentirent, eisque et Aversae et Aquiliae urbium potestatem essent facturi, quo graviore Neapolis obsidione premeretur, cui periculo mature erit occurendum; alioqui nihil affirmamus, audita referentes remque meliori judicio permittentes.

Verum nec Viennam adhuc esse speculatoribus expurgatam, e Galli oratoris domo intelleximus, esse duos ejus nationis homines in ipsa Vienna ferme jam a quinquennio, nomenque alteri Cajo Gallo est, alteri Francisco Capitan da Nizza. Quorum Cajus aurifaber est, scit bene alemanice, et habet barbam nigricantem; Franciscus musicen novit, et conversatur plerumque cum cantoribus vestrae majestatis, homo barbae subruffae et oblongae; natus hic annos circiter 46, ille vero 43; sic sunt depicti nobis, nec scimus quantum sit hujusmodi relatoribus fides adhibenda, ne forte nobis illudere voluerint, ut asseclae adversari-

Digitized by Google

orum. Res tamen quoquo modo se se habeat, e re erit fuisse cognitam vestrae majestati. Quum hoc saeculum non nisi proditorum et perditorum hominum videtur periculiares proventus attulisse, postquam et ii bellis hisque christianis studere inceperunt, quorum esset potissimum pacem colere et conciliare dissidentes. Sed omissa horum cura vestris majestatibus, supplicamus, ut si hos homines libuerit inquiri, dignetur cautissime tectissimeque jubere agere omnia, omni prorsus alieno mortali inscio, ne, si qua Gallorum versutia fuissent nobis proditi, quisquam de interceptis huc referri possit, quod non esset sine nostro periculo.

Reliquum est, esse nos sollicitos, quod nihil ab Octobre litterarum vestrae majestatis accepimus. De his potissimum, quae nos ad postremum agere oportebit, si, quum huc princeps redierit, subito quippiam per dolum de pace a nobis tanquam virga circumscriptis coeperint passae exigere, quod ipsorum serviret opportunitatibus, uti jam ternis litteris humillime significavimus. Res enim quando sic in longum protelantur, saepenumero solent ex occasionibus mutationes quaspiam consiliorum in animos principum inducere. Propterea cupimus de omnibus pro clementia vestrae majestatis esse instructi, ne quid praeter ejus sententiam committeremus, esto quod habeamus quod agamus, si praeterea nihil supervenerit secus, quemadmodum etiam de hoc fecimus aliis nostris mentionem. De casu Dominici Dobo magnopere dolemus, illudque molestissimum est, quod ad eum nullo modo penetrare adhuc potuerunt nostra officia, in arce enim Septiturri, quam Turcae Jediculam vocant, arctissime detinetur, nec id quidem commodo loco, sed in una

Digitized by Google

turrium squallida et solitaria, compedibus gravissimis onustus, non majore in diem stipe provisus quam unius asprae, sic ut fame etiam maceretur. Nos omnes vias quaerimus, ut quantum per nostrum quoque non admodum liberum statum fieri possit, calamitatibus ejus subveniamus, ea ex liberalitatc, qua nos quoque ipsi gratiosissime a majestate vestra sustentamur. Quam Deus etc. Datae Constantinopoli 9. Aprilis 1557.

LXXIV.

Jacobus Palaeologusnak Verancsics.

Antonius Verancius Jacobo Palaeologo.

1557. apr. 12. Ad binas tuas humanissimas litteras, et alteras, quae postremo fuerant, etiam officisissimas, unis respondeo. Nihil esse in me quod tibi usuique tuo non sit expositum, primum pro virtute tua et pro his dotibus, quae in te divino munere lucent, deinde pro mea in te benevolentia, qua tibi ita afficior pluribus nominibus, ut nequeam non aeque tuus ac meus esse. Igitur quicquid fuit illud viatici, quo te sum in Italiam discedentem prosequutus, hinc factum esse existimes tantique, metiaris, quanti non aurum aut argentum ponderat, sed quanti animum meum erga te facias. A quo nondum quidem quicquid aliud in te profectum esse scito, quam signa sui, et quae ad argumenta eorum pertineant, quae in recessu servantur ei tempori, quod et mihi ad praestandum et tibi ad recipiendum maturius, fortasseque etiam opportunius erit. Nam hic quam astrictis velis navigemus incerti portus, parum etiam nostri compotes, ne reliqua

Digitized by Google

explicem, videre te et perspicere non dubito. Boni itaque consules omnia, et haec ad priores tuas sufficiant. Quod vero ad postremas attinet, nihil est quod isto tuo abitu oneris velim tibi imponere, praeterquam ut me, ubicunque fueris, habeas in amicis, curesque, ut quam securissimo itinere utaris, victorque invidorum tuorum revertare ad tuos, gratia et veritatis plenus. Vale. Constantinopoli XII. Aprilis MDLVII.

LXXV.

A királynak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius regi.

Alium Bebeckum (si modo verum sit) exortum esse majestati vestrae in Hungaria, noverit, nec ne, ignoramus. Verum quod proximis diebus magna cum asseveratione nobis est de illo patefactum, id pari diligentia perferre ad eam quam citissime curavimus. Quum enim amicus quidam noster quem inter alios Adrianopoli per hos elapsos menses in vigiliis rerum nostrarum habuimus, Constantinopolim rediisset, exposuit nobis, magnificum dominum Nicolaum Zryny Croatiae banum clandestine, instar Francisci Bebeckii a majestate vestra defectionem moliri, seque opera Ally passae eunuchi, nuper ad Bosnensem praefecturam a Budensi translati, in hujus principis potestatem ac tutelam tradere velle, si vicissim arcium ei suarum incolumitatem promiserit, et jus obtinendae dominio suo totius Croatiae concesserit. Nuncium praeterea ejusdem Ally passae, qui haec ad principem et ad Hruztanum passam adtulerat, quum esset praefato amico nostro magna et vetere amicitia conjunctus, ultro eidem, dum in curia una conversarentur, 1557. maj. 22.

Digitized by Google

ejusmodi retulisse, postremo litteras etiam ab Ally passa his de rebus ad principem et passam datas ad legendum porrexisse, in quibus haec eadem hunc in modum erant exarata, adjectumque insuper, quod de hac domini bani voluntate quaternas idem Ally passa haberet apud se litteras, quas proferre semper posset, quandocunque juberetur. Principem vero ad haec sine ulla mora responderi praecepisse: illi se et ea, quae postularet, benevolenti animo concedere, et insuper, ubi vellet, zangziackatum unum polliceri.

Quod verum sit, nec ne, nihil est prorsus, quod possimus affirmare, et cupimus id a vero alienum fieri, quemadmodum et prior similis in eum contorta calumnia nulla fuit comprobata.

Verum nos ita rem ad majestatem vestram deferimus, nihil ei addendo nec minuendo, uti eam ab aliis accepimus, Reliqua ejus erunt providentiae et curae, nobis sane interim ex toto corde dolentibus, quod ejusmodi tam enormia de tanto viro referantur, de cujus profecto quibusvis incommodis etiam cogitare per nos nollemus, si secus fieri posset, officio enim et nostrae fidei, etiam si de nostris fratribus (quod avertat Deus) ejusmodi agerentur, nunquam deesse possumus. Quo etiam magis, videntes rem momenti esse maximi, eam hac peculiari et compendiosa via pro possibilitate nostrae industriae significandam maturavimus. quum expeditionem soliti tabellarii Veneti, per quem, Deo dante, longiores daturi sumus litteras, dilatam esse intellexissemus.

Ut autem, quae etiam de Bebecko habita sunt, celerius ad majestatem vestram perveniant, sicut idem non mediocriter videtur sua opinione deceptus, ita vix fieri poterit, quin iis maximam perturbationem

Digitized by Google

haud ita multo post homo turbulentissimus injiciat, quorum causa tanti flagitii nomen assumere non dubitaverit. Illud itaque imprimis palam est: eum huc praeter omnem sententiam reginae, Petrovii et reliquorum hujus ordinis venisse, deinde quid in occulto rerum habuerit cum hoc principe ac passis, quoniam ulla de re non est cuiquam satis tutum affirmare, supersedemus a vulgaribus. Caeterum quod in publico semper ostentavit, hoc habuit propositum, ut Fylek et Salgo arces suas postularet remitti sibi, juxta quod promissae erant, si in incepta rebellione perstitisset. Petita igitur Fylek imprimis, respondit ei passa: nondum huic rei esse tempus, nec eam se ulla ratione audere in mentem principi revocare, nisi si proprii capitis periculum adire velit, et instante illo, quantum sibi licere animadverterat, hoc dissuadente mille causis, spe tandem frustratus desiit, male contentus, et in quemdam metum haud mediocrem conjectus, quum et ad principem serius deduceretur, omnibus modis passa prohibente, ne id loqueretur, et de alia ratione in divanis consultatur, qua eum delinirent, et sic dimitterent placatum, postquam arces non redderentur, ut in officio constans permaneret, eodem interim Bebecko alia ex hoc suspicante, parum jam omnino de reliquis rebus sollicito, nisi de qualicunque reditu, modo incolumi. Quae omnia miro quodam fato visa sunt incidisse, causa tamen non latente.

Postquam enim regina cum filio in Transsylvaniam pervenisset, et Bebeck magnificentius prae caeteris fuisset jactatus operam suam de adductis in optatum statum, petierat arcem Gialu et abbatiam Colosmonostrensem conferri sibi pro elapsis bene meritis, utque in posterum quando eorum beneficio in

Digitized by Google

Transsylvania eos commorari vellet, haberet mansionem, quae duo loca quum fuissent illi denegata, non a regina solum et Petrovio, sed etiam a tota provincia, indignatus est, et ab eis tumultuarie recedens, effudit subiratior quippiam hujusmodi per metaphoram: Se quoque daturum operam, ut unde sigillum illorum penderet, et suum pendere possit. Quod ad reginam et ad suos quum perlatum esset, in suspicionem venere de ejus erga se animo; paulo deinde post audito apparatu illius in Turciam, rati futurum, quod metuerant, quandoquidem vel tum fortasse quiddam simile ex appensione sigilli conceperant, nuncium Sebastianum Erdewdy cum Mahmutto dragomano, qui tamdiu apud reginam desederat, ad hunc principem expediunt, datis ei praeter ea, quae communiter acceperant, secretis, etiam peculiariter mandatis, quorum altero in ipsum uteretur dragomanum opportunitate servata, altero in Bebeckum ea re postulante, de qua jam in suspicionem venerant. Ambobus itaque negotia sua Adrianopoli agitantibus, secretus nuncius reginae litteras ad passam defert. In quibus, asscriptis quibusdam legitimis causis, eum orabat, ne in posterum Mahmutti dragomani uteretur in Transsylvanicis rebus ministerio, sed alio quemcunque ipse censuisset. Quod id ipsum prosequente etiam nuncio sua oratione, passa commotus mirabatur et quaerebat unde tam repentina reginae in Mahmuttum prodisset indignatio, quem ante prae caeteris complexa. neminem alium mitti ad se contenderat.

Quae confestim eo hujusmodi erupere, ut passa quae fortasse nunquam de reginae multorumque aliorum in Transsylvania *) et de ipsa Transsylvania

*) Kimaradt, úgy látszik, egy szó.

Digitized by Google

cognovisset, ex his praeter omnem expectationem, ut cognosceret ansam accepit. Demisso enim ab se nuncio, et Mahmutto accersito, interrogatoque, quidnam hoc rei esset, ille mirari et stupere primum, vicissim dehinc a passa quaerere: num haec essent a regina, an ab aliis? et si tam acerbe atque indigne eadem regina de se ad Portam scribere potuisset, qui tam bene et de ipsa et de filio ejus meruisset; ac similia plura. Demum lectis ibidem etiam litteris ejusdem reginae, et re tota planius perspecta, ne sibi quidem diutius in officio, quod reginae ad id tempus praestiterat, ratus permanendum, ea coepit passae initio de singulis suggerere et post de omnibus simul, quae (utinam) brevi in multorum non recidant perniciem.

Factus autem hoc pacto Mahmuttus a regina alienus, vertit se ad Bebeckum, et quum illum videret hinc tristem de non impetratis arcibus, illinc passam sollicitum, qua videlicet eum ratione contentum redderet, astutus homo et alioqui malignitatis etiam argutus artifex, modum aggressus est ostentare, sed incertum an prius communicato cum Bebeck consilio. Sugillata porro conditione reginae ac sexu, aetate filii, senio et pusillanimitate Petrovii, omnium denique in Transsylvania aliis atque aliis defectibus perstrictis, unum Bebeckum esse in Pueri partibus dicere perseveravit, qui dignus haberi possit, cui et reginae et filii et totius illius provinciae administrandae committeretur potestas. Additis fortasse huc etiam causis, quae hinc enasci possent ad eam provinciam facilius obtinendam. Et hac re mox in medium prolata a passa, quae ei visa sit fieri opportuna, coeptum est publice primum apud principem et deinde in divano de illa agi. Quandoquidem Bebeckus etiam nihil accipere

Digitized by Google

paratus, nedum hujusmodi, quo tantummodo salvum hinc se se posset eripere, voluntati passae acquievit.

Hoc tempore nuncius reginae passam conveniens, summa ope conatus est eum ab hac voluntate removere, et palam ejusmodi convicia jactare in Bebekum, tum etiam de regina ac de ejus filio dicere, provideret diligenter, quid et quantum essent Bebeco crediturі. Trina eum jam defectione esse memorabilem, nec pro eo quicquam se polliceri, caeterum supplices postulare, ne illis, quos in Transsylvaniae principes fecerint, alium dominum inponant, sat sibi esse magnitudine principis Turcarum, nec se egere nutriciis aut gubernatoribus hujusmodi, nempe qui multo et fide praestarent Bebeko et sufficientes essent, qui pro dignitate Transsylvaniam moderarentur ac regerent, et in ejus magnitudinis obsequiis continerent; Bebecus autem si suo vetere gradu contentabitur, videlicet, ut sit consiliarius et senator, non ei apud se honores defuturos. Sin minus, ipse vidisset.

Tum passa majore fide Mahmutto habita, eaque opportuna his rebus quandoque fore de quibus idem disseruerat, spe sibi certiore constituta, tantum abest, ut reginae ac filii intercessioni dederit locum, ut etiam expectatissimum id ei obvenerit controversiae, nihil aliud inter beneficiarios suos, qui sunt ex Christianis, curantes magis quam lites et dissidia. Eaque causa nihil morati apud se Bebekum, sed eo supremi consiliarii, nutricii et gubernatoris Joannis filii ac matris ejus insignito titulis, XI. Aprilis dimisere per Transalpinam, nulla hoc interim alia mentione habita de Petrovio, quam quia senio ipse jam ad bella caeterasque curas publicas esset invalidus, apud eosdem in otio et quiete resideret, Bebecus vero, ut con-

Digitized by Google

ditionis homo primariae et adhuc aetate integra, ibidem summa praefectura fungeretur, et praesset rebus bellicis, Puerique statum contra omnes hostes tutaretur. Quove tantae administrationis molem commode tueri ac sustinere possit, vires ei utriusque Valachiae et Graeciae beglerbegum promiserunt, quoties armis rem geri oportebit et ipse praemissarum quippiam occasionum porrexerit, quod erit amplectendum si forte pax nostra non confierit. Ad haec datis pluribus, quam ferme 62. etiam mandatis ejus nomine ad Hungariae et Transsylvaniae proceres, quibus omnes ad studia hujus principis pellicere enitetur, et contra majestatem vestram ejusque subditos concitare et commovere debebit, quicunque Turcae imperia et Joannis filii fidem recipere aspernabuntur, honorifice tandem expedivere. Nec his plura. etc. Datae Constantinopoli 22. Maji MDLVII.

LXXVI.

A királyi felségnek Verancsics, Busbeck és Zay.

Verancius, Augerius et Zay majestati regiae.

Qua die ultimas litteras nostras de 26. Maji ad majestatem vestram dedimus, et triremes illae omnes 40. constitutae sunt extra Propontidem, eadem ab hoc principe acre mandatum supervenit ad praefectum rei suae navalis, ut adhuc quanta maxima celeritate fieri possit, 30. instruat, easque ipsemet, tribus quibusdam Bithyniae zangziachis sibi adjunctis, post reliquas educat. Mirum fuit hoc omnibus in hac urbe audisse, suspectaeque hactenus eorum fraudes majorem visae sunt fidem accepisse. Apparantur itaque 1557. Jun. 8

Digitized by Google

hae etiam triremes magna properatione, et, ut quaeque prius instructae fuerint, sic jussae sunt excedere, numero earum trigenario in 25. contracto, quod pluribus remigum inopia dicantur ob rem subitam non sufficere.

Quae praeterea hisdem litteris de quodam Francisco Turturino, cive Chio, scripseramus, ea non fuerunt potissimum ducis Ferrariae, sed Genuensium. Ii enim erectis animis ad vendicandum se se in absolutam libertatem, foedus cum Turca, Venetorum instar percutere et conjunctionem inire curant. Resque hujusmodi quoniam visa est non posse fieri sine gravissimo sacrae caesareae majestatis et serenissimi regis Philippi praejudicio, usi sunt eo praetextu litteris memoratis expresso, tamquam peropportuno ad hunc conatum quam occultissime perficiendum, opera nimirum ejus hominis, qui et Ferrariae ducis inquilinum ageret, et natione Chius esset, admodum ex utroque aptissimi ad tegendas apud homines tantae rei suspiciones. Quod urbis ejus tam inopinatum consilium quum adhuc ad paucorum hic etiam plenam notitiam pervenerit, putemusque quam celerrimam habendam illius esse rationem, summa diligentia significandum maturavimus, idque eo etiam majore, quod quum ad nos ex quibusdam Gallorum sermonibus sit delatum, tum quod affirment, esse jam transactum. Impigre itaque huic quoque tanti momenti periculo occurratur, ne maritima ejus loci, non solum ad Liguriam in officio, Tusciam in sollicitudine, qua parte in papae ditione subjaceat, commode retinendam, sed etiam ad regnum Neopolitanum et totam Apuliam tutandam, imprimis idonea opportunitate haedem majestates spolientur.

Digitized by Google

Ne autem vera haec esse dubitetur, die 5. ab his intellectis, convenit nos Ibrainus, principis hujus interpres, sciscitatum, quando essemus passam adituri. Ingressique secum in majorem sermonem, studio aliquid ab homine magis malitioso quam cauto assequendi, quod futurae actioni nostrae commodare posset, varia praesentis temporis in medium objectavimus, quumque ad res Italicas pervenissemus et quorundam statuum urbiumque fecissemus mentionem, quae essent magni momenti ad tuendam rem majestatis caesareae et serenissimi Philippi regis, confestim ad Genuae et Neapolis commemorationem interloquutus ejusmodi quidam effudit: Jam exiguam spem majestatibus suis in his urbibus restare. Esse principem Salernitanum in mari cum triremibus, eumque opperire quiddam et habere tam terra quam mari intelligentias, Genuenses siquidem labare animos in quaedam nova studia, et Neapoli papam, Gallumque quosdam e praesidibus nostris clam in suis partibus obtinere; demum Genuenses non amare Philippum regem, et quaedam sero ad hunc principem pervenisse, quae si tempestivius cognovisset, longe secus rem apparatuum suorum fuisse gesturum.

Ejusmodi omnia, quae clare et superiora confirment, et alia insuper detegant, majestas vestra videt, nos vero ubi rem Genuensium cognovimus, subito singula hujus generis cum amicis et per amicos vestigati diligenter, comperimus, quantum per nos fieri potuit, mox a colloquio Turturini cum passis datum fuisse mandatum supramemoratum de 30. triremibus augmento reliquae classi, futurumque forte fortuna, ut ipsa classis in Italiam naviget, si occasio inservierit, in qua sola praesens conspiratio spem

Digitized by Google

videtur collocasse. Nec defore, ut adventu ejus, cujus speculator Salernitanus erit, Neapolitanae prius insidiae, deinde Genuensium conatus patefiant, nec aliud esse, Philippum regem a Genuensibus non amari, quam quod occasione secessus majestatis caesareae et jam decrepitae aetatis Andreae Aurii, effugium quaerant (ut quidam sentiunt), ne in jus domus majestatum vestrarum redigantur. Quanquam ad haec et papae et Galli potuerint studia hausisse; de quibus rebus quum majestatum vestrarum sit reliqua cogitatio, tum adhuc nos curam tractus Segniensis humillime urgemus. Audimus enim ducem Ferrariae nondum resedisse, et certo litteras fidei pro suo oratore ab hoc principe petiisse, sed opera legati Galli, exempti jam officio nomine, Codognati. Quod nobis retulit qui ducis ad eundem hac de re litteras legit Caeterum has quoque postremo triremes emittendas, magna ex parte illius nomine fuisse concessas, perstatque ea opinio in quibusdam, quod per occasionem tentaturae sint tractum Segniae memoratum; propterea videndum erit, ne illis apud Anconam, Ravennam, et in Pado apud ipsum ducem portus praeparentur, ex quibus patet Segniam brevissimus et facillimus excursus. Verum quo judicio quave ratione credi possit, ut isthaec classis utrobique operam suam commode navet, nullo firmo robore instructa, non videmus, functuri tamen nostro officio, ea veritate plane expressa, quae nobis constare potuit, sic omnia perscribimus, ut in praesens referuntur. Alioqui nec tam multa sine aliqua latenti causa vulgarentur, si quid verae rei non subesset. Ideo Segniae et Flavonae in omnem eventum si cavebitur, non erit a re alienum.

Digitized by Google

De nostris rebus quod scribi potest. Die 3. mensis instantis hic tandem princeps rediit Constantinopolim, satis male habitus, et prope fractus pedum doloribus Adrianopoli perpessis. Nos (ut jam diligenter curavimus) divanis proximis in curiam accersemur, quod hos primos ob recentem principis reditum suis rebus impenderunt. Nec adhuc publici sermones refrigescunt, finem jam tandem optatum affore nostro negotio. Sed hic sermo, haec opinio multitudinis est. Quum duo nos admodum de hoc ipso optato fine perplexos habeant : Causa rebellium, et Waradini ac Giulae (quod hic increbuit) amissio. Metuimus enim futurum, ut, jam ii et terminos Hungariae magis vestrae majestati astringant, et renuentibus nobis rata habere hujusmodi, ne quid alienum a mandatis vestris committeremus, ipsi in furorem erumpant, et demum nobis omnia desperatiora objiciant. Haec autem perplexitas ex eo est, quod aliis litteris post eas binas de quibus jam antea meminimus, non fuerimus instructi via Veneta (uti sperabamus) de hujusmodi novis eventibus, praesertim in quos istae arces inciderant. Sed utcunque haec se se res habeat, nos, et si jam hoc praesertim legationis hujus tempore non mediocriter aestuemus, difficultatem maximam ex his pertimescentes, satagemus tamen, Deo adjuvante, ut omnia (si fieri poterit) commode transigantur.

Nec alia habemus in praesentiarum, nisi quod denuo videntur obmutuisse motus Persici, postquam plane constitit, principem hunc non educturum in Hungariam expeditionem. Qua quidem sola causa (uti multi credunt) idem Persa tumultuari coeperat, eo animo, ut hoc in fines nostros abeunte, ille quoque recuperare suos tentavisset, quum interim et de ejus

Digitized by Google

oratore fama cessarit. Quae res Persica quoniam (uti jam saepe scripsimus) tanquam aestus freti cujuspiam crebra incrementa et decrementa patiatur, fit, ut multi existiment, quieturum, quum ipse etiam occasiones suas observet. Hic autem quoniam hoc interim magnopere videatur pendere ab Italicarum rerum exitu, operae pretium foret, ita in eam victoriam totis viribus incumbere, ut in eam, qua ii etiam demissuri sunt animos, si divina ope obtinebitur. Deus majestatem vestram servet. Constantinopoli, 8. Junii MDLVII.

LXXVII.

Taxis Rogernek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius a Roggiero de Tassis.

1557. Jun. 8. Per aviso de vostra signoria saprà, come agli tre del presente rezevessimo una soa con una altra de ms. Leonardo Scaramelli, e quella erà di 8. di Marzo; delle dua sone, una de XI. de Febraro, l'altra de 16. di Marzo con una de soa magiestà nostro signore; non sia sollicita, perchè le havemo havute salve a sùo tempo, e già dato le il suo contracambio, le quale fine mo havrete puotuto ricevere. Hora li mandamo altre nostre per soa magiestà, le quali s' efforzerà indirizzare con ogni prestezza, e qualla maggiore che puotrà.

Del uffizio che ha usato appresso soa magiestà cerca la provisione delle nostre spese, è stato molto necessario, e cio più per la riputazione de soa magiestà cha per altro, alla quale del nostro ancora non semo per mancare, benchè forse tosto sarimo

Digitized by Google

fuora di tanti fastidii, pregando la perho, che tra questo mezzo non resti da sollicitar la cosa, acio di quello che noi spenderemo quì in servizio di soa magiestà, gli amici nostri costi non patiscano.

Delle nuove d' Italia ne fa cumulatissimo piacere, dandone spessi avisi, perche quì non mancano al solito di spargier cose, che fanno per la riputazione contraria. E quantunque puoessi aggiutino con le menzogne, pur intertengono gli studii che fan per loro. Voi farete grande e segnalato uffizio, esortar gli magziori nostri alla vittoria da senno della detta Italia, over congiura in essa fatta, la quale se la si ottenerà, Iddio autore, causarà veramente eziandio de quelle cose, che saranno in favor nostro.

El gransignore agli 3. già di sopradetti ritornò a Constantinopoli assai debole per la infirmita, d' Andrianopoli, ne fa altro per adesso, ch' usar remedii per rihaversi.

Alla armata che già è ita fuore de 40. galere, agli 26. del passato furono agiunte 25. altre, con le quali queste 4. over 5. giorni escie il suo ordenario capitaneo, Pially agga detto per nome.

Noi questa sequente settimana saremo al tratato con li passa e forzaremosi d' arrivare al ultimo, che già è tempo doppo gli 4. anni, gli quali nel presente mese farano il suo compimento. Altre che vi daremo, vi chiariranno il tutto di quanto se concluderà.

A ms. Leonardo Scraramelli ringraziarete a nome nostro della littera, delle suoi offerte e del aviso degli andamenti de ms. Zaccharia suo fratello. Essendoli buoni e cordial amici. Ne altro. State sano. Da Constantinopoli nel 8. Zugno MDLVII.

Digitized by Google

LXXVIII.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius regiae majestati.

1557. jul. 1. Quidnam tandem, hac ultima nostra apud hunc principem actione, juxta mandatum vestrae majestatis, quod postremo ad nos dedit, profecerimus, etsi his litteris nihil adhuc certi, absolutique ad majestatem vestram scribere possumus, sedulo tamen curandum esse nobis duximus, ut vel id saltem mature sciat, quae hactenus egimus, quum non ignoremus, eandem majestatem vestram diu jam et finem totius rei sollicite expectare et hac tarditate maxime commoveri, quae quidem iis tota est imputanda, quos nisi ad molestiam usque ursissemus, adhuc fortasse tractationem nobiscum distulissent.

Verum quum X. Junii apud passam Hruztanum fuissemus et ei omnem rem paucis exposuissemus, quid videlicet ad postremum, pro desiderio et mandato vestrae majestatis vel de pace vel de dimissione nostra fieri peteremus, in divanum tandem 28. nos cum munere, quod Augerius attulerat, deduci fecit, ubi tota re simili modo coram omnibus passis serio et paucissimis acta (satis jam per quadriennium dilationibus datum, nec posse majestatem vestram diutius inter spem et desperationem pacis atque amicitiae hujus principis pendere dubiam, et nunc postremo scire decrevisse: sit ne eam habitura eo modo, quo semper ad hoc tempus fuerit postulata, nec ne,

Digitized by Google

et si non, ut omnes demum dimitteremur), satis quidem duriter: ne vel verbum de Hungaria faceremus, non solere principes victores hostibus devicta regna concedere, verum non longa contentione responderunt, quia etiam nos sermonem stringebamus, ultima rerum perurgentes. Quumque conclusissemus: hos nos terminos non excessuros, fuisse satis hactenus disputatum, et nunc tandem ultimum ad omnia expectari rsponsum, desierunt, nosque mox ad principem induxere. Apud quem quoniam Augerii erant partes munus exhibendi, ut qui illud cum novis mandatis, responsisque attulerat, verba etiam fuere facienda. Ibique idem Augerius oratione usus quam brevissima, et ad rem ac personam principis pernecessaria, nimirum, concessa Joannis filio pro voluntate ejus magnitudinis Transsylvania, par esse, ut majestas vestra Hungaria per ejusdem magnitudinem pacifice potiretur; sin secus, ut saltem nos incolumes, juxta salvum conductum magnitudinis suae, omnes in patriam redire pateretur: praeter omnem spem, ob tempestates proximi temporis, et accepti et auditi sumus quam benignissime; responditque idem ipsemet princeps: visurum se scilicet et responsurum.

Igitur quidnam conclusive nobis respondebitur, proximis divanis cognoscemus, et majestatem vestram omni festinatione certiorem facere curabimus.

Quia autem proximis diebus interpretem nostrum, civem quendam Galatinum, probum virum et eo non indignum officio, ob levissimam quandam causam, et, quod majus est, etiam prorsus insontem, turcicis legibus judicatum mortis supplicio affecerunt, nosque veriti, ne rem secus rumores isthuc perferrent, quam revera successerit, majestati vestrae humillime

Digitized by Google

significamus: casum hunc non nostra causa evenisse, nec quicquam aliud nos perpessos, quam molestiam ob indignum facinus, et quod nulla auctoritate nostra, nullo favore, nulla demum pecunia hominem servare potuerimus; idque duntaxat consequuti, quod conatus nostri, quos ad eum liberandum intenderamus, summo cum honore et existimatione majestatis vestrae, non a Christianis modo sed etiam ab ipsis Turcis excepti sunt, et mirifice celebrantur.

Plura mox, et rem ordine totam, vel nos dimittemur vel non, ubi cuncta peregerimus, ad majestatem vestram sedulo perscribemus. Quam Deus Optimus etc servet etc. Datae Constantinopoli prima Julii, anno Domini MDLVII.

LXXIX.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius regiae majestati.

1557. jul. 8. Nec his quoque totum actionis hujus nostrae ultimae progressum describere ad majestatem vestram possumus, finem ejus ignorantes, qui adhuc pendet et est in expectatione, satis quidem molesta nobis, quod et majestatem vestram eo sollicitari non ambigimus. Verum quid in ea ipsa actione post proximarum nostrarum, mensis hujus prima datarum, sit consequutum, scire majestatem vestram operae pretium duximus, ut indicium ferme clarissimum totius legationis hujus exitus.

Quum enim 28. elapsi mensis in divano et apud principem cum muneribus fuissemus, quemadmodum postremis nostris supramemoratis litteris scripsimus,

Digitized by Google

tertia instantis Hruztanum passam accersiti convenimus, ubi colloquutus nobiscum per integram ferme horam, variis argumentis et coloribus summa sermonis adhibita comitate et prorsus sine omni commotione animi, postremo, quum jam credidisset forte fortuna sufficiens se fundamentum jecisse his, quae jam tandem post elapsum quadrienium tunc primum erat aggressurus, dixit: Quodsi rex vester tantam in me habet revera fiduciam, qnantam vos semper mihi eum habere declarastis, et nunc etiam declaratis, rogantes me ejus nomine, ut partes meas pro pace inter imperatorem nostrum et ipsum regem vestrum facienda interponam, certe et ipse rex vester consilio meo debebit acquiescere, et vos non aliud facietis, quam quod ego vobis faciendum demonstravero. En cernitis, quam diu nihil vobiscum tractatum est propter vestram in eo pertinaciam, quod imperator noster nunquam est regi vestro concessurus. Nunc igitur ut ipse quoque sincerum me amicum esse eidem regi vestro declarem, tractemus jam inter nos de modo dicta pace, eique, si habetis assentiendi potestatem, assentiri non recusetis, quam videlicet ipse vobis proposuero, quum illa aliter nequaquam frui poteritis. Nam scitis, Agriam, Palotam, et Zigetum arces in ditione imperatoris nostri contineri, et ex eis reliquos fines nostros maxima et assidua incommoda accipere, nec interim ulla ratione inter imperatorem nostrum et regem vestrum pacem posse componi stabilem, nisi hisdem arcibus in potestatem nostram redactis. Quare si rex vester pacem cum imperatore nostro habere velit, has ille reddat arces, deinde missis in medium utrinque primoribus et justis viris, qui inter nos et

Digitized by Google

vos limites ponant, pacem postremo, quam optatis, sub tributi pensione referetis.

Ad quae nos, videndo eorum versutias, et quod nolunt pacem, nisi cum iniquissimis pro majestate vestra conditionibus, quodque tempus duntaxat extrahunt, grave quodpiam bellum contra majestatem vestram occulte maturantes in proximum tempus, non multis respondimus, et ea tantum, quibus aut optatam pacem extorquere possemus, quam omnino vix speramus, aut prorsus re infecta dimitteremur, majestatem inprimis vestram candidissimo animo spem omnem rerum suarum, quantum ad hanc pacem attinet, in ipsum solum collocasse, et scire se eam non habiturum, nisi per ipsum, optare tamen et petere, majestatem vestram sic dominatio ejus magnifica eidem consulat, ut hujusmodi suum quod suadet consilium velit ad ejusdem petitionem accommodare, quod demum erit verum argumentum benevolentiae ipsius magnificae dominationis, qua diceret se se majestatem vestram complecti. Eaque propter quod de Agria, Palota, et Zigeto proposuisset, nos de hoc ne loqui quidem vel posse vel audere, et ab initio mandatum habuisse, idque postea saepius ac postremo nunc etiam per tabellarium mense Aprili missum, nobis fuisse renovatum, ut hac duntaxat conditione assentiremur paci, si hic princeps majestatem vestram in ea omnino Hungariae parte, adusque Transsylvaniam limites suos protendente, libere pacificeque permisisset, quam tunc temporis obtinebat, quum nos huc dimissi sumus. Quocirca nunc etiam oblato solito munere honorario quotannis pendendo, et duobus veteribus remittendis, uti antea quoque cum restitutione Transsylvaniae obtuleramus, hac ratione memoratam

Digitized by Google

pacem a magnitudine sua postulamus, sicut semper hactenus eam postulavimus. Alioqui si id minus majestati vestrae concedendum statuisset, nos juxta salvum conductum ejus magnitudinis abeundi facultatem postulare, ut qui praeterea quae hic agere deberemus, non essemus habituri, pace hunc in modum nobis denegata.

Haec fuit summa substantia hujus colloquii. Quae vero in eo intercessere alia, ea differimus ad litteras, quibus totam actionem perscripturi sumus, quum Deo volente ultimum finem contingemus. Sperabamus autem, his divanis omnino nos iri absolutos, uti vox omnium affirmabat. Verum quia interim ex Hungaria allatum fuisse dictum est, quod validus majestatis vestrae exercitus prodiisset, quodque Zolnok esset interceptum, et obsidio Strigonium duceretur, collatoque hujusmodi motu, ad petitionem nostram tam brevem resolutam et constantem audivimus fuisse illis visum, nobis non esse ante respondendum, quam peculiari nuncio Budam secunda hujus mensis misso edocerentur, quid majestas vestra moliretur. Unde responderi nobis interim non existimamus, donec idem nuncius Buda redierit, cujus rei expectatio, etsi nobis ingrata sit, et permolesta, summae tamen dexteritati oportet nos insistere, ne illos in aliquas intemperias adigamus.

Quoniam autem nec nos ad voluntatem suam pellicere, ut vellent, possint, et occultae quaedam legationes Italicae ad optata quaedam eos erexerunt, unum hinc e Gallis in Franciam expedivere mari cum mandatis minime levibus, veremurque (ut conjicimus) regem illum eos sollicitatum misisse, ne pacem, de qua hic jam inceperunt rumores vigere, cum

Digitized by Google

caesarea et serenissimi regis Philippi majestate instauret, offerentes, se anno insequenti bellum majestati vestrae illaturos. Videnturque ideo nos hic haud dubie tamdiu primum per hiemem, mox per ver, et jam per totam etiam aestatem fumo pacis jactato detinuisse et pressisse, ut et bellum Hungaricum hoc anno evitarent, postquam illud gerere nequiverunt, et quid a rege Gallorum eis respondebitur, quemve tumultus Italici exitum contra majestatem caesaream et serenissimum regem Philippum sortientur, cognoverint. Nam illum Turturinum quoque Gernuensium clancularium nuncium, de quo aliis plura scripsimus, ad Septembrem huc rediturum ajunt, ubi nimirum res sibi creditas, et quae fieri interhos et illos oportebit. quibus operam navat, maturuerit. Nec de his in praesentia plura, nisi quod nos solito more litteras crebro ad majestatem vestram damus, ab ea vero non plures, quam binae postremo, alterae Ratisbona, alterae Praga, nobis sunt redditae. Quod quidem eo significamus, ut, si majestas vestra quoque saepius scripserit, dignetur scire, eas ad nos non fuisse perlatas. Quam Deus etc Constantinopoli VIII. Julii MDLVII.

LXXX.

Taxis Rogernak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius Zay al signor Roggiero de Tassis.

1557 jul. 8. Queste altre nostre, pregamo che parimente vestra signoria habbia raccommandate, accio con prestezza possino marciare verso la corte de soa magiestà, nostro signore. Ne ci è altro de quì sequito puoi altre nostre di sopra ultimamente scritte, suol

Digitized by Google

che ancora costori ne dimoraranno qualche giorno, segondo compiendemo alli andamenti loro. Del che Signor Iddio soà lodato. E vostra signoria sarà contenta di sollicitare il modo, come già per inante ne scrisse, aciò li amici nostri Scaramelli siano pagati e sodisfatti delli presenti danari, che da essi havemo havuti, e con queste vi indirizamo li dua cambii, uno delli ducati duo millia per uso di Veranzio e Zay tolti, e l'altro delli otto centa nonantaquatro, li quali tutti tre semo stà astretti di sborsare per la liberazione del nostro dragomano, li quali perho sono in gran periculo, che non smariscano, si come ancora esso dragomano non havemo puotuto liberar da caso. E ciò sarà non suolamente al nostro commodo, ne ancora al honor de soa magiestà, quando non si mancherà alli detti amici, cari veramente in questo luoco e nel presente tempo. Delle suoi lettere similimente la pregamo, che ne voglia far participe ogni spazzo, si ben non ci sarano di quelle de soa magiestà, che d'altronde nulla habiamo. State sano. Da Constantinopoli nel Lujo MDLVII.

LXXXI.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Ad majestatem regiam Verancius, Zay et Augerius.

Ad 22. diem Julii orator Galli, qui hic reside-1557. aug. 4
bat, proximoque Martio priori successerat, subita expeditione profectus est in Galliam, de cujus profectione varia hominum fuere judicia. Alii missum fuisse ab hoc principe, alii non, sed sua sponte suaque privata causa motum, accepto commeatu recessisse. Quoniam autem per eos dies latentibus authoribus (ne-

Digitized by Google

scimus) quid de tractatu seriae pacis summi Pontificis et Galli cum serenissimo Philippo rege allatum fuerat, ea non incerta, late jam vigente fama, vires ejusdem Philippi regis et in Gallia apud Picardos, et in Italia tam in Brutiis quam in Insubribus esse superiores, judicarunt initio multi, eundem oratorem jam in occulto satis habere persuasum, eam pacem indubie successuram, et voluisse libertatis suae causa mature sese hinc subduxisse, ne forte hic eum ipsius pacis confirmatio deprehendisset. Postea tamen re diligentius a pluribus rimata et perspecta, illud tandem omnibus creditum est: missum fuisse ab hoc principe ad ipsam pacem perturbandam, quod ea magnopere sollicitaretur et esset anxius. Promissa enim ei regi ad insequentem annum expeditione sua in Hungariam, et in Italiam classe, quantum maximam facere poterit, conatus est eum totis viribus a memoratae pacis consilio revocare.

Venerant sub hoc tempus et a regina atque ejus filio nuncii, Lippam ac Temesvarum, limites eis adhuc eo tunc ad Transsylvaniam adjunctos, quando exacti sunt Buda, postulantes. Quibus respondere passae: Revera ea duo loca fuisse illis initio in possessionem cum Transsylvania attributa, eadem tamen quum sua culpa postmodum amisissent, principem eorum denuo ab hostibus, et negotio et detrimento suorum militum non exiguo recuperasse tenereque, et eos non ignorare. Verum irent, et Giulam caperent quemadmodum cepere Varadinum. Postea visurum eundem principem, quid erit sibi hac de petitione illorum faciundum. In ejus siquidem potestate esse eadem loca illis et reddere et non reddere, et tametsi summa et benignitate et munificentia praestet,

Digitized by Google

nescire tamen se, quid tunc demum sit facturus. Tristes hoc responso et apparenter indignati, non sine testibus nuncii, auditum est, eos dixisse recedentes: duos fuisse, qui illos ea spe limitum replevissent, Gallum et hunc principem, eaque fiducia non solum reginam cum filio in Transsylvaniam redire illectos, sed etiam Transsylvanos ad eos recipiendum inductos, potissimum tamen authore Gallo; caeterum quia jam de promissione alterius dudum desperassent, hoc nominato principe, brevi se alterum quoque, videlicet Gallum tentaturos, num promissorum meminerit. Quibus si ipse quoque satisfacere aut non potuerit aut noluerit, certum est Transsylvanos sententiam mutaturos. Ex quo quid suspicari possit, majestatis vestrae est et judicii et censurae.

Nos autem (ut jam ad actionem muneris nostri veniamus) prima die hujus mensis, quum nunciassemus passae Hruztano, vellet jam tandem ultimae expeditionis nostrae serio curam assumere scireque, quod haec tam diuturna tamque indebita nostra hic detentio communibus rebus nullum esset commodum allatura, ea ipsa die privatim nos accersivit. Ubi non longa praefatione usus, hanc nobis expeditionem fecit: Voluntatem esse sui principis, ut majestas vestra primo quoque tempore deductis ex arce Zigeth munitionibus ac praesidio, eandem quoque demoliatur et solo aequet, simulque ut et duorum annorum honorarium munus, quod pendendum restat, ad Portam ejus mittat, et deinceps quod annuatim pendendum erit, augeat, sic demum eundem suum principem majestati vestrae eam Hungariae partem, positis inter se et illam limitibus, permissurum, quam in praesentia teneret, secumque perpetuam pacem his conditioni-

Digitized by Google

bus facturum, quibus priorem fecerat, duoque nostrum, Verancius et Zay, majestatem vestram de his edocturi, redirent, Augerius vero hic remaneret, caetera, quae interim consequerentur, tractaturus.

Hac expeditione nos omnes, ut quae videretur minus esse ex sententia et mandato majestatis vestrae, non contenti, primum omnium de positione limitum clarius informari voluimus, ut postea nos etiam pari ratione clarius eidem explicaremus, quosnam limites majestas vestra quoque requireret, et quid esset sensura de tollendo Zigeto. Interrogato itaque, quibus locis et cujusmodi essent limites posituri, respondit: Permissis omnibus in potestate vestrae majestatis, quae hoc tempore possideret et in manu sua haberet, visuros de his postmodum utriusque partis commissarios, viros primates, bonos et regni peritos.

Tum nos de duorum alterutro solliciti, vel de pace nimirum honesta et resoluta, vel de dimissione expedita, quia non explicaverat, quod nos optabamus et res postulabat, diximus, principem ejus, de honoraria duorum annorum intermissa pensione, deque ordinaria, quae in posterum esset futura annua, non oportere esse sollicitum, si modo eam pacem cum majestate vestra confecerit, quae decens, aequa et constans fuerit. Verum meminisse ipsum passam, sic principem suum Joannis filio Transsylvaniam reddi a majestate vestra voluisse, ut quicquid Hungariae extra Transsylvaniam esset, exceptis his, quae magnitudo ejus obtineret, id vicissim majestatis vestrae ditionis ac juris censeretur, et pacifice, uti antea, possideret. Quare nunc etiam alia majestatem vestram ab ejus magnitudine non exigere, quam haec ipsa, in quibus Cassoviam, Monkach, Huzth, Varadinum, Giulam, et

Digitized by Google

alia plura loca, quae per eas regni partes, induciarum hoc tempore in controversiam attracta, partimque adempta, partim infesta obsessaque, hostilitate tenerentur, intelligit. Eaque causa instare nos pro gratiore expeditione, scientes, majestatem vestram nulla ratione Zigethum sublaturam, nec hujusmodi conditionibus contentam fore, nisi et Zigethum suo loco salvum permanebit, et de Cassovia Giulaque et aliis supramemoratis locis aequum responsum acceperit. Quum interim nec Verancius cum Zay sint hujusmodi ad majestatem vestram conditionem pacis perlaturi nisi coacti, ut quam eidem non placituram; nolentes et hic vanam aliquam spem illis relinquere, rem forte fortuna majestati vestrae ratam fore; et ad eandem inaniora vento deferre, unde et honoris sui detrimentum facere, et gratiam ejusdem offendere potuissent.

Simili modo Augerius quoque id displicere sibi declaravit, quod scilicet hac ratione dividere nos non deberent, pace scilicet pendente et adhuc incerta, idque expresse fieri contra mandatum vestrae majestatis, quum pace facta, non esset officium detrectaturus, ut a majestate vestra injunctum sibi atque impositum; caeterum si optatiorem expeditionem facturi non essent nobis, se quoque cum collegis missionem postulare, sin ea sibi negaretur, solenniter protestaturum in divano et nunc etiam protestari, hic se imposterum non aliter quam coacte et praeter omnem suam voluntatem remansurum, qnae autem essent reliqua, a collegis non dissensurum.

Passa tum summa comitate et familiariter Augerium alloquutus, ut aequo animo apud hunc principem per hoc tempus non gravaretur remanere, omnia illi tum libera tum secura fore, seque in amicum,

Digitized by Google

plus quam germanum pollicens, iterum atque iterum cohortatus est: ne ejus consilio, atque huic paci, quam ipse (per caput suum jurando) insciis reliquis passis, non sine negotio et sollicitudine sua, opera vero mulierum ab hoc principe impetrasset, refragaremur, belli jam jam impendentis ante daremus causam, quam has ipsas conditiones pacis Verancius et Zay ad majestatem vestram detulissent. Omnes omnino totis viribus urgebamus eum, ut aequiora nobis panderet; plusculumque ibidem in deliberatione cunctati, quod ita subito ad assentiendum expeditioni hujusmodi nequiveramus induci, dimisit nos, in alium congressum re dilata, nobis haud quaquam invitis, quia interpretem latinum non habueramus, sed hungarum, quem passa clam polono adesse jusserat, sua quadam latenti causa, qui quidem quanto usui erat passae, tanto nostro non erat, quod Augerius illum non intelligebat, nec ejus opera uti potuerat, quando maxime debuerat.

Hoc tamen biduo, habita cura de latino, eoque solito nostro interprete, denuo passam adibimus, ubi clarius acto negotio tam de Zigetho, quam de reliquis locis supramemoratis, dabimus operam, ut singillatim ad illud totum (quod jam in regno vestrae majestatl obtulerunt) de his etiam particularibus intelligamus plenioremque informationem ad majestatem vestram perferamus. Nec id existimavimus nisi necessario et opportune nos facturos, quandoquidem ipsa res et ad conclusionem coeperit jam appropinquare, et potestati vestrae majestatis proponitur ad eligendum, quod voluerit. Eoque animo et Verancius et Zay sunt, ut hanc facultatem redeundi, etiam quicquid in posterum passae responderint, non intermittant,

Digitized by Google

quum ob mandatum postremum vestrae majestatis, tum ne in aliquas novas horum pedicas incidant pertinacia minime utili. Et interim postquam sic Turca velit, ne hic legatus vestrae majestati in omnem eventum desit, et ex iis, qui redibunt, majus fortasse domi commodum percipietur, quam si diutius tanto cum comitatu apud hos frustra tenerentur : quum alioqui et inposterum omni tempore laborare et periclitari pro voluntate vestrae majestatis, nunquam siat defuturi.

Verum hoc tempore intervenit etiam orator Persae, qui nudius tertius Constantinopolim intravit, magnusque sermo est, non prius hos de industria expeditionem nobis facere voluisse, quam ipse appulisset, quod ipsorum fortasse quippiam interesse putarint, sic fieri debuisse. Nos et si Amasianum fere tempus ob oculos habeamus, consideremusque, quod in utramque partem posset accidere, habito tamen mandato vestrae majestatis, finem re etiam infecta, his nostris actionibus imponendi, discrimen experiri in negotio prorsus ignoto et dubio non sumus ausi. Quum alioqui vix quisquam est, qui eum principem arma contra hunc moturum existimet, donec sedere eum domi intellexerit. Nam seniorem Persam procul dubio paci esse studiosum, non obscure ferunt, filium vero belli, sed eum longe ultra Parthiam abesse, ibidemque cum finitimis assidue concertare, nullumque patri morem gerere. Quicquid tamen hoc interim cum oratore Persae tractabitur, post discessum Verancii et Zay sedulo curaturum Augerium Deus etc. Datae Constantinopoli 4. Augusti MDLVII.

Digitized by Google

LXXXII.

Lenkovics Jánosnak Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius Joanni Lenkovith.

1557. aug. 12. Pro duobus quibusdam Judaeis Salomone et Jacobo Constantinopolitanis, quos dominatio vestra magnifica habuerat captivos, proximeque huc ad suos, pacto cum eis pretio redemptionis, ad sponsionem Ambrosii Vukovith suae majestatis regiae subditi et praesentis magnifici domini aggae janizerorum genitoris, dimisit liberos, idem dominus agga mittit nunc ad dominationem vestram magnificam per Lucam patrem suum et speciales alios quosdam homines in sortem redemptionis eorundem Judaeorum equos et certas alias res, juxta voluntatem et petitionem vestrae magnificae dominationis. Qui quidem equi et res aliae si suo valore summam redemptionis praefatam expleverint, cupit genitorem suum sponsione liberari, sin minus, offert se reliquum quoque haud ita multo post, quod ad integrum supplementum pertinuerit, summissurum, ubi primum de defectu eadem dominatio vestra magnifica faciet illum certiorem. Rogat nihilominus interim, ut idem ejus genitor denuo sponsione non retineatur, nec aliqua in parte sui aut suarum rerum molestetur, quin potius, ut illum insuper ob respectum ejus benevolenter habeat commendatum. Quod quidem omni se ait amicitia atque officio gratitudinis eidem compensaturum, actis insuper gratiis, quod suos fratres ad

Digitized by Google

eum venire permiserit. Nos vero ad hujus rei commendationem requisiti, vestram magnificam dominationem rogamus, ut velit nostra etiam nonnihil causa ejusdem domini aggae voluntati gratificări, quantum vestrae magnificae dominationis quum voluntati tum aliorum rerum suarum rationi non adversabitur. Bene et feliciter valeat Datae Constantinopoli 12. Augusti MDLVII.

LXXXIII.

A királyi felségnek Verancsics, Zay és Busbeck.

Verancius, Zay et Augerius majestati regiae.

Duo ex nobis, Verancius et Zay, dimissi sumus 1557. Aug. 17. ad majestatem vestram cum ea nimirum relatione, ut majestas vestra quae in Hungaria hoc tempore possideat, teneat et hic princeps similiter; caeterum ut Zigeth arcem omnio demoliri faciat, locumque ejus destituat, et sic demum missis huc duorum annorum honorariis muneribus, quae erant intermissa, de reliqua pace deque annuo imposterum solvendo honorario munere transigatur.

Quae conditio, quoniam de Giula, de Varadino, et de rebellibus ne loqui nos quidem patiuntur, volentes majestatem vestram prorsus ab his abstinere, quaecumque in sua et suorum potestate existant: non videmus, quam sit huic ipsi conditioni vel gratulandum vel innitendum; et quia nihil juxta vestrae majestatis optata extorquere potuimus, cum his duo nos revertemur, cum quibus redire noluerimus, reservantes explanationem omnium ad reditum nostrum, quae nunc hoc discessu nostro distracti minime explanare

Digitized by Google

potuimus. Res autem tales sunt, quae maximam exigunt considerationem.

Hunc vero cursorem, quod tam raptim cum his litteris nostris ad majestatem vestram praemiserimus, passa jussit, qui vellet, ut omnino statim his intellectis, majestas vestra arma deponeret, et quietos fines esse juberet.

Nos autem ne fuissemus visi eidem passae reluctari voluisse, morem ei gessimus. Verum ea sententia non sumus, ut majestas vestra huic eorum fuco eredat, seque ac fines suos exarmet (esto quod grassationes fieri prohibuerit), donec nos aderimus et totum actionis hujus nostrae progressum rationemque ac exitum exponemus, maturaturi summo studio, ut quam celerrime advolemus.

Ne demum simile quiddam nobis quoque Verancio et Zay accidat, uti Malvezio acciderat, majestati vestrae supplicamus, dignetur finitimis mandare, ne quid ab eorum hominibus incommodi accipiamus. Nec his aliud adjicimus, quam quo tempore has dedimus eidem cursori, nos quoque Verancius et Zay eodem hinc movimus. Deus Optimus Maximus conservet eandem et liberos suos, dominos nostros clementissimos. Datae Constantinopoli 17. Augusti MDLVII.

LXXXIV.

Verancsicsnak és Zaynak a király.

Reverendo Antonio Verantio, episcopo Quinque-Ecclesiensi, consiliario nostro, ac egregio Francisco Zay, nazadistarum nostrorum supremo capitaneo, oratoribus nostris apud imperatorem Turcarum etc. fidelibus nobis dilectis.

Digitized by Google

Ferdinandus divina favente clementia, Romano- 1557 sept. 28.
rum, Hungariae, Bohemiae, etc. rex semper augustus etc.

Reverende, et egregie, fideles nobis dilecti. — Committimus vobis, ut postquam isthuc Comaromium, ex itinere isto vestro appuleritis, adventum eo vestrum fideli nostro spectabili et magnifico comiti Thomae de Nadasd, regni nostri Hungariae palatino, etc. nunc ad Jaurinum, cum exercitu nostro in castris existenti, nulla interposita mora, ad scitum detis, ac vos, relictis istic impedimentis vestris, quae vobiscum affertis, ambo statim in curru kochy huc ad nos festinetis, ut nos hic, intellectis a vobis omnibus negotiis, de toto statu rerum coram uberius tractare possimus. Secus non facturi. Datum Viennae vigesima octava die Septembris anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo. Ferdinand m. p. Nicolaus Olahus Strigoniensis A. m. p. Joannes Listhius m. p.

LXXXV.

Verancsicsnak és Zaynak a király.

Reverendo, ac magnifico, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verantio, episcopo Quinque-Ecclesiensi et praeposito Pornensi, ac Francisco Zay de Chemor, generali nazadistarum nostrorum capitaneo, consiliariis, oratoribus nostris.

Ferdinandus, divina favente clementia, Romano- 1557. oct. 16.
norum, Hungariae, Bohemiae, rex semper augustus etc.

Digitized by Google

Reverende, magnifice, fideles nobis dilecti. Redditae nobis sunt litterae vestrae de XIV. praesentis mensis datae, et inde cognovimus, vos cupere informari, quid vobis sit agendum de quatuor illis Turcis, quos passa vobis adjunxit, ut vos huc ad nos comitarentur? Itaque vobis benigne committimus, ut eos vobiscum huc adducatis, executuri in eo benegratam atque expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna die XVI. mensis Octobris anno Domini MDLVII. regnorum nostrorum, Romani XXVII. aliorum vero XXXI. Ferdinand m. p. Ad mandatum saerae regiae majestatis proprium J. Jonas D. vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

LXXXVI.

Ferdinánd királynak Verancsics és Zay.

Summa successus ultimae actionis legatorum: Antonii Verancii, Francisci Zay et Augerii a Busbecche apud principem Turcarum Zoleimanum habitae. 1557. mense Augusto.

Ad sacratissimam regiam majestatem dominum suum clementissimum.

Ea duo nos, sacratissime et serenissime rex, Antonius Verancius et Franciscus Zay, exposituri majestati vestrae hoc nostro reditu, quae apud principem Turcarum Zuleimanum et passas ejus cum collega nostro magistro Augerio a Busbecche ultima id temporis actione egerimus, singillatim omnia suo ordine referemus, idque hoc praesenti scripto, ut cuncta vestrae majestati et plenius et facilius constent, quam si oretenus referrentur. Habuit enim eadem actio plu-

Digitized by Google

rimum et contentionis, difficultatisque, et omnis ejus ratio videtur esse diligenter expendenda.

Quare, quum idem Turcarum princeps Adrianopoli Constantinopolim superiori Junio remigrasset, eam solam nos sollicite curam habuimus, ut, quae postremo ad nos majestas vestra per Michaelem Molnar tabellarium suum mandata dederat, sine omni mora exequeremur. Jam enim ab adventu ejusdem tabellarii quatuor menses praeterierant, quibus nihil egeramus, verebamurque, nostrae negligentiae iri imputatum, quicquid passae sua fortasse peculiari quapiam opportunitate, et majestatis vestrae incommodo dedita opera differebant. Eos itaque ubi primum assequuti sumus, et connivere jam ad petitiones nostras de actione aggredienda nequivere, initio omnium aditum ad Hruztanum passam postulavimus, ut ei tam de suo, quam de principis sui salvo reditu, pro legatorum officio, gratularemur, habentes interim constitutum, ut eidem rem quoque nostram cum dexteritate in memoriam revocaremus, et ejus finem totis viribus juxta mandatum urgeremus. Sic tandem Junii ejusdem IX. quum appulisset tertia duos potiores interpretes publicos Ibraimum Polonum, et Ferhattum Hungarum ad nos misit, qui quum plura et varia nobiscum contulissent, captati fortasse initio quippiam de his (uti plane apparebat), quae ad agendum haberemus, subdidere tandem, passam nunciasse, de aditu ad se nos non laboraturos, quippe qui nobis semper pateret. Si quid tamen novi ad tractandum haberemus, significaremus illi; sin minus, frustra nos eum cum veteribus adituros, quae dudum intellecta probe tenerent.

Tum nos haud difficili consideratione assequuti, quorsum hujusmodi jacularentur, quove res etiam

Digitized by Google

nostra esset evasura, si quae ad ipsum passam Hruztanum privatim, publiceque ad omnes caeteros coram agitanda haberemus, ea non a nobis, sed ab internunciis, hominibusque non nostris sed eorum cognovissent, renunciavimus: Constitisse ei his etiam postremis a majestate vestra allatis litteris, ita nos hoc tempore esse ejusdem oratores, ut a principio fueramus, habereque eodem modo, quod agamus nunc in hoc pacis negotio, ut hactenus per totum ejus cursum habuimus. Eaque causa, quia nos ad magnitudinem hujus principis, et ad ipsos dominos ejus passas summos vezirios, quorum ipse Hruztanus principatum teneret, missi sumus et non ad alios, optaremus ad eos deduci, ut coram audiremur non autem per internuncios.

Visum autem est, sic ei esse respondendum, quia saepius ante adventum Michaelis Molnar dictitaverat: nos veteres esse oratores, nec jam quicquam necessariorum mandatorum habere, oportereque majestatem vestram adhuc alium quempiam oratorem mittere, et sub mittere opportuniora ad pacem componendam mandata.

Die tum postero, quae fuit X. Junii, quum fuisset passa his assensus, privatim nos admisit Ubi gratulationis officio perfuncti, hujusmodi eum compendio alioquuti sumus: Quoniam dudum ejus dominatio perlegerit, quae proxime ad nos majestas vestra scripsit, existimare nos, ea non esse jam denuo repetenda, et duo tantum majestatem vestram his litteris declarare voluisse: alterum, quod majestas vestra etiam nunc eodem esset pacis atque amicitiae hujus principis desiderio, quo jam fuit ab integro quadriennio, alterum, quod ea omnia eidem vestrae majestati placuissent, grataque et rata essent, quaecunque nos ad hoc tempus cum illis apud eorum principem egissemus, age-

Digitized by Google

musque etiam imposterum, donec tota res finem sortiretur. Postremo, quia quae ad hanc ipsam pacem componendam, quantum ad partes majestatis vestrae attineret, honesteque et commode pro utrisque fieri posset, satis abunde eis exposuerimus, nullo adhuc responso habito, nunc ad postremum jussos esse, ut responderi nobis curaremus, adjectis ad haec etiam aliis quibusdam, praesertim vero de fiducia vestrae majestatis, quam in eodem passa haberet, ostentati accuratius, totam rem in ipso esse collocatam, ab eoque exspectari omnia, conciliantes utique hominem nostrae causae. Nihil alioqui interim omittentes, quod ad tuendam, fortiterque eandem promovendam nos *) convenerit.

Quae ad haec passa respondit, vultu satis placido minimeque turbulento, ea paucis cursimque fuere dicta, monitis nobis adhuc initio congressus, ut eo tum essemus breviores, quod nobis auditis, arduum quodpiam negotium illi incumberet, nec vacare diu nobis posset; quae tamen attigit, ea hujusmodi fuere, notatu sane non indigna: Jam diu nobis, si meminerimus, esse responsum, nihil videlicet principem eorum, hoc etiam tempore majestati, vestrae in Hungaria permissurum, quae ad Budam regno antea integro pertinuisse constarent, nosque ea causa, omni prorsus cura Hungariae posthabita, his jam de rebus ageremus, quae Austriam, Moraviam, et alias vestrae majestatis provincias, Hungariae vicinas concernerent, si ejus pace atque amicitia frui vellemus. Quumque illi hoc ipsius orationis contextu nos quoque daremus responsa, digna fide atque offiicio nostro, et qualia ab eo proposita merebantur, haudquaquam suc-

*) Kimaradt, úgy látszik, „agere," vagy más rokon értelmü szó.

Digitized by Google

cumbendo, intulit non omnino sine aliqua latente malique animi energia: esse Augerium Alemanum hominem, nec mirari se, quod rem vestrae majestatis tantopere, tamque fortiter tueretur. Verum duos collegas ejus reliquos, Verancium et Zay etiam indigne, minusque recte agere, quod quum ipsi essent Hungari, subactique a suo principe cum caeteris Hungaris forent, idipsum tamen agere pergerent, quod Augerius, nec agnoscerent se se ipsius sui principis mancipia.

Ad haec nos quoque quod opportune potuissemus respondere, et si non deerat, ne quid tamen perturbationis attulissemus publico negotio, praesertim id temporis, quando jam nobis tota res in ipso cardine versaretur, temperavimus atque ei sic respondimus: Satis nos bene intelligere, quinam essemus, caeterum ea tantum agere, quae ab rege nostro in mandatis haberemus, quae sciremus esse nostri muneris. Quibus ipse non admodum attente exauditis, nisi forte simulaverat, subjecit, se nihil tandem his ex verbis nostris percepisse aliud, quam quod redeundi potestatem peteremus, de quo postea plura esset nobiscum loquuturus; hisque dictis, abitum nobis manu demonstravit, nosque ab eo recessimus, satis dubii, quemnam esset res nostra finem habitura. Quumque postea plures dies, sedentibus nobis inaniter elabi incepissent, nec quicquam omnino intelligeremus, quid essent acturi, haud dubie denuo nos diutius neglecturos, et rem novis dilationibus, silentio nobis imposito, suspensuros arbitrati sumus, quamquam alioqui non destitimus interim, quotidie fere cum antedictis interpretibus dedita opera expostulare, ut per eos querelae nostrae deferrentur; sed quum hac ratione parum proficeremus.

Digitized by Google

ejusmodi in divanum ad eosdem passas die Junii XX. scripto destinavimus: nimirum quoniam duo jam menses essent ab adventu tabellarii vestrae majestatis, quem optaverant, nec adhuc tamen ab ipsis producti fuissemus ad agenda, quae hoc praesenti tempore officium nostruin postularet: valde nos metuere, nequid nobis aequaliter, tam ab ipsis passis, quam a vestra majestate imputetur, si diutius inaniter siluerimus, remque ac finem legationis nostrae curare neglexerimus. Eos propterea rogare nos magnopere, velint jam tandem adeundi sese facultatem facere, ut quae haberemus cum illis ad agendum, ea tempestive ageremus et transigeremus, ne si sub hac dilatione et mora inopinatum quippiam apud confinia emergeret, omnis primum in nos ministros, deinde in ipsam majestatem vestram, regem ac dominum nostrum, culpa conferretur. Nec frustra, quod putamus, usi hoc stimulo, XXVIII. dicti Junii, jam prope nihil sperantes tale, passa nos in curiam cum munere, de quo proximis litteris scripsimus, venire jussit, nuncians quod ad principem quoque esset nos deducturus.

Profecti itaque in curiam, munereque eodem pro decore ac dignitate majestatis vestrae illato, primum passas, pro more gentis convenimus, hujusmodique ad eos verba habuimus: quamdiu videlicet, quamque diligenter, sincereque majestas vestra perseveraverit hactenus in desiderio et petitione pacis hujus eorum principis, satis jam abunde universo orbi cognitum esse, nedum ipsis passis atque ipsorum principi. Ideoque, quia majestas vestra semper, ad hoc usque tempus, frustrata fuerit hujusmodi desiderio et petitione sua sane quam sincera et candida, nec jam eandem posse diutius pendere dubiam, inter praefatae

Digitized by Google

pacis spem et desperationem, nunc postremo tandem certior fieri per nos decrevisse, si sit memoratam pacem habitura, nec ne. Misso huc potissimum hac de causa praesenti etiam nuncio suo cum litteris, firmissime mandatum nobis, ut si eo modo dicta pax majestati vestrae non concederetur, qui modus saepe jam numero a nobis fuisset ipsis declaratus, etiam non impetrata ipsa pace, dimissionem peteremus, et rediremus omnes. Nosque volentes hujusmodi vestrae majestatis obedire mandatis, haec omni cum honore et reverentia eis exponere, rogantes, ut pacem eorum principe nulla ratione concedere volente, vellent saltem ipsi passae petitionem nostram deferre ad ejus magnitudinem, nostroque apud eandem nomine intercedere, ut juxta salvum conductum, verbo suo pro nobis vestrae majestati datum, dignaretur tandem nos absolvere, et dimitti benigne facere, ne hic diutius, hac inutili mora tempus atque operam consumentes, domi etiam majestatem vestram gravissime offenderemus.

Tum Hruztanus: mirari se, inquit, quod quum diu jam continenter ab eis audiamus, principem eorum nihil prorsus in regno Hungariae majestati vestrae velle concedere, quaecunque antea pertinuere ad Budam, de hoc tamen nos nondum cessasse loqui. Ubinam aliquando vel legerimus vel viderimus, elapsorum temporum principes devicta regna atque provincias hostibus possidenda remisisse? vosque quonam pacto imperatoris nostri quaeritis amicitiam, qui regnum gladio ejus acquisitum, et vestigio equi percalcatum, vestro jure, vestraque potestate contenditis retinere; aliaque id genus plura, brevi in fine cohortatione adhibita, ut perspiceremus bene ea, quae

Digitized by Google

nobis dicerentur, illud haud dubie innuendo et inculcando, ut pacem pro ipsius atque ejus principis arbitratu et quaereremus et acciperemus.

Ad quae nos vitando ea, ex quibus novae et prolixae disceptationes duci possent, quum nihil prope jam sit relictum nobis, quod cum eis de Hungaricis rebus toties non excusserimus, paucis respondimus: majestatem vestram jam inde a penetrata eorum principis in Hungariam potentia, eodem principe non invito, libenter et pacifice prius viciniae causa per amicitiam tantum, deinde per foedera, muneraque honoraria Hungariam tenuisse. Saepe etiam postmodum, eundem eorum principem tum nunciis, tum litteris suis liberam facultatem majestati vestrae fecisse, ipsam Hungariam possidendi, uti eam ad hoc usque tempus possedit, et modo etiam possidet, si Transsylvaniam Joannis filio, pro ejus magnitudinis voluntate concessisset. Nunc igitur concessa eidem filio Transsylvania, non quidem alia causa, quam duntaxat, ut magnitudini suae gratificaretur, cur in eadem Hungaria majestas vestra imposterum quoque jure non permanere possit? aut quam honeste, quamve juste ex ea detrudi debeat? praesertim quum nos quoque non ullo alio nomine huc transmitti voluerit, quam ut vobiscum apud suam magnitudinem tractaremus, et conficeremus memoratae jam toties pacis reconciliationem, quantum videlicet ad ipsius Hungariae rationes attineret; vestram demum majestatem non esse ejus magnitudini hostem, idque jam quadrienni pacis petitione toti mundo palam fecisse, et eos ac eorum principem non ignorare. Caeterum hoc etiam apertius eandem majestatem vestram testificari, ab amicitia magnitudinis ejus recedendi animum non habere, quod

Digitized by Google

illius munificentia uti desiderat atque contendit, non aliter ab hoc suo studio et voluntate recessura, quam coacta.

Eotum subjiciente quaedam magis tumultuarie et cursim, quod ad principem ingredi omnes una festinabant, nosque videbant perstare in proposito, dixit, majestatem vestram omnes causas porrexisse atque in dies porrigere, propter quas eorum principem non haberet amicum ex sententia, quippe cujus voluntati necdum sese accomodare vellet.

Subjunximus, nullas hactenus majestatem vestram belli causas illis porrexisse, viaque armorum quicquid superiori tempore visa est attentasse, id et se et sua defendendi causa fecisse, non consilio laedendi aliena; quantum autem curavit accomodare sese voluntati ejus magnitudinis, ex cessione primum Transsylvaniae constare, deinde ex eo etiam clarissimum esse, quod hoc quoque tempore assidua finitimorum eorum hostilitate infestata atque ad arma provocata, a voluntate tamen et petitione pacis atque amicitiae ejus magnitudinis nondum destitisset. Hisque de causis facile ea vestrae majestati ab ejus magnitudine posse concedi, quae postulat, nimirum, ut in illa regni parte conservetur adusque Transsylvaniae limites, in qua permansit hactenus. Magnitudinem eorum principis ad caeterarum victoriarum praeconia, quae hucusque armis obtinuit, fore gloriosiorem munificentia, et maximo suo tum honori, tum commodo facturam, si hinc Joannis filio in altero terrae pugno collocato, hinc in altero majestate vestra permissa, aeque utrumque amicum sibi confirmandum censuerit.

Ad quae nullo firmo responso dato, surrexerunt,

Digitized by Google

nosque ad principem deduxere. Apud quem, quum habuissemus loquendi potestatem, saepe ante expetitam, hoc tempore summe etiam opportunam, quo principem ipsimet per nos de summa totius rei coram serio alloqueremur, Augerius (uti aliis nostris perscripsimus) sic ad cum verba fecit: Serenissimus rex noster, maxime et potentissime princeps, plurimam salutem et felicitatem magnitudini vestrae precatur, eidemque mittit munera, ut intelligat magnitudo vestra, neque nunc deesse voluntatem majestati suae, neque ad honorandam vestram magnitudinem defuturam. Petit autem majestas sua a magnitudine vestra bonam pacem et amicitiam, et ut quemadmodum majestas sua primo voto magnitudinis vestrae Transsylvaniam libenter concedit filio Joannis regis, sic e contra magnitudo vestra reliquam Hungariam sub annuo munere honorario majestati suae concedere non gravetur. Nihil enim tam magnum est, quod majestas sua a tanto et tam magnanimo principe impetraturam se non confidat, quod si tamen id obtineri non possit, quandoquidem aliud, quod amplius agamus nos non habemus, tunc summo studio rogamus, ut saltem magnitudo vestra nos oratores salvos et incolumes ad regem, dominum nostrum, et in patriam diu desideratam redire permittat, secundum morem omnium gentium, secundum salvum conductum magnitudinis vestrae, et ejusdem magnitudinis vestrae laudatissimam consuetudinem.

Quae quum summa attentione, mitique et ad benevolentiam quandam, vix unquam alias ita vultu erga nos composito, audisset, lappareretque, quod plura etiam loqui nos, si voluissemus, fuisset passus, nos tamen veriti, secus eam nobis audientiam successuram, memores

Digitized by Google

Amasianae nimis severae ac tetricae, quod praesertim ne nunc quoque illius votis essemus morem gesturi, passurique in ejus voluntatem pertrahi, nudam rem, eamque paucis comprehendendam nobis esse duximus. Quamquam quaecunque alia his adjecissemus, verba tantum et phalerae extitissent, quae quidem, quum apud hos nullum locum soleant obtinere, quae eis adversantur, ne umbram quoque eidem scilicet rei adjicere voluimus, ut simplicitate sua efficacius animo ejus, quod vellemus, inhaesisset. Sic demum et peroratione nostra et relatione interpretis admodum benigniter expectata, paucis respondit, visurum se scilicet et responsurum nobis.

Die post quinta, quae fuit Julii III. ad Hruztanum passam accersiti sumus, ubi nobiscum modeste, placideque horam ferme integram colloquutus, eam tandem conditionem pacis, quam superioribus litteris nostris de Agria, Palota et Zigetho attigimus, non sine quodam artificio, prius per varia divagatus proposuit, sumpto ab his verbis exordio: Si videlicet sic esset, quod majestas vestra tantam in ejus opera atque amicitia fiduciam haberet, quantam nos diu jam eandem habere saepenumero testati sumus ac testaremur etiam tunc, par quidem esse, ut etiam consilio ipsius uteretur, nosque pariter acquiesceremus, si rite utilitati ejusdem vestrae majestatis prospiceremus; aliaque id genus coetera, quae quum litteris nostris superioribus latius complexi sumus, hic esse repetenda non duximus, utpote jam abunde cognita; verum accuratius tunc, quod non scripseramus, nobiscum de nobis questus, per duritiem nimirum nostram stetisse, quominus hactenus de pace quicquam conclusum fuerit, quippe qui nunquam bene monenti assentiri volue-

Digitized by Google

rimus, in eas tandem erupit minas, ut imperatorem eorum anno insequenti cum tota sua potentia exspectaremus in Hungaria, nisi conditionem his de tribus locis, saepe jam nominatis, acciperemus, idque nobis esse faciendum, quod ipse suaderet, si saperemus, et commodis tum vestrae majestatis, tum subditorum suorum quieti, securitatique consulere satageremus.

Cui nos de industria responso ad bellicas minas non dilatato, vitantes contentionem, saepe jam frustra cum illis habitam, sed in Deum rejecto illius exitu, cujus providentia res etiam Christianae regerentur et sustentarentur, subjunximus, neminem melius commoda vestrae majestatis ac subditorum suorum quietem securitatemque cognoscere ipsa vestra majestate, et subditis ejus, nosque in obeundis mandatis domini ac regis nostri non debere eodem velle esse sapientiores, sed tantum et sapere, scireque ac praesumere quantum intelligeremus esse ejus voluntatis. Ut autem et subditi vestrae majestatis, qui illam in regem suum elegerunt, fidei, regiminique illius sese ultro publicis votis subdiderunt, vicissimque majestas vestra eisdem omnem ex sese tutelam, libertatemque vetusto jure gentis concedi solitam repromiserit, ita certe non aliam et subditos vestrae majestatis quietem securitatemque agnoscere, firmamque judicare, quam qua sub christiano principe suo frui possint. Hincque fieri, quod nec majestas vestra fideles suos subditos ulla ratione honeste queat deserere, nec eandem iidem sui subditi, qui sacramenti datae fidei meminerunt, accepta autem a majestate vestra Agria, Palota, Zigeto, et haec intra loca eidem limite posito, quid hoc esset aliud, quam tota excessisse Hungaria, nempe quando ex urbe Viennensi, et fines di-

Digitized by Google

tionis, sibi factae reliquae, quotidie facile cerneret, et uno sagittae ictu pertingeret? quod majestatem suam facere, quam sit absurdum, vel ipsimet non ignorarent, qui tam mordicus sua retineant et tueantur, eaque causa ne nos quoque, ut voluntatis vestrae majestatis bene memores, vel cogitare de hoc, nedum loqui audere et posse.

Tum ille omissis, quae nos dixeramus, caeteris, et, quaenam inquit, ista est regis vestri electio? nonne imperator noster devicto rege Ludovico totius regni Hungariae sit factus dominus? (in quem lapidem saepissime impingunt, aegerrime ferentes, non solum esse majestatem vestram legitimum Hungariae regem, sed etiam dici) unde nos hoc etiam tempore coacti nonnulla de consuetudine et jure quorundam regnorum inter Christianos attingere, quod eis esset in eligendis regibus, adhibita obiter etiam haereditariorum ratione, edocuimus eum non jejune, tametsi paucis, jus utrumque majestatem vestram in regno Hungariae obtinere, nec eo se posse dejici sine magno et suo et serenissimorum filiorum suorum praejudicio; quo autem eadem majestas vestra in dicto regno Hungariae et jure suo et principis eorum munificentia pacifice, libereque sub annua muneris honorarii pensione permanere possit, ut permansit hactenus, ad eas majestatem vestram cum sua magnitudine conditiones descendisse, quae jam dudum a nobis, ut sufficientes et idoneae ad constituendam pacem tanto candore quaesitam, pronunciatae, locum sane merito habere a quadriennio debuissent, praesertim quum facta jam Transsylvaniae cessione Joannis filio, in ejus magnitudinis desiderium, duorum quoque annorum munus honorarium, quod belli causa, a finitimis

Digitized by Google

suis moti, erat intermissum, jam dixerimus non esse eidem magnitudini suae negaturam; videlicet si suo etiam vicissim voto ab eadem amice respondebitur.

Ad quae quum respondere diligentius velle videretur, subitoque quodam quasi furore percitus, ab duorum annorum intermissione pensionis honorariae sumpto dicendi principio, nimirum quod merito ea pensione majestas vestra obligaretur, uti debita, ejusdemque culpa a suo cursu impedita, forte beglerbegus Graeciae intervenit, inceptoque mox sermone alio, oblivione, an studio, nescimus, eum tamen ad ea vertit, quae non admodum momenti maximi, ad statum peculiariter nostrum attinerent, causa demum sciscitata cur tam solliciti, dimissionem peteremus, eo est provectus, hoc atque illud disserendo, ut inferret nihil nobis deesse, affatimqun eorum principem omne genus annonae, pabulique, et quod tum nostro, tum jumentorum nostrorum reliquo victui necessarium foret, suppeditare,et quaedam alia hujusmodi, haudquaquam conditioni illius decora, praesertim teste beglerbego, et in faciem nobis.

Cui nos quoque convenienter responsum facturi, majore nonnihil etiam ob praesentiam tanti testis diximus: eo nos dimissionem ita sedulo postulare, quod a majestate vestra jussi essemus, quando jam hic tanto tempore frustra consumpto, videretur nihil nobis de perficienda pace succedere. Caeterum nos de bona tractatione magnitudini suae et ipsi domino passae ingentes habere gratias, verum esse nobis domi etiam nostrae quod edamus et bibamus, eaque causa non venisse nos huc, ut ederemus et biberemus, sed ut de pace ageremus, eaque vel conclusa,

Digitized by Google

vel non, mox postmodum ad majestatem vestram rediremus.

Non obscure hic erubuit, re tamen subridendo in jocum versa, jactatis modo in beglerbegum oculis, modo in nos, respondit : non ideo fuisse se sic loquutum, quod haec nobis exprobraret, aut quod ignoraret domi nos non esse inopes, verum solere ubique gentium in oratores declarari, quocunque animo in eorum principes essent ii rerum domini, ad quos fuere missi, fierique ea in nos, quae fierent non nostra sed regis nostri causa; quae quidem omnia aequum esset nos agnoscere et boni consulere, minimeque etiam gravari hac dimissionis nostrae mora, quum exstet memoria, alias quoque Hungarum quempiam oratorem, per septennium integrum apud eos fuisse habitum, idque non alia de causa, quam ut interim res utriusque partis commodius eum finem sortiri potuissent, qui utrique cessisset ex sententia, quemadmodum hoc etiam tempore nobiscum ageretur.

Nos hoc, ut jam saepe antea ab interpretibus auditum, sine responso praeterire non passi, ne ratum habuisse visi fuissemus, recte id eum quidem afferre in medium, subjunximus, sic esse sane, ut diceret, verum scire, nunc etiam Hungaris eam oratoris illius, qui fuit Barnabas Bellay nomine, detentionem in mentibus haerere, eaque non leviter offendi, et dolere pariter quod illud exemplum vetus, ne tunc quidem in laude habitum, in nobis modo renovetur, tanto praesertim salvo conductu et tanto principis verbo ac bonitate fretis, quod certe fieri pro aequitate et omnium gentium jure non deberet.

Tum ille induciis quinquennalibus, successu Transsylvaniae, casu Malvezii nostro tempore, et de

Digitized by Google

hinc omnibus hujusmodi exteris ordine repetitis, et in disceptationem adductis, omnes principis sui inimicitiarum contra majestatem vestram causas ex hisdem rerum interventis fuisse egressas, comprobare nitebatur, dicens, eundem principem suum pacem illam inducialem cum majestate vestra et cum majestate caesarea non sua necessitate, commodove, aut suo aut subditorum suorum, sed Venetorum, Ragusinorum, Genuensium, coeterorumque similium, partim amicorum, partim sociorum suorum, insulas et oras maritimas incolentium securitati atque otio consulturum pepigisse, quod quidem nos haud scimus, quid attinebat de his tribus populis commemorasse, quum arma vestrarum majestatum Christianos non soleant infestare; sic ei tamen dixisse placuit, illud adjiciendo: pacem eandem non a suo principe, sed a majestate vestra fuisse interruptam, unde postea et Transsylvaniae controversia, et Malvesii aerumnae, et haec demum nostra diuturnior detentio, aliaque multa turbulenta in finibus nostris fuissent causata et consequuta; contortaque ad postremum culpa omnium in majestatem vestram, intulit, nullam eidem imposterum fidem esse adhibendam, nihil etiam in Hungaria concedendum, jusque omne libertatis, vitae ac mortis nostrae nec jam in vestrae majestatis esse potestate, nec in nostra, sed in ipsorum principe, quo ne salvo conductu tantopere niteremur, nihil hunc jam prodesse nobis, ad sex menses illum fuisse datum, nosque his elapsis, mox in eorum arbitrium concessisse, foreque imposterum, dum eorundem principi libuerit.

Haec tam acriter circa finem colloquii enunciata, serione an dissimulanter gratia beglerbegi protulerit, quod haud dubie ita fuisse, alter interpretum su-

Digitized by Google

periorum nobis affirmavit, nos omnino dubitavimus; at ne quid hoc ultimo statu rerum muneris nostri decessisse nobis constantiae, nosque adhuc habere in arcanis, quod necessitate esset nobis remittendum, existimasset, qua quidem spe et cogitatione ad extremum usque destitui minime potuerant, ut potentia insolentes, nos quoque paulo efficacius respondimus. Haec nimirum verba si princeps eorum ad majestatem vestram plane perscripsisset, quando nos ad se deducebat, sciret ipse passa, longe alio consilio majestatem vestram fuisse nos huc missuram, aut fortasse ne missuram quidem. De authoribus vero violatarum induciarum quinquennalium, quique inter majestatem vestram et magnitudinem eorum principis dissidiorum causas praebuerunt, eos nos, quia saepe jam in finitimis ipsorum eis demonstravimus, nec putemus necessarium esse, toties hujus controversiae veritatem retexere, cui nunquam hactenus locum dare voluerunt, nunc nos omnia studiose praeterire. Verum si praeteritarum turbarum causas, de quibus ad nos nihil attineret, in nos magnitudo sua conjiciet, nosque salvi sui conductus jure et fiducia spoliabit, quo liberos securosque ad se venire voluit, liberosque et securos ab se dimittere verbo suo promisit, pace vel confecta, vel infecta, potentia id quidem poterit facere ejus magnitudo (in ipsius enim manibus sumus), an tamen juste, honesteque, et sine suggillatione nominis ac famae suae poterit, videat.

Ad quae dum respondere incepisset, digreditur beglerbegus, indeque ab hoc argumento rerum abductus, denuo coepit nos identidem monere et cohortari, ut si rebus majestatis vestrae rite consulere vellemus, consilio ipsius assentiremus, et sic dum ipse

Digitized by Google

a suo instituto non recedit, in nostro nos persistimus dimisit nos, adjiciens, quod de his ad principem esset relaturus.

Toto tunc nos accuratius considerato passae Hruztani habitu, quo sese nobis exhibuerat, spe jam dudum et e publicis et e privatis locis non levium amicorum relatibus imbuti, quod illis ipsis divanis expediri omnino deberemus, haud dubie ipsi quoque id futurum credidisse nonnihil videbamur. Tamen et his, qui tunc habebantur, et consequentibus frustrati sumus. Et quia dum haec aguntur, allatum est, jam adventare oratorem Persiae, cujus fama sub reditu principis hujus prorsus obticuerat; appulereque etiam Joannis filii nuncii, Temeswarum ac Lyppam, limites siquidem antea illi traditos ad Transsylvaniam postulantes; denuo coepimus de dimissione nostra desperare, existimantes hinc nova impedimenta nobis exorta esse, versique tota sollicitudine ad investigandum, quidnam sese expeditioni nostrae tam repente interposuisset, forte Ibrainus interpres convenit nos, tum eodem quoque summa diligentia rogato rei hujusmodi tam insperatae causam, respondit, prorsus se ignorare, et nihil sperasse tale, nisi si passae prius a nobis opperirentur responsum de tribus locis, quam accerseremur, seque putare non alienum nos facturos, si eos scripto admoneremus nostri negotii, passa enim Hruztanus postquam nobis Agriae, Palotae, Zygethique proposuisset conditionem, ut majestati vestrae clarius ratio de hac expectatione responsi exponatur, hortatus etiam fuerat nos, ut biduum triduumve in hospitio deliberaremus, quid in hoc animi haberemus. Nos vero ostensuri majestatem vestram omnes conditiones, quae et juxta petitionem nostram,

Digitized by Google

saepius jam apud eos factam, et secundum mandata vestrae majestatis tum initio, cum non ita pridem nobis data, de toto loquerentur, aspernaturam, neve etiam spei quippiam injiceremus illis, quod non aegre adhuc possemus ab instituto proposito dimoveri, quantulamcunque regni portiunculam vestrae majestati promisissent, modo concessa etiam pace, diximus, non egere nos ea deliberatione vel momento minimo temporis, quum actutum eodem loci paratissimi essemus ad respondendum, uti et respondimus juxta praemissa.

Usuri nihilominus consilio interpretis, et diligentia nostra, minime segniter jam incepta ad obtinendam expeditionem, haec ad passas XII. Julii transmisimus. Nimirum quia jam nos ad ea, quae nobis proxime fuerant proposita, abunde et finaliter responderimus, nec esse quicquam, de quo alia a nobis deliberatio super illa re expectetur, postquam ea negentur nobis, quae jam toties ab initio, uti promissa atque adeo etiam debita postulaverimus, eorum nos illustrissimas dominationes magnopere rogare, dignarentur tandem nobis a magnitudine sui principis, vel benignum responsum cum eorum concessione impetrare, quae (uti jam diximus) diu peteremus, vel saltem justam dimissionem pro clementi magnitudinis suae promissione obtinere. Quandoquidem et tempus jam ipsum nimis sane longum frustraneae detentionis nostrae, et omnis tam divina quam humana aequitas postulet, ut hujusmodi dilationibus finis imponatur.

His nostris litteris in divano lectis, quid tandem agendum passae de re nostra censuissent, nihil prorsus intelleximus, quum ne verbo etiam unico quic-

Digitized by Google

quam nobis renunciare curarint. Ciaus bassy tantum, qui divanorum tempore summi cujusdam apparitoris passarum obsequia juxta morem gentis obire solitus, et litteras nostras intulerat, suo nobis renunciarat nomine: dixisse passas brevi se nostro quoque negotio operam daturos. Quo responso non contenti, sollicitavimus etiam interpretes, quidnam dixissent passae ad nostras litteras, numve quippiam responsi per eos transmisissent. Sed ne iis quoque habentibus, quod ex mandato eorundem passarum reserere possent, per totam interim urbem increbuit, deferrique etiam ad nos inceptum est, haud dubie ex peditionem nostram per id tempus futuram. Sed passas duo expectare: festa bairani, quae jam imminebant, et adventum Persae oratoris, qui etiam non longe aberat, fierique alterum partim propter existimationem eorum, partim ut nos Persae potentia, Persam vero nostra territent, nihilo sane dissimilius quam Amasiae, utrosque in sua vota pertrahere enixuri. Alterum vero epuli gratia, quod legatis, cum quibus pacem jam habent constitutam, publice in curia, expeditionis eorum tempore solent exhibere, quia tunc jejunii sui religione prohibiti, quo noctibus duntaxat vesci morem habent, exhibere fas non fuerat. Quod utrumque etsi non erat tale, ut magni fieri debuisset, quum et alterum frivolum duximus et vehementer execrati sumus, postquam unius aut ad summum duarum horarum epulo tanti mementi rem in mora retinere oportuisset; quum tamen nec obtinere, quod vellemus, possemus, nec ulla nobis ad extorquendum vel via erat vel ratio, coacti sumus hoc etiam tempus opperiri, et credere, quando sic volebant, maxime his nos morari de causis. Cui morae XII.

Digitized by Google

diebus datis, passas denuo sub ipso bairano monuimus per litteras, multis nos verbis nolle jam eos molestare, verum paucissimis rogare, ut expeditionis nostrae meminissent, et nobis juxta promissionem proprio ore principis eorum responderent, quum jam aliud non haberemus, quod nobis esset expectandum.

Verum ad hanc etiam petitionem nostram, quum omnino siluissent per triduum, duximus esse excusandos ob celebritatem bairani, quod festum summum et fere unicum toto anno habere consueverunt. Prima tamen die Augusti iterum ad sollicitandos conversi, haec ad interpretem Ibrainum paucis scripsimus : Adiret privatim supremum passam mox lectis nostris litteris, et cum summa instantia rogaret nostro nomine, vellet jam tandem serio expeditionem nostram promovere, ac scire detentionem nostram ibidem ita diuturnam atque indignam, nullum rebus communibus afferre commodum, quicquid interim aliud animo suo vel princeps ejus vel ipse volutaret; caeterum, ut quaecunque nobis respondendum commisisset, id ad nos extemplo perferre non gravaretur.

Mature tum functo interprete officio suo, Persae quoque orator appulit Scutarum, eaque adhuc ipsa die, postquam domum e divano redierat, nos etiam jussit ad se accersiri, et his est verbis alloquutus : Vos quandoquidem magnitudinem principis mei pro pace et pro expeditione vestra tantopere urgetis, ego quoque jam hoc utrumque vobis impetravi, sed non sine maximo labore atque industria, quia et caeteris passis collegis meis insciis, qui ad bellum magis quam ad pacem inclinant, et opera ac favore mulierum assidue per tam longum tempus, quo vos hic apud nos habuimus, opperiendo, et inquirendo occa-

Digitized by Google

siones, quibus animum principis mei ab expeditione contra vos facienda, quam omnino molitur et habiturus est procul dubio, nisi meum consilium receperitis, avocare et ad pacis voluntatem transferre possem. Unum igitur Zygetum est in medio, quod si loco suo non summovebitur, pax quoque memorata nullo pacto componi poterit. Ea enim arx, quum in se ab initio semper haidones et praedones foverit et fovet etiam modo, qui latissime per ejusdem principis mei fines grassantur, nec idem jam illam diutius potest tolerare: decrevit omnino aut bello aut conditionibus pacis eradicandam.

Quare Augerio collega vestro hic apud se retento dum res tota perducetur ad finem, curam quoque eorum habebit, quae interim occurrerint, vos duos, Verancium et Zay, jubet ad regem vestrum proficisci et referre illi: esse ejus magnitudinis voluntatem, ut primo quoque tempore, deductis ex ea ipsa arce Zygeth praesidio ac munitionibus, eandem etiam demoliatur atque disturbet. Missis deinde iterum oratoribus, et per eos duorum annorum munus honorarium, cujus erat intermissa pensio, sic demum pacem secum perpetuam his conditionibus habiturum, quibus priorem habuerat; ea insuper Hungariae parte in sua potestate retenta, quam modo retineret, cumque his limitibus, qui constituentur postea inter suos et regis vestri fines. De munere autem annuo imposterum pendendo, quod vult sibi augeri, deque aliis, quae ad ipsam pacem attinebunt, cum iisdem oratoribus, et cum hoc simul, qui hic remanebit, transigetur, nimirum si rex vester his conditionibus annuerit.

Nos hisdem conditionibus non contenti, ut quae haud quaquam convenirent cum commissionibus ve-

Digitized by Google

strae majestatis, perturbationem animorum nostrorum non exiguam vultibus demonstravimus, innuentes, et indignas et ab aequitate esse alienas ; verum antequam ad proposita ejus responderemus quicquam, primum omnium placuit de limitum positione, de quibus fecerat mentionem, clarius informari, quaerentes occasionem, qua nos etiam pari ratione clarius eidem explicaremus, cum alioqui saepius antea declaratum: quosnam et princeps ejus majestati vestrae in Hungaria limites, promiserat remissa Joannis filio Transsylvania, et quibus rationibus memoratam pacem inter ejus principem et majestatem vestram rite fieri opporteret, quove etiam majestas vestra animo esset acceptura disturbationem Zygethi, interrogavimus: quibusnam locis cujusmodique limites essent posituri. Respondit: Velle suum principem, ut quae majestas vestra de regno Hungariae in sua hoc tempore haberet manu, ea libere pacificeque retineret, quae vero ipsee et sui deditii, ejusdem juris essent, suo pariter nomine tenerentur. Caeterum de limitibus partiendis ac ponendis commissarios visuros, qui utrinque viri boni, primates, et periti rerum ac status regni delegabuntur in medium.

Ibi nos altero die de duobus, hoc est, de dimissione vel cum pace honesta petitaque, vel sine pace, si quae minus aequa ac decora offeretur, juxta mandatum vestrae majestatis solliciti, diximus: longe nos aequiores conditiones ad eam pacem componendam a magnitudine ejus expectasse, quam essent hae, quas nobis proposuerat, alios enim fines majestati vestrae vi sua et rebellium opera adimere, alios per conditiones pacis ultro sibi concedi postulare, quid hoc esset aliud , quam manifesta impedimenta eidem paci op-

Digitized by Google

ponere, hunc in modum limites majestati vestrae astringere, et fines ejus ditionum sibi patefaciendo et reddendo armis suis obnoxios, rem nimirum contra verbum suum committendo, quod ab inito tractatu pacis memoratae semper hactenus unum illud extiterit; se majestati vestrae eam Hungariae partem, quam tunc possidebat, quae nos huc pacis ejusdem gratia deducebat, permissurum, si Joannis filio Transsylvaniam concessisset; motam itaque majestatem vestram magnitudinis ejus benevolentia atque amicitia, verboque ejus maxima fide habita, et oratores suos initio ad eundem misisse pacis gratia, et postea Transsylvaniam quoque Joannis filio concessisse, sperans sibi magnitudinis suae verbum, Hungariae ratione datum, non defuturum. Hujusmodi concessio Transsylvaniae, quum per os nostrum publice in divano magnitudini suae fuerit facta, meminisset idem dominus passa, quanam ratione, quove tenore verborum illam fecera mus, inveniet, quod non alio, quam ut majestati vestrae serenissimae idem ejus princeps liberam pacificamque Hungariae possessionem usque ad limites Transsylvaniae permitteret, intra eosdem limites et Giulam, et Varadinum, et quaecunque alia in illis partibus sunt loca, intelligendo, quae nec tractu Transsylvaniae comprehenduntur, nec unquam ad Transsylvaniam pertinuere, ea vel frater Georgius, vel quicunque alius tenuisset antea. Et quia Transsylvania Pueri nomine petebatur, majestas quoque sua petitionem hanc de sola Transsylvania semper ab initio intellexit, quam solam etiam per nos oratores suos, tali protestatione praemissa, restituit, ut nisi vicissim majestatem vestram ejus magnitudo in possessione Hungariae ita permitteret, quemadmodum et tunc ei decla-

Digitized by Google

rabamus, et ante saepius declaraveramus, eadem Transsylvaniae concessio, per nos videlicet facta, frustranea, invalida atque irrita foret. Caeterum alia nos ne nunc quoque a magnitudine sua postulare, quam ut majestas vestra in hisdem Hungariae limitibus permittatur, qui ei a magnitudine sua fuere promissi. Sic enim majestatem vestram putaturam, pacem memoratam, ut sibi honestam, et magnitudini suae honestissimam futuram. Quam si hunc in modum ejus magnitudo concesserit, ei nos, ut oratores et ministri vestrae majestatis, subscribemus, sin minus, plane ediceremus, nos his propositis conditionibus non assentiri, nec audere etiam eas ad majestatem vestram perferre, quandoquidem expresse jussisset nobis, ut infectis etiam rebus rediremus, si cum integris et promissis ab ejus principe regni limitibus pax non ei concederetur, eaquepropter alterum nos de duobus instanter postulare, ut jam tandem, si magnitudo sua pacem velit, aut pacem ipsam expedite faciat, esse enim jam tempus discessus; aut si nolit, id quo que ejus magnitudo expedite facere dignaretur. Ad utrumque nos pro mandato vestrae majestatis esse paratos, nec licere ulli nostrum hic remanere infecta pace, confecta vero etiam jussum esse, ut remaneat unus, qui hic negotiis fungeretur. Fecimus hoc loco etiam de pensione duorum annorum intermissa mentionem, non oportere magnitudinem ejus esse sollicitam ipsius pendendae pensionis causa, quam nos ei promisissemus, venturam haud dubie subito, si res pacis juxta et magnitudinis ejus verbum et pro voto vestrae majestatis concluderetur, sin secus, eam nos non polliceri.

Digitized by Google

Hic interloquutus passa, dixit, eam promissionem Hungariae factam quidem esse vestrae majestati a suo principe, et staturum etiam fuisse promissis suis, si tunc Transsylvaniam Joannis filio remisisset, quando petebatur; quia tamen serius eam remiserit, et quidem eo tum, quum jam ipsius eam populi tradiderant, principem quoque suum absolutum fuisse illius temporis promisso, et alioqui liberum ei esse semper, de suo agere, quae libeat, nimirum alia dare, alia adimere, et subinde possessores etiam ditionum suarum commutare, atque hujusmodi plura, more consueto satis insolenter.

Paucis subjunximus, redire ad rem festinantes: posse quidem magnitudinem suam licite agere cum suis subditis, cum amicis aliam esse tenendam rationem, et regem quidem nostrum esse magnitudinis suae amicum, ac propterea eundem aequam, honestamque pacem ab eadem postulare, exigere promissa ut ab amico et confoederato principe. Nec malitiose, aut animo inimico majestatem vestram fecisse, quod serius Transsylvaniam remiserit. Sed fretus fiducia amicitiae, quam se in ejus magnitudine habere existimabat, diutius tentavit, ut eam liberalitate ejus potius, quam armis suis retineret, si armis uti voluisset, num totrm eam provinciam tueri contra adversarios suos nequivisset, quibus unica, vel ad summum duae arces restiterunt, donec benignitate majestatis vetrae jussae sunt deditionem facere. Verum omissis hujusmodi conditionibus, ad quorum finem esset jam perventum, ad Zygetum et ad alia nostri muneris rediimus, diximusque, petitionem de disturbando Zygeto, fore majestati vestrae molestissimam, nosque

Digitized by Google

plane scire, hanc conditionem majestatem vestram nullo pacto accepturam.

Respondit: si non acceperit, bellum habebit, quod meus princeps quum in Hungariam deduxerit, quomodo ei et Zygetum et totum reliquum Hungariae resistet; sub cujus potentia terra etiam constremiscat? ideoque timendum illi erit, ne arcis unius causa totum regnum amittat; vos quoque, qui homines prudentes sitis, bene ista perpendite ac perspicite, vestroque regi ita consulite, ut damnum unius arcis tam exiguae maximam jacturam non faciat; et quia vobis data est conficiendae pacis hujus authoritas, cavete ne regi vestro causam belli pariatis, neve pedes illi ante tempus succidatis, et hujusmodi plura.

Respondimus, principem illorum esse sane potentissimum, semperque habere facultatem, quum vult, bella suscipere et gerere. Verum nostros etiam principes tutelae suae et suorum gratia belligerare consuevisse et scire, amicitiam tamen vestri potius quam inimicitiam semper sinceriter desiderasse et desiderare etiam nunc, si modo animum ejus perspectum habeat, caeterum alia nos non posse agere, quam quae nobis sunt commissa, et sciamus esse majestati vestrae tum commoda, tum honesta; eaque causa nisi optatiora nobis tam de Zygeto, quam de Hungariae memoratis limitibus idem passa prqtulisset, redituros quidem nos ad majestatem vestram, sed de propositis conditionibus nihil relaturos, nisi tantum, quod infecta pace rediissemus, optantes, ut hac ratione omnes tres simul abire paterentur.

Respondit: optatiores conditiones dari nobis non posse, caeterum postquam nos his ipsis jam oblatis conditionibus eodem loci subscribere et assentiri non

Digitized by Google

vellemus nec possemus, ut saltem duo nos, Verancius et Zay, eas ad majestatem vestram perferremus et eandam de voluntate principis sui edoceremus.

Quī nec hoc ipsum quoque adeo facile suscipere volentes, quum diceremus, esse illi peculiares homines, qui ejusmodi res ad ejus principem pertinentes possint ad majestatem vestram deferre, curantibus ea duntaxat nobis, quae vellemus solida fieri, et non dilationibus involuta, ac ne speciem quidem revera futurae pacis habentia:

Subjecit, idque non semel, sed saepius, secus nequire fieri, quam ut dictas conditiones ad majestatem vestram perferremus; sic majestati vestrae commodius futurum, sic velle suum principem, qui omnino antequam quicquam secus agat, cuperet intelligere, quid sit majestas vestra ad easdem conditiones responsura.

Tum nos, visa passae de hoc pertinacia, haesimus aliquantulum, quasi cogitabundi, quidnam in re tanta, tamque improvisa essemus acturi, durum enim erat, quod objecerat, nec se ratio ulla certa exhibebat, qua subito deliberari posset, praesertim quod cum dexteritate nobis agendum cum furioso et insolenti foret; volentesque eotum, omissa interim contentione de Zygeto, ad alia quae restabant particularia descendere, (uti ad majestatem vestram non ita pridem scripseramus) rupit colloquium, nosque abse dimisit, dicens: postea se plura nobiscum loquuturum, quum alioqui satis multa etiam eo congressu transegissemus cum illo, sed tantum de Zygeto, in quo tangi nolebamus, et de limitibus generaliter; venitque ea nobis dilatio peroptata, quia perspecta hunc in modum ultima ejus principis voluntate, et quasi

Digitized by Google

formula eorum, cum quibus erat nos dimissurus, melius nos praeparavimus ad ea, quae postremo agere et concludere debebamus.

Die itaque postmodum octava ejusdem Augusti jussit nos accersiri, ubi interrogatis nobis, quid decrevissemus de his, quae paulo ante proposuerat, respondimus de Zygeto et de limitibus a principe suo majestati vestrae promissis, ea ipsa quae prius, quum alia sententia esse non possemus, nisi si mandatis vestrae majestatis contrarium agere vellemus; verum quandoquidem ita fuisset principi suo constitutum, ut nos duo, Verancius et Zay, ad majestatem vestram rediremus, eam de propositis ad finem conditionibus pacis hujusmodi edocturi, id quidem nos facturos, restare tamen adhuc nobis plura, quae huc faciunt, et de quibus cognoscere nos oporteret, quo plenius de tota re majestatem vestram possemus informare, igitur eundem passam interrogavimus, quid de Gywla, de Varadino et de aliis locis in eadem regni Hungariae parte constitutis, et intra praefatos limites majestati vestrae promissos, comprehensis responderet nobis? nos enim antea etiam egisse pro hisdem locis summa diligentia, agereque etiam modo, quandoquidem eis majestas vestra nollet privari, et par esset, ut eidem vestrae majestati pacifice permitterentur juxta ejusdem ipsius promissa principis, quae illi fecit, quum eandem de possessione Hungariae assecuravit, si Transsylvaniam Joannis filio concessisset; nunc enim intercepto contra omne jus ac fas induciarum Varadino, Giulam quoque adversarii ejusdem cum auxiliis ipsius principis dicantur velle oppugnare, quum simili modo arcem etiam Hwzt interceperint, nulla ratione vel induciarum habita, vel verbi ipsius

Digitized by Google

principis, quo omnes regnorum ac provinciarum vestrae majestatis fines eo usque securos fecerit, donec de memorata pace transactum foret.

Respondit: omnium hujusmodi locorum interceptionem et disturbiorum, quae post adventum nostrum ad eorum portam exorta sunt, causam a vestrae majestatis finitimis processisse, et justo bello acta ab eis fuisse omnia, quum interim et finitimi vestrae majestatis paria facere, ubicunque et quandocunque potuerunt, non praetermiserint; ideo quae majestas vestra per id tempus amisisset, amissa putaret; alioqui principem suum ea nequaquam concedere aut concessurum; quaecunque vel in Hungaria, vel in Transsylvania Joannis filii nomine possessa antea fuissent, ea ipsa velle etiam imposterum sui juris ac potestatis censeri et esse.

Subjunximus: ubi igitur promissa ejus principis, quae majestati vestrae fecit, locum sint habitura, si hisdem promissis obtenta ab eadem majestate vestra Transsylvania, illi etiam Hungaria adimatur, quae tota erat in promissis secundum eas partes ejus, quas in sua potestate habebat, quum nos cum hac legatione in Turciam expediverat.

Respondit paucis: actum esse de his, nosque frustra conari ac verba facere, et majestatem vestram ea jam parte contentari debere, quam illi princeps ejus concessisset, quum eam etiam negare constituerat, nisi ipse cum mulieribus sese apud eum pro majestate vestra interposuisset.

Tum nos et de arce Hwzt et de rebellium bonis quid agendum foret, quaesivimus, nam et Hwzt alieno tempore, in magnam injuriam quum inducirum, tum ipsius ejus principis ignominiam verbi, rap-

Digitized by Google

tum esse, et rebellium ditiones sive bona non debere simili ratione a jure majestatis vestrae rescindi et abalienari, quocunque rebelles ipsi a fide vestrae majestatis excidere voluissent; regnum esse vestrae majestatis, et pro improbis atque infidelibus semper posse probos et fideles reponere.

Respondit: idem principem suum de re rebellium sentire ac velle, quae de aliis ad Joannis filium pertinentibus; neminem praeterea eundem principem ab se rejicere et indefensum relinquere solere, quicunque ad eum, et ad tutelam ejus sese contulissent; propterea nec de his quoque loqui nos oportere, ea nunquam principem suum vestrae majestati redditurum, pro quibus instaremus, nisi si praeter morem majorum suorum agere velit.

Venimus post haec ad Monkacz, meminisset, inquientes, arcem illam non bello fuisse captam, sed per compositionem Petro Petrowyth traditam in permutatione Transsylvaniae et Temeswari, cum regina atque ejus filio transacta, eaque causa suadere omnem et divinam et humanam aequitatem, ut postquam majestas vestra principi ejus de Transsylvania gratifacata libens fuisset, eidem restitueretur.

Subjunxit: non satis sibi constare statum causae arcis Monkacz, egisse nos de hoc cum Ahmat passa, verum cum alios oratores majestas vestra miserit pro concludenda pace, illum per eos informabit, et tunc quicquid erit aequitatis et justitiae de ipsa arce transigetur, quanquam alioqui nesciret, quonam pacto reddi possit, si quum Petro Petrowyth pro Themesvaro fuerit data, nec Themesvarum idem Petrowyth cepit a vestra majestate, sed princeps ejus, tamquam arcem suam, quae male majestati vestrae

Digitized by Google

tradita fuerat: nullam culpam in Petrowyth conjici, et consequenter neque arcem ipsam Monkacz ab ipso repeti posse; verum de hoc etiam postea erit agendi tempus, vos tantum cum his ad regem vestrum properetis, et curetis, ut intellecta principis sui de pace voluntate, quam citissime fieri poterit, eidem renunciet, quicquid animi ad ipsam pacem habuerit.

Nos hoc loco, etsi omnia, quae cum Petrowyth in collatione arcis Monkacz acta sint, exposuissemus, declarato insuper et chirographo ejus fidei, qua se majestati vestrae in perpetuum obstrinxerat, jus ejusdem majestatis vestrae super arce illa defendentes, nihil effecimus, rem passa in aliud tempus differente; et sic responsum ei ad alia facturi, diximus: in proficiscendo ad majestatem vestram nullam nos moram commissuros, caeterum jam nunc plane nos videre, uti et coram fateremur illi, quem sit ex conditionibus animum majestas vestra habitura, quum nullam agnosceremus talem, ad quam posset accedere; quum astricta majestate vestra in tam exili portione regni, quae quasi pugno comprehendi quiret, et annum munus honorarium princeps ejus augeri sibi postulat, et duorum annorum exigit intermissa, velitque prius ea ad suam portam mitti, quam de pace transigatur; propterea nescire sane nos, quomodo hoc utrumque fieri possit, quum majestas vestra et annuum minui potius cogatur, quam adaugeri, ditionibus suis regni Hungariae diminutis, et intermissa non ante mittere, quam confecta et pronunciata pace. Diximus etiam, eadem munera intermissa non ex debito sed ex benevolentia fuisse ejus principi promissa, quum jure belli, per Aly passam moti, fuissent retenta, cupida nimirum vestra majestate, hoc etiam stu-

Digitized by Google

dium ipsius amicitiae eidem declaratum esse. Sed ad haec nec aurem adhibuit dummodo illis largiatur, respondit tantum: quod quia ea etiam pax, quae majestati vestrae polliceretur, aegre fuisset impetrata, necessum esse munera intermissa praemittere mature, quo idem scilicet passa habeat firmum argumentum, liberius et solidius apud principem suum de ipsa pace agere et perficere, alioqui vereri se, frustratum iri, si hanc occasionem majestas vestra praetermisisset.

Cui nos, quum videbamur nihil proficere, alia non respondimus, quam quod de his majestas vestra visura esset.

Caeterum ubi idem passa de perpetua pace fecisset mentionem, de hoc quoque interrogavimus, quonam pacto nos perpetuitatem illam oporteret intelligere; respondit: durante vita vel majestatis vestrae, vel sui principis, et quousque causa aliqua a majestate vestra non porrigeretur belli; similiter si placuisset vestrae majestati, tempus brevius praefigere, id ejus principem vestrae majestatis arbitrio relinquere, adjiciens: sic eam servaturum, ut quam vel cum Gallo, vel Venetis haberet.

Tum nos hoc animo principis ejus laudato, de Giula iterum, et de Cassovia, de qua nondum feceramus mentionem, institueramus sermonem, verum interpres Hungarus, Ferhat nomine, inhibuit nos, ne de his loqueremur, quae adhuc in manu essent vestrae majestatis, postquam in oblatis conditionibus haberetur, ut majestas vestra retineret, quae possideret in praesentia; sic omissa consulto commemoratione Cassoviae isthac de causa, quum alioqui longius etiam esset a Transsylvaniae finibus constituta, qui versarentur in controversia, de Giula non reticuimus, ad-

Digitized by Google

nitentes efficere, ne ab adversariis vexaretur, sed pacifica, liberaque (uti erat in manu vestrae majestatis,) eidem simul cum jure et facultate recuperandi caetera, postquam non restituerentur ultro, relinqueretur eadem; ad haec respondit, quae ante loquutus fuerat, nequire prorsus fieri pro quibus instaremus. Sic consumpta concertatione hujusmodi circa particularia, vicissim ei alia proponendo, alia respondendo, exigentes aequiora, ad postremum nihil praeterea obtinere potuimus, quam quae initio pronunciaverat, nulla etiam facta spe, significatione apparenti, quod ad alia idem ejus princeps induci possit, idque pro hoc colloquii tempore, quia postmodum attigit quiddam de Zygeto, uti loco suo dicemus, quo ostendit inexorabilem suum principem non fore.

At nos perspecta tunc ejusdem principis ipsius obstinatione, in his duntaxat et iniquis et parum honestis conditionibus fixa, quas passa nobis proposuerat, etsi solita constantia erat in animo, illi refragandi et obsistendi, quemadmodum aliis in rebus hactenus pro mandato faceramus, tempus extrahendo, donec eos ad aequiora deduceremus: quia tamen jam non semel passa Hruztanus edixerat nobis, ibidem nos diutius adhuc mansionem habituros, quandocunque cum his ad majestatem vestram proficisci recusaremus; quare veriti in errorem aliquem incidere, fierique novae cuipiam molestiae causa vestrae majestati, quae jam strictissime mandaverat, ut re etiam infecta rediremus: totis viribus in eam petitionem incubuimus, ut omnes tres dimitteremur, postquam nec propositae conditiones essent convenientes paci, nec speraremus meliores. Passa igitur ubi dixit, nequire fieri, ut rediremus omnes, principem enim decre-

Digitized by Google

visse, ut duo remmittantur retento tertio, nos quoque Verancius et Zay primum qui dimittebamur, uti jam ante consultaveramus, quid ad ultimum facto opus erit nobis, si res hunc in finem desiisset, eundem passam alloquuti, diximus, quod nos ad majestatem vestram redituri, de mandato quidem ejus rediremus caeterum caventes, ne et ipsis vanam aliquam spem relinqueremus, easdem conditiones, praesertim de Zygeto et de astrictione limitum posse fieri ut apud majestatem vestram locum obtineant, et ad eandem vento leviora deferremus, unde et honoris nostri et gratiae vestrae majestatis jacturam facere possemus, eidem passae protestari nos, quod haud dubie sciremus, eas conditiones majestatem vestram non accepturam, ut ab honore et existimatione ejusdem alienas, quodque nos nec hisdem conditionibns annuissemus, nec eos de voluntate nostra, sed de mandato ejus principis ad majestatem vestram essemus perlaturi.

Simili modo magnificus dominus Augerius, collega noster, pari protestatione usus, dixit: sibi displicere quod sic eum a nobis dividerent pace pendente, et adhuc incerta, idque omnino et expresse fieri contra mandatum vestrae majestatis, quum confecta ipsa pace, non esset detrectaturus hoc officium, ut impositum atque injunctum; quapropter, si optatiores conditiones proponere nobis princeps ejus noluisset, se quoque cum collegis absolutam dimissionem postulare. Sin minus, iterum atque iterum protestari, ibi se non aliter remansurum quam coacte et praeter omnem majestatis vestrae voluntatem, nihil interim a collegis dissidendo, quaecunque fuissent caetera.

Passa his protestationibus auditis, quas hunc in modum consulto bifariam feceramus, etsi perturbari

Digitized by Google

nonnihil videbatur, comiter tamen, familiariterque primum magnificum dominum Augerium, collegam nostrum, cohorratus est, ne gravaretur ibidem remanere tantisper, dum a majestate vestra responsum afferretur, deinde etiam nos duos, ut praeterea non exigeremus alia, sed maturaremus vestram majestatem edocere de hujusmodi voluntate principis ad pacem, quemadmodum et ante ad majestatem vestram scripseramus, et superius commemoravimus, eidem interim domino Augerio promissa omni libertate et tractatione non honesta et amica solum sed etiam fraterna, subjungens: oportere imprimis omnino de his majestatem vestram cognoscere, mentemque suam ejus principi atque illi primo quoque tempore declarare; nosque hujusmodi necessitate adducti eidem paruimus, et eotum his completis ordine hic expresso, discessimus ab ipso, vixque hospitium ingressi, subsequuta sunt nos a principe dona, vestes et non multae pecuniae, passa Hruztano nunciante, postridie nos ipsos quoque expeditionem habituros.

Postero itaque die, uti nunciaverat passa, in divanum deducti, eadem quae privatim apud Hruztanum passam egeramus, ibidem coram omnibus retexuimus, ansam praebente ipso Hruztano, novaque jam cum omnibus passis contentione inita, non solum superiorem de Zygeto, sed etiam de caeteris particularibus. Verum aeque frustra conati sumus, atque cum solo Hruztano, in unam enim eam ipsam sententiam dudum consenserant, ut et Zygetum disturbaretur, et ad caetera nihil pro nostro voto ibidem quoque publice responderetur nobis, ut neque Hruztanus passa domi suae responderat.

Digitized by Google

Atque his in hunc modum aese habentibus, ibidem quoque eadem protestati sumus, quae ante apud solum Hruztanum protestati fueramus, idque solennius aliquanto propter locum et personas, rogatis in fine, ut si fieri posset, gratiora vestrae majestati et de Zygeto et de aliis particularibus nunciarent, ne omnino et majestati vestrae et ipsorum principi quadrienne hoc legationis nostrae tempus sine fructu successisset.

Tum Hruztanus passa: si, inquit, adeo grave erit vestro regi Zygetum demoliri ac omnino tolli, quae est arx exigua, et majorum multo impensarum causa, quam emolumenti, admonete ipsum regem vestrum, ut inveniat aliquem modum ac rationem, qua princeps noster induci possit ad eam illi incolumem permittendam. Quae quum ab interprete intellexissemus, non exigua sane laetitia, eoque etiam majore affecti sumus, quod insperata. Verum dubii, sic fuisse passam locutum, interpretem, antequam responderemus passae, quaesivimus: quomodo hoc dictum passae intelligendum foret? De largitione, respondit; quod nobis plurimum placuit, verum dum solidius consequi ab interprete contendimus, nec subito respondemus passae Hruztano: nequaquam, subjunxit Aly passa, sed prorsus deleatur. Hanc esse principis voluntatem, hoc decretum, nec pacem ullo modo posse fieri, arce illa incolumi.

Magis tunc nos ambigui, revera ne Hruztanus passa verba illa protulisset, an interpres assentari nobis voluisset, quod et Aly passa tam valide, confestim, manifesteque Hruztano restiterat, et ab eodem Hruztano, quum apud eum fueramus, minime hujusmodi attactum erat, languide credidimus, at credi-

Digitized by Google

dimus nonnihil tamen, quia dubium non est, ipsum Hruztanum cum suis mulieribus omne genus belli longinqui aversari, pacem vero cum majestate vestra, quantum jam postremo perspicere potuimus, studiose etiam procurare, spe promissi praemii aureorum videlicet XXM. quandoquidem dum loqueremur privatim cum eo simul, non praetermisit obiter nos primum interrogare : an meminissemus promissorum, deinde etiam committere, ne quid de his cum caeteris passis attingeremus, quae liberius nobiscum contulisset; qua etiam de causa summoto hac ultima actione interprete Ibraino, cujus semper ad hoc tempus usi eramus opera ob latinam linguam, Ferhatum Hungarum adhibuerat, cui magis privata sua confidit, quam alteri ; unde idem etiam Ferhat aliquoties nobis et tunc et prius affirmaverat, malle Hruztanum XX. dentes ex bucca amittere, quam promissa XXM. aureorum non recipere; quare ipsum passam hoc dixisse utique credidimus, cessavimusque eos praeterea tam de hoc quam de aliis negatis stimulare, primum, quod frustra conabamur, deinde, ne si animadvertissent, nimis nos hoc verbum avide arripuisse, denuo nobis malignitatem aliquam objecissent; quum demum sic loquuto vehementiore spiritu Aly passa, Hruztanus postmodum non adjecit verbum, simulque et ipsis et nobis in silentium nonnihil fixis, surrexerunt, nosque ad principem induxere, cui pro more manibus osculatis, passa etiam Hruztanus demonstravit, qui ex nobis apud ejus magnitudinem esset remansurus, quive ad majestatem vestram redituri, nullumque ibidem permissi verbum facere, exivimus.

Caeterum exposito hujus actionis nostrae toto suo progressu ab initio ipso ad finem, jam loca ejus quae-

Digitized by Google

dam percurremus, quae tenui nostro ingenio considerandа esse judicavimus. Igitur quae nobis passa Hruztanus in divano proposuerat, restare adhuc Zygeto gratiam, res ejusmodi est, de qua non audemus solide quicquam affirmare, verum quia inter ipsum Hruztanum et Aly passam maxima simultas haeret, quod hic etiam satis sit apud principem gratiosus, quumque et ille paci studeat, et hic bellum videtur velle, accommodando sese comice principi, plurimum vereatur paci nostrae palam favere: ideo opinamur, quod de industria sic obiter, et quodam tumultuario modo nos voluerit commonefacere, posse adhuc Zygetum superesse, ne omnino desperatum de eo crederemus, resque ad bellum manifeste inclinare incepisset. Potuit tamen illud etiam subesse, quod id artificiose nobis insinuarint ea causa, ut consulerent partim fastui et existimationi sui principis, partim ut difficultate nobis de impetratione dictae arcis inculcata et prope persuasa, ad majorem aliquam vel temporarii muneris additionem, vel ordinarii pensionem, sic re ejusdem arcis ad novas petitiones et promissiones largiores, ne dirueretur, dilata, *) de quo tamen latius postea majestas vestra poterit consultare.

Habent considerationem etiam protestationes nostrae dupplicem: ne enim et magnificus dominus Augerius, qui remansit, et nos qui reversi sumus, hoc utrumque temere visi fuissemus fecisse, postquam sic ab eo principe prope cogebamur facere, neve idem dominus Augerius ullo tempore imposterum incurrisset hostium quampiam calumniam, quod vel pro nobis duobus, Verancio et Zay, vel pro Joanne Maria Malvesio esset obses, quos saepe etiam antea omnes simul vexare

(* Kimaradt, úgy látszik, egy ige.

Digitized by Google

non erubuerunt; deinde, ut majestati vestrae semper liberum, esset occasionibus sese offerentibus, Transsylvaniam denuo jure legitimo recipere, quandoquidem princeps ille, obtenta a majestate vestra pro Joannis filio Transsylvania, verbo suo de promissa ob id eidem Hungaria cum limitibus saepe jam nominatis, non steterit, si non steterit; idque juxta hujus ipsius quoque pacti protestationem, qua irritam cessionem nostram prorsus fecerimus, si memorata promissa non servasset.

Illud autem, ut majestas vestra libere possideat in regno Hungariae, quae modo possidet, itane sincere intelligendum sit, ut dictum est, an secus, nos certe dubitavimus, quum limites inter se et majestatem vestram sic vellent ponere, ut qui coloni in utrisque finibus cesserint, suorum duntaxat limitum dominis, quique integros proventus ac census pendant, *) quod quam firmiter majestas vestra, ne fiat, prohibuerit, in memoria semper habuimus, et ad hoc usque tempus id fieri posse constanter negavimus. De re tamen hujusmodi nullam nobis hac actione mentionem fecerunt, saepe tamen antea etiam contenderunt nobiscum, secum stabilem ac diuturnam pacem minime futuram, quod finitimi nunc etiam palam edicunt, et clamitant, ita pacem fieri oportere non aliter, quum secus nunquam desolationes poterunt reparari; nos, quae ad haec ubique illis responderimus, praeterimus modo, ut brevitati consulamus, verum quum legimus principis ejus litterarum ad majestatem vestram traductionem, nec aliam in illis reperimus mentionem, quam de solo Zygeto disturbando, interrogavimus passam: cur in eis non curavit adscribendum,

*) A szöveg e helyütt is kissé roncsolt.

Digitized by Google

quae oretenus nobis dixerat, nimirum de hoc ipso, ut quae majestas vestra nunc in Hungaria possideret, imposterum etiam possideat, et de duorum annorum intermissis muneribus honorariis; respondit: principem suum id solum litteris suis voluisse exprimere, circa quod potissimum pacis negotium versaretur, reliqua oratoribus committi solere, ut fide publica praeditis; ideo satis futurum, quum ex nobis majestas vestra illa acceperit; nos enim omnino volebamus, ut etiam isthaec ascriberentur, sed noluit, quum ne ejus quoque litteras ad majestatem vestram impetrare potuerimus; dicebat enim, morem illis non esse, ut captivorum litterae domini litteras comitarentur: sic desiimus.

Et jam si majestas vestra jubet nos dicere, quid de ista pace, quae offertur, inpraesentia vel judicemus vel sentiamus, ut qui multa apud hostem et audiverimus et viderimus, diu sane per eos dies, quibus in hoc tractatu versati sumus, nobiscum agitavimus, hanc ipsam pacem reverane idem hostis velit an secus, quum quae intra hoc tempus advenisset fama ea non incerta de victoria serenissimi Philippi regis tam in Galliis, quam in Italia habita, et quod summus pontifex ac rex Galliarum cum eodem essent de stabili pace tractaturi, summaque celeritate Galli orator ad regem suum fuisset expeditus, Persae quoque supervenit legatus, per quem, uti ab interprete Hungaro, atque ab aliis etiam fide dignis hominibus accepimus, commercia primum mutua utrorumque populorum, deinde loca quaedam munita in majore Armenia, limitumque positionem in utriusque finibus, et demum, ut filio suo sangziacatum Babiloniae concederet, postulaverat, hisque concessis sibi, pacem ex se, et fir-

Digitized by Google

mam et stabilem offerebat, sin minus, aliud se de dicta, pace cogitaturum denunciarat.

Supervenientibus ad haec a majestate etiam vestra de dimissione nostra litteris, postquam de pace nihil fieret, atque hinc et inde crebris nunciis de ejusdem pro hoc anno bellicis apparatibus, maximum ex utroque stimulum fertur habuisse de dimittendis quibuspiam aut quopiam ex nobis cum expeditione qualicunque, dummodo expediret; hisque omnibus in cumulum collectis, et potissimum de periculis suis ex periculis Galli sollicitus, ne a societate sua recideret, raptim atque uno tempore et Gallum oratorem ad suum regem, et nos ad majestatem vestram, non sine latenti quopiam artificio, expedivit, nimirum offerendo regi Galliarum mare et montes, et horrentia duo bella, terrestre et maritimum, auxilio contra communes hostes ad futurum annum, ne cum eis in gratiam rediret, vestrae vero majestati pacem nec sinceram, nec satis decoris, utilibusque conditionibus praeditam, hoc autem eo consilio, quemadmodum pluribus ex locis habuimus, ut et hoc reliquum instantis anni tempus expeditione dictae pacis sine bello, ad quod imparatus erat, transigeret, et interim per hiemem explorato, perspectoque erga se animo Galli, cognosceret demum, quid imposterum de pace cum majestate vestra perficere debuisset. Nam si ipsum Gallum viderit plane ab sua societate ad saniora consilia reversurum, haud dubie sperandam esse ab eodem cum melioribus conditionibus pacem, sin evenerit secus, et placebit Gallo Turcae pollicitatio, dubitandum est, ne has quoque in praesentia oblatas incipiat revocare, Galli amici erga se voluntate et constantia fretus; et hac quidem sententia, non solum sumus nos duo,

Digitized by Google

sed nobiscum etiam collega noster magnificus dominus Augerius est, et ii omnes, quos fortunae ac magnitudini vestrarum majestatum favere, studereque cognovimus; quum enim hoc tempore non pauca, uti jam saepe scripsimus, concurrant, quae praefatum principem hostem nostrum vereri, et sedere domi cum parta opinione potentiae, hostesque tantum apparatibus suis territando, ut fecit proximum quadriennium, *) cum ea sola certe jactura plurimum demittet audaciae, si quo casu Galli fiducia privabitur; quod quidem unicum instrumentum ad pessumdandam christianorum principum et statuum unitatem nullo non impendio, nulla non molestia servandum sibi quam diutissime fieri potuerit, constitutum habet, de quo alioqui, quia ex divina providentia majestatum vestrarum cura est, loqui nos desinimus.

Et quod postremum hujus actionis erit, plura alia et varia sunt, quae dum cum passis ageremus occurrere. Haec tamen ad summam collegimus, quo majestati vestrae totam rem in unum veluti corpus congestum exhiberemus, veniam supplices postulantes, si quid commisissemus, quod vestrae majestati non probaretur, uti non dubitamus commisisse nos, et inutiles servos fuisse, homines enim sumus, iique parum sane ad hujusmodi reipublicae munia idonei, verum quum semel assumptae provinciae nec fide, nec vigilantia, nec studiis nostris, quantum fuit in nobis, defuimus, reliqua omnia, quae praestitimus, ex gratia vestrae majestatis, etsi cidem placuerint, metimur, exhibentes nos imposterum quoque vestrae majestati ad omne genus servitutis cum majoribus etiam vitae nostrae periculis, quam fuit haec, cui nos pro suo sa-

*) Itt is kimaradt egy szó.

Digitized by Google

pientissimo consilio benigne adhibendos esse judicaverit.

His adjicimus duo; passa enim Hruztanus ter nobis privatim ad se accersitis, postquam eramus omnino expediti, nec jam quicquam negotii nos habituros sperabamus, identidem duo memorata inculcavit. Alterum: ut summo studio ejus nomine cum majestate vestra ageremus, quatuor quosdam captivos, partim ad Zygetum, partim in aliis locis captos, vellet ob respectum suae amicitiae liberos facere et illi remittere, gratificaturum se hac re suo etiam principi non mediocriter, quod captivi memorati primatum quorumdam suae aulae essent mancipia. Alterum: ut eandem, quam diligentissime sciremus ac possemus, oraremus, sic sibi de accipiendis praesentibus conditionibus pacis faciundum esse constitueret, et tale responsum principi suo daret, quo nec apud eundem principem suum, nec apud reliquos passas, vezirios collegas suos, erubesceret, si imposterum quoque, quoties aliis de rebus vestrae majestatis curam gesserit, patrocinia sua apud eundem principem suum habeant locum. Nos itaque majestati vestrae hac petitione Hruztani passae exposita, reliquas etiam ejus instantias exequi accuratius supervacaneum esse duximus, quum quod erit in his vestrae majestati faciendum, solus ejus novit prudentissimum consilium. Verum ut est alterum deliberationis difficillimae, ita quod ad alterum attinet, ingratis et insolentibus hostibus hoc amicitiae genere gratificari judicamus non oportere gratuito, quum prorsus et damnosum et frustraneum foret, sitque vel Karahamzabegus argumento, pro quo nec relatae sunt ullae gratiae nec habitae, et insuper quod est indignius habendum, mox denuo potentiorem, et

Digitized by Google

nostrarum rerum peritiorem, in fines nostros diris armatum immiserunt, quo apud nos in captivitate accepta incommoda ulcisceretur. Id quod jam adeo praestat sedulo, ut hostilium praesidum sive zangziacorum habeamus molestiorem nullum, nullum magis perfidum et inquietum. De nominibus autem captivorum, et cujusmodi hominum fuerunt mancipia, postea reddemus rationem, quum majestas vestra mandabit.

Digitized by Google

TOLDALÉK.

Digitized by Google

Digitized by Google

Verancsics és Zay a szultánnak s a nagyvezírnek.

Actio legatorum Antonii Verancii et Zay de Transsylvania. 1555. *)

A.

Potentissime Imperator. Serenissimus rex noster intellexit, quod altitudo vestra non bene fuerit informata de negotio Transsylvaniae, quum eidem vestrae altitudini fuerit persuasum, regem nostrum vi armorum occupasse, et ex ea serenissimam reginam Isabellam cum suo illustrissimo filio expulisse, in contumeliam non solum ipsius reginae et sui filii, sed etiam altitudinis vestrae. Illud etiam addendo, quod decrevisset, nolle inposterum nec pacem, nec amicitiam cum altitudine vestra tenere, nec eidem solito more tributa honoraria pendere.

Quae res quum sit falsa et conficta ab illis, qui totaliter vellent animum altitudinis vestrae a rege nostro alienare et eam contra ipsum concitare, supra modum dictus rex noster fuit conturbatus, et dicit, quod si res talis fuisset vera, merito et altitudo vestra deberet illi indignari, et ipse alia via prospiciendo suis negotiis, non misisset huc ad celsitudinem vestram pro pace suos oratores.

*) Jelen felirást későbbi kéz — Verancsics Faustusé — iktatta jelen számok elejébe.

Digitized by Google

De quo informando paucis altitudinem vestram, in vera et simplice veritate recensemus primum, quod serenissima regina cupida simul cum filio et aliis suis adhaerentibus quod tractatus concordiae olim inter Serenissimum Joannem regem et regem nostrum factus perduceretur ad exequutionem, et ut eis alium aliquem statum concederet, in quo quieta et secura, cum filio suo et suis adhaerentibus vivere posset : ab aliquot annis ante assidue sollicitavit ipsum regem nostrum, et petitionibus et precibus valde instanter, ut Transsylvaniam cum partibus regni Hungariae inferioribus, Themesvaro scilicet et Lippa et Solymos et Beche et Bechkerek in suas manus acciperet, et illis daret in recompensationem aliquem alium statum, et bona in partibus regnorum et provinciarum suarum, in quibus cum suo filio secura, sine lite, controversia et bellorum cura degere posset.

Propterea quum videret rex noster tantam reginae et suorum propensitatem in resignanda illi Transsylvania cum partibus Hungariae inferioribus supranominatis, existimavit, rem se eis facturum gratissimam, si illos contentasset, et eorum postulatis complaceret atque assentiretur, credendo insuper certissime, quod neque majestas vestra debuisset illi succensere, quandoquidem non cogebantnr ad hujusmodi resignationem et permutationem. Nam res omnis et tractatus ipse voluntarie, amicabiliter et sine omni contentione et vi agebatur, utpote inter eos, qui utrique magnitudini vestrae erant aequaliter adjuncti, et utrique eandem recognoscebant muneribus et tributis honorariis. Et sic demum concluso tractatu, et firmatis pactis cum regina, filio suo, et reliquis suis, majestas regis nostri exequutura tractatum antea cum

Digitized by Google

Joanne rege factum, prout regina et sui cupiebant, assecuravit ipsam reginam de sua dote centum et quadraginta millium aureorum hungaricalium, filio vero simul cum matre dedit in Silesia duos ducatus honorificos, et satis bene bonis civitatibus et castellis commodatos, et sane tales, in quibus filios etiam suos tenere non erubesceret. Ad haec, ut majorem etiam in dictum filium Joannis regis benevolentiam suam declararet, promisit ei filiam suam in uxorem se daturum, accipiendo eundem non solum in sanguinem et prosapiam suam, quod multis aliis apud nos principibus non soleant concedere, sed etiam in verum filium, facta illi promissione, quod eum suo tempore, et honoribus esset aucturus et majoribus bonis, simodo ipse quoque sic se gesserit erga suam majestatem, ut verum filium deceat, quemadmodum apparet in litteris reginae super antedictum tractatum factis.

Haec omnia ubi primum fuere confecta et conclusa, rex noster subito, memor amicitiae et confoederationis, quam habet cum celsitudine vestra, designavit oratores novos ad altitudinem vestram cum muneribus et tributis honorariis, tam Hungariae quam Transsylvaniae, eosque citissime coepit expedire, quo de omnibus memoratis tractatibus celsitudinem vestram edoceret, seque in strictiorem amicitiam ejus exhiberet, postulando, ut se quoque in eo loco et favore apud se habere vellet, in quo et Joannem regem et suos posteros habuerat. Quod nunc etiam vult et postulat a vestra celsitudine sincero et candido animo.

Hanc suae majestatis legationem statim dominus Ally passa, Budae tunc beglerbegus, impedivit et prohibuit ad felicem portam celsitudinis vestrae proficisci, educto in fines suae regiae majestatis exercitu.

Digitized by Google

Nec, toties ab ipso rege nostro rogatus, ut ab armis conquiesceret, donec de omnibus, quae erant ratione Transsylvaniae peracta, altitudinem vestram edoceret, potuit adducere, ut tumultuari seque impedire desineret. Verum producto exercitu in aciem ex suis stationibus, coepit oppugnare sua confinia. Tum nostri quoque homines coacti necessitate ad defensionem sui, ipsi etiam simili modo in contentionem proruperunt, quantum potuerunt, omniaque fuere in illis finibus perturbata; et successionem hujus negotii totum sic dominus Ally passa significavit felici portae majestatis vestrae, ut ipsi visum fuit, non vero ut se res habuerat, quo magis ac magis rem regis nostri apud altitudinem vestram aggravaret.

Nihilominus impeditus hoc pacto rex noster ab Ally passa in dimissione novorum oratorum, non destitit aliis viis mittere ad celsitudinem vestram litteras, et per Joannem Mariam veterem oratorem suum eandem de praefato Transsylvaniae tractatu certiorem facere et informare. Quod diligenter ipsum Joannem Mariam fecisse, postea saepius ab eodem intelleximus.

At de hac prohibitione et insultibus domini Ally passae orta sunt tandem omnia illa disturbia, quae illud regnum postmodum gravissime afflixere, citra omnem culpam regis nostri, qui ab eo tempore, quo fecit cum magnitudine vestra inducias, et misit nos ad celsitudinem vestram pro pace, nunquam cepit arma, nec vel unum armatum militem misit in celsitudinis vestrae fines, non obstante, quod interim dominus Tuygon passa, successor Ally passae, cum finitimis zangziacchis invaderet fines regis nostri et subditos ejus vexarent, nonnulli etiam ex eis partim

Digitized by Google

furarentur, ut zangziacchus Karahamza Fylekvar, partim obsidione et vi bombardarum expugnarent, ut dominus passa Tuygon Salygo, et alii atque alii alia loca et pagos vastarent, et captivarent homines, idque sine ullo respectu induciarum et honoratissimi verbi vestrae altitudinis, quo ipsae induciae erant firmatae et securitas regni nostri constituta. Cui verbo firmissime credendo rex noster, sine et armis et militibus continebat se eo tempore cum suis subditis.

Postea vero si qui insultus a suae quoque majestatis subditis fuerant subsequuti contra subditos vestrae altitudinis, dignabitur bonitas vestrae altitudinis scire, quod provocati moverunt se ad sui defensionem, non autem ipsi provocaverunt alios, quemadmodum alio scripto vestrae celsitudini probamus.

Quod autem eo tempore neque tributum honorarium missum est vestrae magnitudini ratione Hungariae, haec ipsa quoque intermissio non regis nostri dedita opera intermissa est, sed belli causa, quod ipse dominus Ally passa in regis nostri finibus suscitaverat. At nunc, quando divina favente clementia praesens pax renovabitur et nova statuetur limitatio propter multa, quae sunt postea regi nostro adempta, majestas sua denuo ad ejusdem tributi pensionem revertetur, eoque diligenter magnitudinem vestram posequi et honorare curabit.

Jam quod ad Transsylvaniae negotium attinet, exequemur.

Ait rex noster serenissimus, non vi, nec dolo, nec in praejudicium vestrae magnitudinis occupasse Transsylvaniam, uti intellexit, magnitudini vestrae fuisse persuasum, sed ultro et spontanea cessione sibi a regina et suis esse traditam. Nec dubitat meminisse ve-

Digitized by Google

stram altitudinem, quod nunquam reginam ipsam ac suos sollicitaverit armis pro reddenda aut cedenda sibi Transsylvania; verum ipsamet cum suis non subito aut tumultuario motu impulsa, sed aliquot annis ante, maturis ducta consiliis, per assiduas tum litteras tum nuncios suos institit apud nostrum regem, ut tractatum cum Joanne rege, marito olim suo, habitum vellet ad exequutionem perducere, et ab se ac filio suo recepta Transsylvania ac partibus regni Hungariae inferioribus, alibi in ditionibus suis sibi et suo filio provideret.

Rex itaque noster tot petitionibus, immo potius precibus adductus, credens se nulla in parte magnitudinem vestram offensurum, si ejusmodi reginae ac suorum votis promtum se exhiberet. Nam quum rex ipse quoque noster agnoscat se amicum, confoederatum, et ita junctum esse vestrae magnitudini, ut ab ea divelli minime vult: nequaquam visum est illi, in praejudicium vestrae magnitudinis facturum, si ab iis Transsylvaniam in suas manus acciperet, qui nolentes uti donis ac beneficiis vestrae magnitudinis, sponte illam offerebant.

Quare confecto cum eis memorato tractatu et conventione, quemadmodum ipsa regina cum suis aliis cessit ejus majestati Transsylvaniam et inferiores regni Hungariae partes cum Cassovia et corona, qua Hungariae reges coronantur, ita rex quoque noster omnia illis ex se concessit, de quibus mutuo convenerant, adeo ut regina et tunc et postea, non solum litteris suis, sed etiam nunciis professa et testata est, se cum suo filio esse satisfactam.

Ubi itaque, imperator potentissimei, fiunt hujusmodi tractatus concordiae, conventiones, permutatio-

Digitized by Google

nes, resignationes, pacta, pax, et sponsales filiarum promissiones, ibi certe (quod probatur evidentissime) non est discordia, non inimicitia, non fraus, non arma, non jus, non injuria, nec demum ulla res, quae inferat displicentiam.

Quare ultro rogatus rex noster ad hujusmodi concordiae tractatum ineundum, quum praeter commissarios suos solis servitoribus eorum comitatos neminem in Transsylvaniam mittere statuerat, utpote ad rem amicabiliter et sine strepitu contentionum conficiendam, monitus fuit ab eisdem, ut milites etiam cum commissariis mitteret. Paruit, sed vix plures misit quam VI. aut VII. millia, uti voluerunt, qui monuerant; et ii quidem milites, si rem vi geri oportuisset, non certe Transsylvaniam aut Themesvarum, sed vix domum unam expugnare potuissent.

Patet itaque ex hiis, imperator potentissime, quod rex noster nihil vi, nihil dolo gessit contra reginam ac suos in Transsylvania, sed ex mutuo omnium inter se consensu ac voluntate.

Propterea ubi nunciatum est regi nostro a domino Hruztano ac reliquis passis nomine vestrae magnitudinis, ut omnino Transsylvaniam filio Joannis regis restituat, dicit sua majestas magnam sibi et prosapiae suae a regina et suis adhaerentibus fieri injuriam, si tam levi ejus et suorum mutabilitate accideret, ut juribus suis hac in parte privaretur, nec ad ipsius quoque aequitatem magnitudo vestra respiceret.

Nam majestas sua cum magnitudine vestra non litigat, cujus benevolentiam, amorem et liberalitatem exposcit, sed cum iis, qui juxta communes nostras leges tanto desiderio inita pacta, tamque firmiter mutua fide roborata tam indebite violare atque infringere non dubitarunt.

Digitized by Google

Quae quum ita se habeant et confidat rex noster magnitudinem vestram penes pietatem etiam aequitatis esse studiosam, rogat adhuc magnitudinem vestram, velit magnitudo vestra pro suo in omnes, qui magnitudini vestrae conjuncti esse volunt, amore et providentia, ad nostri etiam regis statum, conditionem et affectum respicere, quem gerit erga magnitudinem vestram, atque ita demum viam aliquam reperire, quo praesens negotium inter serenissimum regem nostrum, ac reginam et ejus filium sic complanetur, ut utrinque habita existimationis magnitudinis vestrae ratione, et rex noster, ex benevolentia liberalissimique animi sui consensu retineat Transsylvaniam, et regina cum suo filio eo statu contententur, quem et expetiverunt tantopere, et pro arbitratu suo obtinuerunt, sperantes in dies ab ejus majestate meliora, uti etiam illis sese in tractatu obtulit.

Nam quod ad regem nostrum attinet, dicit sua majestas, quod quum Transsylvaniam neque molestaverit, nec a regina unquam postulaverit, sed ultro traditam diu sollicitatus acceperit, et quam plurima in hoc impenderit, ut voluntati et petitionibus reginae ac suis satisfaceret: nequaquam ipse adhuc modum potuit invenire, quo sine gravissima infamia ac dedecore praefatis reginae et suis Transsylvaniam possit remittere, et magnitudo vestra, quae est imperator maximus et sapientissimus, non ignorat, oppressionem esse maximam principibus, injuria ad aliquid, maxime vero ad indecora impelli.

Dicit itaque rex noster, diu se, potentissime imperator, cogitasse et consilia captasse, quonam pacto sic ad hanc petitionem de Transsylvania magnitudini vestrae responderet, ut ejus animum quietaret.

Digitized by Google

Verum quum majestas sua nunquam antea majore difficultate in suis rebus laboravit, aliud ad respondendum non potuit invenire, quam ut etiam atque etiam magnitudinem vestram roget, ne se, qui certe omnium hoc tempore regum christianorum rex primus sit, inconstantia adversariorum suorum (quod aliter dicere non possumus) uni mulieri, uni puero et uni privato homini conetur succumbere. Quandoquidem si id ejus majestatem subire oporteret ignominiae, certe natum se non fuisse aut multo antea obiisse maluisset.

Igitur quanti magnitudo vestra, quae potentia maximos principes antecellit, unum tantum regem confoederatum et amicum suum hancque, ejus primam petitionem sit factura, oramus, ut nunc demum pro sua celeberrima nominis fama non gravetur declarare. Et velit etiam cogitare, quod ex praesenti magnitudinis suae judicio ac deliberatione multi principes et nationes christianae intentae sunt, ut perspiciant, quanta, et quantum aequitate, tum existimatione amicos et confoederatos reges apud se magnitudo vestra contineat.

Ad reginam vero et ejus filium quod attinet, licet, inquit, majestas regis nostri, tam mater quam ejus filius obliti mutui et firmati jam foederis et meritorum ejus erga se nimis cito, concitarint magnitudinem vestram contra illum, et hostes sese ei ostenderint, quem amare potius debuerant, quam odisse, quum eis (uti ipsimet optaverant et fatentur) morem gesserit: tamen adhuc offert se majestas sua, et fraterno matrem et paterno filium ejus complexurum, *) accedente magnitudinis vestrae authoritate et respectu, si in meliorem viam reversi, maluerint ejus majesta-

*) Kimaradt, úgy látszik, „amore.“

Digitized by Google

tem amicam habere, quam inimicam. Quandoquidem ubi primum opera et consilio magnitudinis vestrae fuerint ejus majestati reconciliati, et noster rex jam promissam praefato filio filiam suam tradiderit in uxorem, non dubitet magnitudo vestra, quin denuo sit in eos benigne affectionem et benevolentiam suam conversurus, ac majoribus etiam tum rebus, tum honoribus eosdem aucturus. Quia quum ipse rex noster sit rex maximus, eos certe, quibus in matrimonium filias suas locat, non parvos nec abjectos esse studet; sic nec Joannis regis filius de liberalitate ac paterno ejus majestatis animo desperet.

Quod autem est ultimum, quoniam rex noster ad hoc usque tempus nemini unquam honorarias tributorum pensiones fecerit, singularis certe erit gloria vestrae magnitudinis, quod illi facere inceperit. Dignum itaque est, ut, postquam ob ejus amicitiam, et confoederationem magnitudo vestra tanta uteretur gloria, ita et majestas ejus vota sua a magnitudine vestra consequatur.

Haec sunt, quae ad negotium Transsylvaniae, reginae et ejus filii pertineant. Quibus bene et feliciter in salutem magnitudinis vestrae obtentis et firmatis, ad alia deveniemus.

B.

Potentissimo imperatore. E consueto appresso, li cristiani principi, che li patti, le convenzioni delle concordie, de permutazioni, de vendizioni, e de tutti simil contratti con lettere obligatorie sigillate con sigilli, e sottoscritte di proprie mani delli contrahenti, sieno confermati e testificati. Li quali da puoi per

Digitized by Google

nissun modo puolno infringiere e revocare, se non che il consenso intravenesse de tutte due parti.

Per la qual cosa essendo re nostro accusato appresso la grandezza vostra, che per forza e col inganno in pregiudizio de vostra grandezza habbia occupato la Transsilvania, e cacciato fuor d' essa la regina Isabella col suo figliuolo : esso re nostro volendo pruovar, questo esser falso, e confinto da quelli, li quali se sforzano alienar l' animo e la benevolenzia de vostra altezza da lui, e quella farglie la inimica.

Noi per commandemento d' esso re nostro porgiemo a vostra altezza dui essempi delle lettere obligatorie, che la regina sopra l' accordio della rezignazione del stato di Transsilvania ha fatto e dato al nostro re, testificando con la parola soa, che re nostro amichevolmente, e senza ogni forza et inganno ha con lei contrattato, e che si lei, come il suo figliuolo, pienamente pe la Transsilvania e per le parte inferiore di Hongaria, cioe per Themesvaro e Lippa, e altre pertinenzie de detti luochi habbia contentato, di quanto hanno desiderato.

Ne è da dubitar, che quando la vostra altezza potentissima et sapientissima et justissima, intenderà li detti essempi delle lettere date e fatte sopra l'accordio tra la regina, suo figliuolo e re nostro, chiaramente crederà che li lamenti e le accusazioni della regina e delli suoi siano falsi.

Et oltra di ciò essendo per vedere la vostra altezza come nello exordio de dette lettere tratta la celsitudine vostra, e quanto honorate grazie rende a quella per tanti benefizii che dalla celsitudine vostra ha recevuto, e come indebitamente revoca e rompe gli patti, che con la parola, con sigillo, e con la

Digitized by Google

mano soa ha approvato e roborato. E finalmente in che modo la reputazione e la grandezza de vostra celsitudine puoco honoratamente considerata, con ingenio di donna, insieme col Petrovith, se sforza tirarle al odio et alli danni del nostro re; il che altramente di lei non se puol dire, vedendossi apertamente per li fatti et andamenti suoi. Di maniera che quando la grandezza vostra intenderà tutto questo dalle istesse lettere della regina, re nostro e certissimo, che la vostra altezza, si come la pietà ha sempre avanti gli occhi, cussi ancora dalla equità e giustizia mai si parti, ne declinarà per instituto della regina e di Petrovith là dove l' honore, la reputazione, la celeberrima fama e nome suo felicissimo puotesse sminuirsi. Perchè sa bene el nostro re, che vostra altezza è dotata di tal giudizio, con lo quale facilmente e sapientemente conservando uno cussi grande imperio, e tenendo quello in unità, molto più facilmente puossa travedere, quello fa e vole la regina, e come ancora li suoi inconvenienti desiderii si possono evitare, essendo per si molto manifesti.

Se dunque il nostro re pregato spontaneamente dalla regina e dalli suoi, a simil accordio cerca la resignazione della Transsilvania, e quello insieme con la regina e con li suoi tanta con carità e paternal affetto ha abrazziato, e sodisfatto a tutte le loro dimande, come le lettere e della regina, e de Petrovith fanno testimonianza, con che raggione adesso volno annihilare la loro parola? con che animo la data fede volno rompere, e finalmente con che faccia ritornino alla grazia, et al lucidissimo conspetto de vostra altezza? Il che non essendo dubbio, chel e presente lettere apertamente demonstrarano a vostra altezza, e noi

Digitized by Google

affermemo, che se la mitta (?) de vostra benevolenzia, de liberalissimo animo suo, e di benefizii suoi conferisse nella persona de nostro re, li quali ha conferito prima in re Zuanne e puoi nella soa posterità, certo è, esso re nostro molto altramente e con megliore e più honorate demostrazione harebbe dechiarato la soa gratitudine verso la altezza vostra, come inavenir ancora è per dechiararle, se la altezza vostra non lo alienarà da si et alle presente suoe dimande, convenevole eziandio alla raggione, vorà liberalmente e da spezial suo amore consentire.

La qual cosa quando vostra altezza se degnarà a far, molto veramente alla preclara fama, al honore et alla gloria sua accescierà ogni celebrità. Perchè la equità e le raggioni che nostro re ha in presente negozio, essendo largamente manifestate appresso tutti li principi cristiani e molte nazioni, non è dubio, che anca la observanza, che vostra altezza tiene della giustizia, molto più largamente sarà divulgata et illustrata. E principalmente quando non permetterà che le raggioni del nostro re siano senza consideraзione estinte.

E perchè le original lettere di questi essempi sono conservate nelle mani del nostro re, nè quelle si puolno securamente mandar in quà, in là, dice el nostro re, che la altezza vostra puotrà far le veder per qualche huomeni suoi fideli gni volta, che de esse harà dubio. Perchè se in verità soa magiestà non havesse in sue mani tal lettere, mai se havrebbe fatto proponer alla altezza vostra. Ma hormai venendo alle lettere della regina, quelle sono tali.

Noi Isabella per Iddio grazia, regina d' Hongaria etc. recognosco per le presente mie lettere, che

Digitized by Google

havendo noi havuto di continuo quel pensiero, come e in che modi lo regno de Hongaria e Transsilvania, che erà nella dizione nostra e di nostro figliuolo, al benefizio della Cristianità puotessemo conservar salvo, essendo stà in molte cose non senza e nostro e di regno d' Hongaria grandissimo male, ben insegnata le perfidie turchesche, venendone eziandio spesse volte alla memoria il caso di Buda, con che promesse del principe de Turchi deleggiata da quella sedia regale senza ogni nostra dignità, e con gran danno de questo regno son stà spenta.

Ma per beneficio d' Iddio liberata de la, havendo ne finalmente aveduta che ne anche in Transsilvania per li anni, che stette in quella, puoteva esser secura dalla perfidia de Turchi, desmentigata della dignità nostra, di nostro figliuolo, e de tutti li nostri commodi, quella suol cosa cioè a compire et esequire li pensieri nostri, giudicai sopra tutto esser utile e proficuo, che io insieme col mio filiuolo e con regno più presto si commetessimo nella fede e defensione delli principi cristiani, de li quali sempre havemo fatto gran stima, e dalli qualli l' animo nostro mai non è fatto alieno, cha che gli altri non puotessero dire, che esso regno d' Hongaria e Transsylvania per la causa e opra nostra è cascato nel puotere di Turchi, con grandissimo danno de tutta la Cristianità.

Ben dunque tra di noi tutto questo considerata e digiudicata, essendo del pio e paterno animo della sacratissima regia magiestà di Romani, d' Hongaria etc. consangvineo nostro colendissimo, verso di noi et illustrissimo nostro figliuolo, duca Joani, fermamente instrutta, et eshortata ancora benignamente alla confermazione de tutte le cose sopradette dalla sacra-

Digitized by Google

tissima cesarea e catolica magiestà, con li illustrissimi e magnifici signori Giuan Battista Castaldo marchese di Cassano, Tomaso Nadasdino conte de Castro Ferreo, et Andrea Bathory conte de Zathmar e Zabolch, commessarii d' essa sacratissima magiestà regia de Romani etc. nella causa della contradote nostra con vertù et authorità de pieno mandato, a trattare e diffinire le cose e li negozii nostri, e di nostro figliuolo, per essa magiestà regia dati e concessi, havemo convenuto in condizioni sottoscritte etc.

Isabella Regina.

Noi Isabella per Iddio grazia regina de Hongaria, Dalmazia, Croazia etc. recognosco per le presente lettere nostre, che dopo la morte del serenissimo quondam principe signor Giuanne re de Hongaria, Dalmazia, Croazia etc. signor et marito nostro carissimo, essendo in questo regno d' Hongaria sequiti moti grandissimi per el mancamento di coloro, alli quali esso principe havea dato gran beneficii, e noi suola col figliuolo nostro, che ancora vagiva nelle cune, e con alcuni altri puochi, nelli quali restavà qualche ricordanza delli beneficii recevuti, truovandone in Buda nel quella sedia regale exposta a tutti gli pericoli della perfidia del principe di Turchi, che ne occupavà molte parte di questo regno, e tenendo la memoria di studii del serenissimo re, principe, signore e marito nostro carissimo, con li quali e si medemo e questo regno con le soe parti suddite (se Iddio li derà più longa vita) pian piano s' afforzava di liberare dalla tirannide di Turchi, e condurlo alla pristina libertà e protectione degli principi cristiani: nissuna altra cosa in tutte le actioni nostre havemo havuto

Digitized by Google

più principale, cha, intrando nelli andamenti d' esso serenissimo principe, signore marito nostro, con summa diligenza nostra procurassemo la salute si de questo regno come nostra, e del figliuolo nostro carissimo.

E dechiarando apertamente molti fatti turcheschi, che loro mai non hanno cercato l' imperio per li alteri ma per si istessi, nissuna altra cosa ne pareva esser più disconvenevole, havendo recevuto da essi tanta calamità, cha se la simulata amicizia degli Turchi in pernicie de questo regno, e nostra, e di nostro figliuolo più longo tempo usassemo, la quale non tanto fu a noi per il desiderio assunta quanto per la necessità. Per la qual cosa, uscita noi de Buda, se bene e con tributi e con gran presenti il crudel animo di principe de Turchi non mancassemo a placare, et se afforzassemo far ogni cosa quanto erà nel puoter nostro, quello che e voleva, e lui non cessasse mai dal instituto suo, giudicando quello suol esser pio e molto grato a Iddio, quando contra di noi, che erimo alieni della sua religione, e contra tutta la Cristianità facesse qualche cosa dura.

E benchè dappoi la perduta di Buda havevamo tal condizione per la benignità d' Iddio ottenuta in Transsilvania, la quale per la nostra dignità, e per quella del nostro figliuolo ne pareva esser a bastanza: nondimeno havendo sempre con grandissimo ardore desiderato l' imperio delli principi cristiani, e se fussemo stà certificata del pio, clemente e paterno animo si della secratissima cesarea di Carlo, come della regia magiestà Ferdinando, consanguinei nostri colendissimi, verso di noi: posta in oblivione la dignità nostra e li commodi nostri, alli quali sempre bisogna anteponer li commodi publici, noi insieme col fig-

Digitized by Google

liuol nostro carissimo più presto nella fede e defensione delli principi cristiani s' havemo voluto commettere, cha ascoltar le voci de molti, che harebbon puotuto dire: questo regno per oper' e colpa nostra esser caschato nel puoter di Turchi.

Noi dunque già da molto tempo in quel pensiero, a che modo e per quel raggionevol mezzi si santo proposto dal animo nostro puotessemo dechiàrare verso la Cristianità, e del sincerità del medemo nostro animo far securi li vescovi, e li principi: questa honesta e salutar occasione ne occorse, de li illustrissimi e magnifici signori Giuan Battista Castaldo marchese di Cassano, Tomasso Nadasdino conte di Castro Ferreo, et Andrea Bathory conte di Zatmar e Zabolch, commessarii d' essa magiestà regia nella causa del illustrissimo duca Giuanne nostro figliuolo carissimo, dati e comessi per essa sopraditta regia magiestà, con vertù, authorità e pieno mandato a tractare e deffinire le cose e li negozii nostri, e del nostro figliuolo, con li quali havemo convenuto ne lle condizioni infrascritte. Isabella Regina.

Le qual condizioni, si quelle che con la serenissima regina, come quelle che col suo illustrissimo figliuolo sono stà fatte, per astringer e darle in brevità alla notizia de vostra altezza, sono tali.

Havendo la detta serenissima regina firmamente deliberato diuscir col suo figliuolo de Transsilvania, e quella, con tutto quello, che haveano eziandio in Hongaria, insieme con la corona regale commetter nel puotere della magiestà del nostro re per cause già sopra dette, si contenta essa regina serenissima di rihavere la soa contradote di ducati d'oro hungari 140 millia, li quali il serenissimo re Giuanne suo marito

Digitized by Google

per ditta contradote segondo l' uso delli principi cristiani gli haveva obligato e promesso del suo nel tempo di suo maridazzo. Et hora per farla secura de la detta contradote, la magiestà del nostro re gli dette nelle mani et in suo puotere un ducato in Slesia detto Munsterberg con tutte le soi città, castelli, ville, sudditi, possessioni, utilità proventi e libertà per la parte de sopradetta contradotte col tal condizione, che in termene di tre anni tutto resto d' essa contradotte gli fusse integralmente satisfatto, pagando li una certa summa al anno. E questo quanto con la serenissima regina.

Quanto col figliuolo, vostra altezza sarà contenta de intender, che segondo il serenissimo re Giuanne, patre suo, già per avanti tutto il regno de Hongaria con la Transsilvania e con tutte le raggioni, che lui havrà sopra quello, havea ceduto e resignato alla magiestà del serenissimo re nostro, et alli loro heredi e successori per la transazzione con giuramenti confermata, cusi ancora el suo figliuolo per imitar el patre e demostrar insieme con la matre d' esser contento di quello, che esso patre havea fatto, tutte le raggioni, che havea nel regno d' Hongaria e di Transsilvania, ha ceduto e resignato a soa sacratissima magiestà sopradetta, e suoi heredi e successori.

Et in cambio de questo la magiestà de re nostro gli ha donato e conferuto in Slesia un ducato d' Oppolia perpetualmente et irrevocabilmente, a lui et alli suoi heredi, posteri e successori con tutte le sue città castelli, oppidi, villaggi, possessioni e tutte le altre utilità e libertà suoe con intrada non piccola al anno, acciò si in potestà et authorità fare e disponer d' esso ducato come del suo, tutto quello, che li piacerà.

Digitized by Google

Iterum: la magiestà del nostro re, e stà contenta, e ha convenuto col detto duca Giuanne, che se per aventura mancasse detta magiestà regia o suoi heredi e suceessori della prole masculina, che in esso duca Giuanne, e negli sui heredi successori debbia ritornar id regno de Hongaria con la Transsilvania, e tutto resto, che esso regno s'apertene, dobbiando farsi il simile de ducato d' Oppolia, se detto so duca Giuanne o suoi heredi e successori mancassero della prole maschia e legitima.

Iterum: Gli ha promesso ancora la magiestà del nostro re, che sempre nel detto ducato lo mantenerà e defenderà con le suoi proprie armi, spese, forze e fatige contra tutti, li quali lo volessero molestare.

Iterum: che de mo inanzi esso duca Giuanne per rispetto del detto ducato d' Oppolia sia havuto da ogni uno per vero e legitimo duca, et in quello per la magiestà caesarea sià confermato, inalzato e consecrato, come duca cristiano, con questa condizione, che ricognoscali re de Bohemia con le solite usanze delli altri duchi antecessori suoi.

Iterum: la magiestà del nostro re li ha promesso per le bombarde et instrumenti della guerra, che havea in Transsilvania in altri luochi suoi con la matre insieme, darli o altre tante bombarde et instrumenti della guerra, o pagarlichi segondo la soa valuta.

Iterum: se per qualche disaventura accadesse, che fino che il detto duca Giuanne con la matre soa serenissima sarano in Cassovia, venesse a pericolar il regno d' Hongaria e Transsilvania con le sue altre parti, la magiestà del nostro re s' ha obligato di man-

Digitized by Google

tener e dare al detto illustre duca, et alla matre soa serenissima tutto quello, che gli ha promesso, pur che per la causa loro non si causasse tal pericolo.

Item: volendo la serenissima regina, che fino che starano in Cassovia, tutte le lettere fatte sopra el presente trattato debbia la sacratissima magiestà del re nostro, e suoi heredi e successori, far di nuovo transcriverle e confermarle, acciò la detta convenzione sia più certa e valida, la soa magiestà sacratissima ha fatto e eseqvito il tutto.

Et al fine: Perchè la serenissima regina ha pigliato in bene tutte le obligazioni della sacratissima magiestà sopradetta, insieme col suo illustrissimo figliuolo duca, tutte le cose loro hanno dato e remesso nello arbitrio della detta magiestà regia, e parimente essa ancora magiestà regia gli ha dato speranza insieme con la sacratissima magiestà cesarea suo carissimo fratello, di accrescire col tempo el stato del detto illustrissimo duca Giuanni, e dargli per moglie una sua figliuola, massime s'el se portarà ben con le magiestà loro, e manterà con la matre insieme constantamente tutto quello che tra loro e la magiestà del nostro re, è transatto e concluso. Date in Alba Julia nel XIX. di Lujo MDLI.

Io Piero Petrowyth de Zuraklin conte etc. recognosco per le presente mie lettere, che il serenissimo e potentissimo principe e signor Ferdinando per favore della divina clemenzia re de Romani, de Hongaria et de Bohemia, signor mio clementissimo, havendossi degnato tutto et integro castello de Munkach, che è nel contato de Bereg, con tutte le soe pertinenzie e ciascadumi altri sui justi proventi et utilità commettere alla fede mia, e quello ancora assignar a me per

Digitized by Google

lo uso e luoco della mia habitazione e residenzia mia, per mezzo delli illustrissimi et magnifici signori signori Giuan Battista Castaldo marchese di Cassano, signor Andrea Bathori conte di Zatmar e Zabolch, e signor Tomaso Nadasdino conte di Castro Ferreo, commissarii de soa regia magiestà nelli trattati, che sopra di questo furno fatti e conclusi in Transsilvania, che io lo detto castello Munkach, fina che sarà vivo, tenga e posseda con questa lezze e condizione: che il detto castello in tempo della mia morte possa legare et inscrivere a chi me piacerà, per la summa de dieci millia fioreni acciò quello sia tenuto e posseduto fina tanto, che a quel tale la sopradetta summa de dieci milli fioreni per istesso re serenissimo, o per suoi figliuoli, heredi e successori, re de Hongaria, sarà pagata, et detto castello rettornarà nel serenissimo re, o de li figliuoli suoi.

Et io Piero Petrowyth la soa regia magiestà della mia fidelta e de la conservazione e cessione del detto castello, vogliando come è il dovero, far certa e secura, per la fede mia cristiana, per lo honore et humanità mia ho promesso, si come eziandio per le presente lettere mie prometto, che al prefato clementissimo signor mio, come al coronato re de Hongaria, et agli sui fioli, heredi et successori, re de Hongaria, la vera e sincera fidelta prestaro, et il detto castello Monkach conservaro nella fede et obedienzia di soa regia magiestà. Et eziandio per li castellani et officiali mei, si quelli, che al presente in quel sono come quelli, che nel avenire sarano constituiti, faro conservarlo. Et a questo li istessi castellani et officiali constrengiero con giuramento ogni hora, che accaderà di fare qualche mutazione di loro officii.

Digitized by Google

Obligando appresso di ciò tutti quelli over quello, a chi nel tempo della mia morte li sopradetti dieci millia fioreni per mi testamentalmente saran cassati, che quando la detta summa de dieci millia fioreni per soa magiestà o per nome suo sarà deposta e pagata, subito senza ogni inducio, difficultà, interfugio e colore, over presto alcuno de che sorte sia se voglia, ma puramente e simplicimente, a soa magiestà regia over agli huomeni d' essa magiestà a questo deputati, e dopo soa magiestà agli heredi e successori suoi, legitimi re de Hongaria, insieme con tutte le suoe pertinenzie liberamente e simplicemente rimettino e restituischano. Et ad observare inviolatamente tutte le sopradette condizioni generalmente e particularmente con fidelità e sincerità per tutti casi, che puotrebono avenire, sotto li antedetti legami della fede, de honore et de humanità a me e li preditti castellani et officiali e legatarii mei, che serebono obligo de fatto, e voglio che siano oblegati.

Quanto puoi se apertien alli edificii del detto castello Munkach, et alle pertinenzie e li sudditi suoi, prometto che li suoi edificii e munizioni, quanto li sarà di bisogno, mantiniero; e li coloni over sudditi soi tutti, contentando me di mei giusti e legitimi proventi, li conservaro nelle loro raggioni e libertà antiche e solite, e faro che gli mei officiali faciano el simile. — Et in fede e testimonio di tutto questo, che di sopra è detto, le presente mie lettere col mio sigillo e propria mano ho subsignato. Date nella città Eperyes el prossimo di de Giobbia dopo la festa della conversione de san Paulo nel anno de MDLII.

Petrus Petrowyth.

Digitized by Google

C.

Potentissimo imperatore. È passato hormai un anno e mezzo, che noi ambasciatori del serenissimo re Ferdinando, nostro signore, stemo rinchiusi nella custodia de vostra altezza, tra qual tempo perchè molti tumulti e risse, e damnegiamenti e pregionie d' huonemi nelli confini del nostro re, tra le genti de vostra altezza, e di nostro re, a grandissima ingiuria delle tregue sono succedute; e la causa delli detti tumulti, risse, damnegiamenti e pregionie solo al re nostro è imputato dalli prefecti de vostra altezza, li quali mandando a quella ogni dì da tutte le bande suoi noncii, lettere, accusazioni et lamenti, hanno fina questo tempo di tal maniera a suo modo informato gli signori passa e l' altezza vostra di fatti suoi, che essendo tutti tali fina al minimo laudati, et appresentati di maggior stipendii, non puoterno pensar altro, se non, che tutto quello che in detti confini contra el nostro re, contra la parola de vostra altezza e delle tregue hanno commesso, habbiano fatto bene e con dovero di equità.

E tutto questo con che raggione sia stà fatto, non sapemo, ma in ciò non se ha puotuto statuire cosa alcuna di fermezza, ne di raggione, non havendo si ancora inteso le raggioni e le respuoste del nostro re, le quali da noi, che non erimo molto lontani de vostra altezza, si doveano ascoltare, e conoscere come da gli ambisciatori, li quali hanno commessione di parlar e trattar con vostra altezza e con li suoi passa de tutte quelle cose, che alla giornata poutessero intravenire. Promittendo a vostra altezza che si ancora a nui fusse stà data la facoltà di venire a conspetto di quella ogni volta, che il bisogno delle cose del no-

Digitized by Google

stro re havesse recercato, talmente havessemo parlato, per la giustificazione del nostro re e delli suoi sudditi, che più delle volte li inimici e accusatore de soa magiestà havrebbono tacciuto, e la vostra altezza sarebbe avisata et informata molto meglio della integrità e sincerità e buon animo del nostro re verso di se. Dove pregamo strettamente la altezza vostra, che è sapientissima, che voglia considerare, quanto è contra ogni dovero, e fuor della equità, che alle orecche et alla vista vostra ogni dì da infiniti adversarii et inimici nostri esso re nostro è ingiuriato, oppugnato et accusato delle cose ancora, che mai ne anche se ne habbia in pensato. Ne fina questo tempo pur una volta semo stà lassati a parlare e respondere, et a render il conto dalle raggioni del nostro re, acciò si la altezza vostra, come gli signori passa, havesseno meglio cognosciuto la verità, cheascoltando li suoli noncii et ambasciate delli aversarii nostri, si quelli che vengono per nome della regina et Petrovyth, come quelli, che mandano li prefetti finitimi de vostra altezza.

Perho non havendo puototo già più, che da un anno e mezzo parlar nella causa del nostro re, avanti del conspetto de vostra altezza, ne hora puotemo racontare a buoccha tutto quello, che è da dire, per la reverenza della amplissima presenzia de vostra altezza: l'officio nostro e la fede nostra, che tenemo al nostro serenissimo re, ne sforza presentare a quella in questo scritto tutto el successo della violazione delle tregue, e dimostrare qual parte primamente ho violato quelle, faciando il tutto con quella modestia, che dovemo, e brevità, che maggior puotremo, saperemo. E tal successo subito che vostra altezza haverà ben inteso e conosciuto chiaramente, sarà cer-

Digitized by Google

tificata di quello che li promettemo, e per se istessa conoscerà, che a quella parte tutti li incovenienti, tumulti, risse, damni e pregionie sopradette, che puoi ne quelli confini tra le gente de vostra altezza e del nostro re sono sequite, doverano imputarsi, e per raggione meritare ancora esser castigata, e l' altra absoluta d' ogni colpa.

Dando dunque il principio della offesa delle sopradette tregue al signor passa Tuygon, beglerbego de Buda, exponemo alla vostra altezza, le suoi lettere della fede, che si chiamano salvo condutto, le quali assecuravano la soa magiestà, si della salute e libero ritorno delli soi ambasciatori, che era per mandando alla felice porta de vostra altezza con tal ordene, con tal presenti et apparati, con li quali a vista del tutto non suolamente imperio de vostra altezza, m' ancora de tutti li stati cristiani dovesse esser amplamente e con celebrità la vostra altezza honorata, si come anche tal cordial commessione de soa magiestà fu per noi ministri diligentemente exequita, quando venemo a basciare le honoratissime mani de vostra altezza.

Ma partiti da Vienna et arrivati a Buda, vi dimoramo alquanti giorni, dove per aventura in quel medemo tempo erano ancora giunti li huomeni da Piero Petrovyth, li quali sollicitavano con gran instanzia il signor passa, che vensso con gran prestezza a trovarlo con lo esercito de vostra altezza, et indur lo in Transsilvania.

Il signor passa (come a nui se diceva) vedendo la facilità, che Petrovyth li mostrava, inchinava molto l' animo suo a tentar la fortuna, quantumque non havesse il mandato da vostra altezza (cosa ch'è

Digitized by Google

da credere) perche un tanto e si giusto imperatore non da fuora li suoi mandati in un tempo contrarii uno al altro. Pur esso signor passa procurando di haver simil mandati, intertiene tra questo mezzo gli huomeni de signor Petrovyth con speranza di far quello, che desiderava.

Alhora noi andati dal passa, li racontamo primamente quello, che della soa expedizione havevamo inteso, da puoi lo pregamo con summa diligenza, che non si muovesse a requizizione de Petrovyth, ne de nissuno in arme, per andar a molestare il nostro re, havendo la vostra altezza fermato la pace delle tregue con esso re nostro, fina tanto che noi ambasciatori de soa magiestà venessimo a truovar la vostra altezza, e finissimo con essa la pace, per la quale erimo mandati, e dechiarata li ancora tutta la continenzia delle tregue e delle lettere de vostra altezza, con le quali erino assecurati li confini de soa magiestà; e noi ambasciatori non restamo ancora de dir li e protestar li, che se lui inpersona soa andasse, overo qualch' un altro con le gente de vostra altezza mandasse, lui senza ogni causa violava e rompeva non suolamente le sopradette tregue, m' ancora offendeva grandissimamente lo honore e la riputazione de vostra altezza, et era per dar la causa a tutti li inconvenienti, danni e contese, che dapuoi tra li sudditi de vostra altezza e del nostro re erino per suscitarse ne quelli confini, attento che ancora nella pace è consveto esser licito, a defendersi da coloro, che comminciano l' offese, ma a comminciar quelle, è cosa capitale e contra ogni buon costume de gli huomeni che tienno raggione, conto delli patti, con la fede de tutte dua bande fermati.

Digitized by Google

Al fine il signor passa dato a noi molte promissioni delle parole, et Petrovyth delli fatti, partimo noi da Buda verso Constantinopoli, e lui puocho di puoi con le sue genti verso Zegedino, a congiungersi col Petrovyth, e far la deliberata impresa. Ne ancora la vostra altezza havea oldita bene la ambasciaria nostra, che poi partandossi vostra altezza per la guerra di Persia, ne venne la nuova del muovimento, che il signor passa havea fatto, et erà andato nel Zegedino per farli il resto della massa del esercito, e consegliarsi col Petrovyth di tutto quello, che erino per far insieme.

Turbato el re nostro grandissimamente per tal muovimento del detto passa sotto le tregue, che quasi el dì davanti erano stà fatte, non mosse forza contra forza, ne preso l' arme contra arme, come meritamente puoteva, ma mandato lettere al detto passa lo dimandava quello, che facesse? se da si o de vostra altezza o dalli signori passa: dove fusse la fede o la reverenza delle tregue? s'el facesse conto della parola e del mandato de vostra altezza, over non stimasse punto ne tregue, ne vostra altezza, ne li suoi mandati? Pregando la appresso et essortando. che senza causa, che avanti il tempo e la composizione della pace o non pace, non se muovesse, ne usasse arme, ne cercasse occasioni di romper e violar le confermate tregue. Attento che non li era per mancar il tempo de guerreggiare eziandio da poi ogni volta che la detta pace non fusse conclusa.

Non ascoltò il signor passa le buone parole ne le honeste eshortazioni del nostro re, alla giornata accrescendo l' esercito, muovea col Petrovyth e con li suoi congiurati in tutti quelli contorni nuove

Digitized by Google

sedizioni, instigando alle rebellioni molti sudditi del nostro re, li quali securi hormai d' ogni periculo, de inimici, per la securanza de vostra altezza nelle tregue fatte, se haveano posto al ozio et alla quiete. E quelli che constanti nella fede del suo re, non volevano esser rebelli, erano sforzati a pensar delle arme e delle loro defensione per simil insulti del detto signor passa e di Petrovyth.

E che questo sia el vero, il signor Giuan Maria collega nostro, che nel partir de vostra altezza verso la Persia, fu espedito al re nostro, per la cosa, che si sa, arrivato che fu in quelle bande de Hongaria truovo esso signor passa Tuygon e Petrovyth con tutti li zangziacchi, e le gente de vostra altezza a Zegedino, pieno d' sdegni e di fuochi, et hormai parato al partirse per la impresa sopradetta. Alhora recevuto nuovo mandato de vostra altezza, che li portò esso signor Giuan Maria, si fermò el passa, e fu li interrotta la proposta impresa. Tal che li ritornando a Buda lassando andare l' esercito alle soe guarnigioni, obedi ben al mandato de vostra altezza, quanto se apperteneva alla soa persona, e di non andar in Transsylvania. Ma non obede in tutto el resto. Perchè partando lui verso Buda, lasciò appresso il signor Petrovyth, il zangziakbey de Zolnok con le genti soe e quelle de Hatvan e di Zegedino, e li dette commessione, che tentasse la fortuna di Waradino, e quello s' el pigliava, lo consegnasse in mano de Petrovyth per la soa stanzia.

E questi soldati con signor zangziaccho de Zolnok e con Petrovyth andati verso il Waradino brusciando, lo spogliando, amazzando e desolando il tutto per donde andavano, nel paese del nostro re fecero

Digitized by Google

del male assai, ma non habbero tutto lo intento loro, perchè le guardie in quelli luochi insleme con li offesi et aflicti sudditi mossossi inanti alla soa defensione. Si defensero, quanto puotero. E faceva si quella tal e maggior perturbazione tra l'una e l'altra parte. Ma re con li sui mandati subito prohibiti le soe guardie e li suoi sudditi, e fece li metter giu l' arme, dicendo che lui era per osservar le tregue, e la fede soa, havendo certa fiducia che ancora l' altezza vostra fusse per far il simile, castigando la inobedienzia delli suoi finitimi.

E questo è il primo insulto fatto nelli confini sotto le sopradette tregue, lo quale ha la vostra altezza inteso alhora quando fu fatto, o non : non sapemo, ma la cosa stà cussì. E vostra altezza si degnarà d' intender quello adesso, e veder con la soa sapientissima cognizione, quanto presto il signor Tuygon passa se messe a perturbar il nostro re, senza ogni causa, e li suoi sudditi; e veramente se vostra altezza ben consideri: assai più presto che le lettere del suo salvo condutto, che dette al nostro re, erino ben asciute e complicate, già il signor Tuygon passa gli faceva ingiuria. Ne si puol escusar esso signor passa, che ciò facesse per el tardar della espedizione de signor Giuan Maria, el qual a pena erà arrivato alla presenza del nostro re, e noi de vostra altezza,

Hor vede dunque chiaramente la altezza vostra. che il signor passa Tuygon fu primo a violare le tregue et offender non solamente al nostro re, ma ancora transgredir la parola de vostra altezza, e dare la causa a tutto el resto, che di puoi è seguito tra tutti dua confini, essendo cosa certa che il mal principio ha mal progresso e peggior fine. E questo è quanto

Digitized by Google

per la prima causa delle tregue rotte. Hora venemo alla altra.

Arrivato che fu Giuan Maria ambasciator alla presenza del nostro re, et expose a soa magiestà il desiderio de vostra altezza cerca el fatto della Transsilvania, ben che li fusse stà cosa molto molesta, che tal animo di quella non l' ho havea inteso avante che noi fussemo stà spediti a questa excelsa porta, perchè di questo ancora negozio ne havrebbe dato la soa magiestà tal informazione a trattarlo, che nella espedizione sua non sarebbe stà bisogno di commetter tanta dilazione, per intender, quale era animo di ciò de soa magiestà regia; non dimeno, puoi che la cosa è accaduta in questo modo, la magiestà del nostro re vogliando di ciò, come d' una cosa de grandissimo momento, e molto al honor suo importante, con diligenza e maturità deliberare, fu afforzato di consegliarsi non suolamente con li signori e privati del suo regno, m' ancora con alcuni altri principi finitimi e confederati suoi, si come in tal casi è consveto a farsi tra gli principi cristiani, per la communione de li stati loro, desiderando summamente di dar tal resposta alla altezza vostra, la quale et a vostra altezza aggradasche, et ad esso re nostro non fusse di carico, ne di vergogna.

La qual cosa essendo in fatto assai difficile, non era possibile a esequirla in un momento, trattandossi per mezzo delli ambasciatori in lontan paesi, quì con questo e là con quel altro, fu forza, che la deliberazione della detta cosa venesse a differirsi. Ne perho questa tal dilazione fu maggiore di quatro lune, lasciando le due, le quale il signor Giuan Maria consumò nel camino per la soa malattia e tempi del verno,

Digitized by Google

nelli quali parti de quì. E questa dilazione (quanto noi giudicamo) offese più quelli, che offendono el nostro re, che la altezza vostra, la quale essendo principe grandissimo e sapientissimo, sa ben, che molti grandi et potenti principi non poteno alcune volte far et exequir le cose loro, segondo li disegni et volontà loro; cussì se anche il re nostro non ha puotuto in puoco tempo et in uno subito satisfare al desiderio de vostra altezza, quello harà escusato per la causa sopradetta.

Ma questa tal dilazione fu molto al proposito della regina e de Petrovyth et altri loro congiurati, per puoter calumniar el nostro re appresso l' altezza vostra e gli suoi passa. Perchè subito da quel tempo in quà, hor con le lettere, hor con ambasciatori et noncii comminciarou accusar quello de diverse cose, e massime che simulatamente cercasse la pace, che havesse tutto il pensiero alla guerra, e facesse occolti apparati delle forze e delle gente suoe per andar sprovistamente adosso delli confini de vostra altezza.

Il che se fussé stà da credere, imperatore potentissimo, che alhora sarebbe stà visto quando la vostra altezza guerreggiava in Persia. Ma perchè dal principio della venuta nostra in quà, mai re nostro se mosso in arme, ne fece pur un soldato a tal fine, come la vostra altezza hormai de ciò è molto ben certificata eziandio delli suoi: queste veramente loro calumnie sono stà tutte busie. E se, quando li detti noncii della regina et Petrovyth andorno fina ad Aleppo a truovar la vostra altezza, ancora a noi se permetteva a venir là, come el dover voleva per audir le raggione de tutte dua litiganti, non è da dubitare, che chiaramente dimostravimo a vostra altezza tutto quello, che

Digitized by Google

dicevano tali nemici contra la integrità e sincerità del nostro re, non era il vero, attento che lui ne anche pensava de guerra. E della pace pensava tanto, che adesso eziandio partandosse la vostra altezza alla medema impresa di Persia, non cerca, ne voleva altro, se non pace. Ma lasciati noi in Constantinopoli come erimo, restamo in silenzio, e senza defender la causa e la raggione del nostro re. E li noncii della regina e Petrovyth furno nella excelsa porta de vostra altezza molto favorevolemente recevuti, olditi, creduti et expediti. Perchè tutto quello che haveano desiderato, subitamente li fu concesso, per non esser noi a puoter usare le raggione del nostro re. E prima gli triplici mandati, altri alli beglerbei et zangziachi et akanzia de quei confini, acciò prestamente sotto el capitaneato del signor Mehmet passa di Bosna tutti se mettesser armati in campagna; altri alli woivodi de Moldavia et Transalpina, a che si sforzassero al despetto del nostro re indur subito il figliuolo del re Giuanni in Transsylvania, se in quello esso re non lo lasciasse intrar de buona volontà; il terzo a tutti li signori baroni e sudditi si della Transsilvania come d' Hongaria, eshortando quelli e commandandol ancora, che se voltassero alla fedeltà e devozione d' esso figliuolo, acertando ogni uno, che non solamente gli haveva dato la Transsilvania, ma ancora che lo havea fatto re de Hongaria, cosa che fina hora mai è stà intesa de vostra altezza, et non si crede, parlandossi sempre della suola Transsilvania per il detto figliuolo, non de Hongaria. Ne si puol persvader il nostro re, che tal punto fusse stà posto nelle soe lettere sopradette, per la commessione de vostra altezza, ma da qualche altre puochi amici del

Digitized by Google

nostro re, e troppo liberi nel maneggio delle honorate lettere de vostra altezza. Et al effetto, di portar al passa di Buda et altri gli detti mandati de vostra altezza, fu designato Oruch ciaus con doi interprete de vostra altezza: Ferhat e Mahmutt, li quali che buone opre fecero di là, furno quelle, che al mal commincia-mento dal signor passa di Buda, nel romper le tregue, aggiunsero animo a tutti gli altri prefetti de vostra altezza, a romper e violar la pace de mal in pezo, come anche fecero.

Ma tra questo mezzo il serenissimo re nostro non sapendo cosa alcuna della expedizione de Oruch ciaus et li ms. dragomani, che porteno li mandati della guerra sopradetti, fatta la deliberazione della cosa di Transsilvania in spazio de quatro lune come è detto de sopra, subito expedisse il signor Giuan Maria verso la excelsa porta de vostra altezza, e quello a gran pena arrivato a Comaron, li furno portato tutti gli sopradetti mandati dalli istessi, a quali erano indirizzati, insieme con la nuova, sopragiungendo una sopra altra, che le genti de vostra altezza erano uscite armate in campagna, e che non pensava altro, che guerra e forza.

Alhora perturbato il nostro re del caso nuovo e non sperato, vedendossi cussì alla sprovista e sotto le tregue colto, havendo doi ambasciatori appresso la altezza vostra, e già remandando il terzio, molto si dubitò del male, ne seppe far altro in quel momento, de tal inconveniente, cha retegnir il signor Giuan Maria del suo camino; e mandar lettere a vostra altezza per le poste, vogliando intender, che mutazione fusse stà fatta del animo della altezza vostra verso di se e della osservazione delle tregue, non attacandossi perho niente alle arme tra questo mezzo,

Digitized by Google

ma guardando suolamente quello, che facessero le dette gente. Le quale abutinate in questa guisa e faciando tuttavia l' effetto delle loro commessioni, non mancando niente al officio suo, ancora da Oruch ciaus naque un altra causa di romper molto meglio le dette tregue, che già erano rotte, perchè essendo il consveto delli soldati d' ogni sorte a non star con le mani giunte, subito che sono armati e produtti fuora sotto le banderie, tanto maggiormente quelli de vostra altezza, che haveano commessione, non si puotero contegnir da far ingiurie e danni al nostro re, e fu tanto buona opera della espedizione d' Oruch ciaus e di quelli mandati, che dumenta (?) espetta il serenissimo re nostro la resposta alle sopradette soe lettere de vostra altezza e si confida nella fermezza delle tregue: le dette gente de vostra altezza, che già erino uscite con li signori passa Mehmeth et Tuygon, gii fecero di notabil scrizzi. E prima il

Karahamza, prefetto de Zechen, havendo rubbato la superior parte del castel Fylek, ne puotendo obtenir le due altri, il signor passa di Buda li venne in agiuto con esercito ordenato e con le bombarde, e le dette dui parte d' esso castello Fylek prese a forza de soldati e delle bombarde, e delà puoi partito col inpeto, ossediò altro castello d' una puoverissima vidua, soddita de soa magiestà, chiamato Salygo, lo quale battuto e percosso ben da bombarde, quello ancora preso.

Arzlan puoi, prefetto d' Alba regale, per mostrarsi ancha lui puoter qualche cosa, senza altra causa andò et abbrusciò la munizione de Palota, con damni grandissimi d' huomeni, de cavalli, e di puoveri sudditi di quel luoco.

Digitized by Google

Quelli ancora de Vesprimio fecero la parte soa sotto il castello detto Somlyo,

E quelli di Geresgal sotto Zygeth e Pachod.

El Welibego ancora, prefetto d' Hatwano, fece il simile col suo puotere, andato a posta ben ordenata verso Porozlo et Agria, et quello fece la pregionia de Gergel Deack, come li altri presi con lui fanno testimonianza.

Combaterno ancora altri il castello, detto Ciobancz, altri Thyhan, et altri Olahwar con abrasciamenti de molti luochi e ville di quelli contorni, ciascheduno della soa visinanza, faciando appresso non suolamente danni di fuocho, ma ancora delle occisioni e pregionie d' huomeni, e sforzando molte città, oppidi e ville alla dedizione, le quali avanti le tregue erano stà sempre libere et a suolo re et alli suoi fideli sudditi; cosa ch' è molto contra la raggione et integrità delle tregue. E questo si puol pruevar per lettere d' alcuni officiali de vostra altezza.

Li medemi insulti, excursioni e danni, quelli ancora prefetti et officiali de vostra altezza, che sono agli confini de Bosna, de Croazia, in Clyssa et in Posega, fanno assiduamente in tutti quelli luochi, Warasdino e gli vicini, tal che in Constantinopoli alquanti centenara de presoni sono stà questo anno passato condutti e veduti, e questo sotto le tregue; ne li è alcuno, chi a nostro re facesse raggione, m' ancora questi tali che fanno simil rapine e danni, dicono ch' il re nostro desola li paesi de vostra altezza, ogni di lui perdendo qualche parte del suo.

Ne per tante ingiurie e tanti danni mai se mossò esso re nostro al contrasto, si come havemo anche let-

Digitized by Google

tere de signor Tuygon-passa, con le quale testifica questo, guardando esso re nostro et osservando la sola parola soa e di vostra altezza.

E se pure tra queste indebite excursioni e violenzie de li exerciti de vostra altezza, li sudditi ancora d' esso re nostro in alcuni luochi se mossero a prender arme, e parimente fecero del male e danni nelli sudditi de vostra altezza: quello non si dee maravegliare ne dolere del nostro re, perche adessi sudditi de soa magiestà è stà data la causa da quelli de vostra altezza, come già di sopra se ha veduto. Tal che anche la raggione voglia che se defendessero dalle ingiurie e facessero de quelle alli altri, pensando hormai tutti, che non ci è più ne pace ne tregua, vedendossi cussì d' ogni banda. E perho la colpa non se dee imputar a coloro, li quali s' hanno defeso dalle offese, ma a quelli, li quali hanno commenciato offender li altri. Perchè non è cosa da creder, che nostro re, lo qual cerca amicizia e pace per la solenne e palese ambasciaria, voglia ancora guerra, e dia le cause alle inimicizie.

E questa tal offesa puol ben la vostra altezza conoscere, che la sia nasciuta dalli sudditi de quella, per li continui lamenti del nostro re, li quali non suolamentè ogni dì faceva col signor passa di Buda, m' ancora con la altezza vostra, mandando li fina in Persia le soe lettere, e pregando quella, che commandasse alli suoi finitimi, che stessero in pace, e non li facessero forza ne danni, ne cercassero occasione alle risse, attento che lui non era per mancare alla soa parola, quanto se aperteneva di osservar le tregue, e di rimandare il signor Giuan Maria più presto, che fusse stà possibile. E questi lamenti intendendo la al-

Digitized by Google

tezza vostra con benigno animo, più volte per le soe lettere mandate ad esso re nostro, ha dechiarato di haver havuto dispiacere, commandando di nuovo alli suoi finitimi, e massime al signor passa di Buda, et altri prefetti, che non molestassero detto re nostro ne gli suoi confini, denotando a tutti, che con soa magiestà havea tregue e pace, e che vole per ogni modo, che quelle per li suoi fussero osservate. E ben che tal mandati fierno dati alquanti agli sopradetti finitimi, non dimeno mai nessuno de quelli finamo è stà debitamente obedito, si come mostran gli effetti, faciandossi de là a un modo, e quì a vostra altezza e agli suoi passa dandossi intender a un altro, incolpando sempre mai a nostro re gli suoi sudditi. Nè questo altramente, imperatore potentissimo, che a guisa de quel lupo, che è in proverbio, lo quale volendo devorare una pecorella, con la quale era solito a bever spesso de un medemo fiume, non havea licita causa. E finalmente truovandossi un giorno insieme al detto fiume, il lupo conturbò quello con il piede, e cominciando far calumnioso lamento con essa, che gli havea conturbato la aqua, manggio quella. Hor cussì fanno finitimi de vostra altezza con li nostri, li quali fanno nascer le cause tali ogni hora, che volno, per molestare quelli che amano pace, e del suo sonno contenti.

Dove puoi li finitimi de vostra altezza principalmente se lamentano, che li haidoni et alcuni altri sudditi del nostro re, scorreno li confini de vostra altezza a guisa de latroni, e fanno danno alli suoi finitimi sudditi; il medemo che non si faccia ancora dagli martolosczi et alcuni altri predoni della banda de vostra altezza (come si fa), è cosa quasi impossibile, che non si facci per la grandezza delli confini; perho

Digitized by Google

quando si fecero le tregue in Buda con signor Ally passa, tra vostra altezza e nostro re, fu multo ben avertito questo passo, e fatto sopro esso un capitulo, el quale insegnava, come si doveano punire li tal ladroni e malfattori de tutte dua parte. E questo capitulo, que de sotto l' havemo posto acciò l' altezza vostra possa vedere e conoscere, che il tratto delle tregue fu veramente fatto con buone condizioni etc. etc.

Cussì dunque bisognava castigare li detti ladri e malfattori, come il detto capitulo demonstrava, e no per ogni piccol cosa metter in arme tutto l' esercitc con le bombarde, et andar oppugnar e pigliar castelli e ville e huomeni, faciando fuochi et altri simil male, che se fanno nella pronunciata guerra.

Del pagar ancora delli censi di villani, medemamente nelle dette tregue fu fatto buona ordenazione, tal che signor Welibego se lui in persona era andato con tanta gente, e schinoder (?) li censi de puochissimi villani, perchè havendo fatto questo effetto non tornò a casa soa? Ma volse andare ancora a Porozlo, e de li eziandio verso Agria, e mettendossi lui nella imboscata, mandò a posta alcuni puochi, li quali tirassero fuora li soldati d' Agria, come quelli che sapeva, che uscirebbono alla defensione de loro territorio per honor suo. E che lui era per fare una bella botta, e questo sotto le tregue; come anche li venne fatta. Ma senza ogni dovero è cosa, la quale a vostra altezza per la soa equità non dee piacere, quantumque perho il tutto a un altro modo si da intender a vostra altezza; e tali sono ancora appresentati, senza ragguardo nissuno che habbiano transgreduto li suoi mandati, puoi che la cosa gli è ben succeduta.

Digitized by Google

De queste raggioni, imperatore potentissimo, havemo grande copia. Ma per non attediare la celsitudine vostra con lungo dire, puonemo quì il fine, pregando quella, che per la grandezza soa, per la quale è stimata al mondo fortunatissimo e dignissimo principe, voglia benignamente avertire a queste dui principal cause della rotta e della violazione delle sopradette tregue, e conoscere, che la prima è proceduto dal signor passa Tuygon, beglerbego di Buda, e l' altra dalli mandati, che portò in Hongaria della felice porta de vostra altezza Oruch ciaus, li quali mandati se non si mandavano, il signor Giuan Maria ritornava senza fallo subito al fine delle quatro lune sopradette, ne si faceva tra li confini tanti tumulti et inconvenienti, li quali da queste dui prime cause sono nasciute, non da nissuna altra cosa.

E perchè, potentissimo imperatore, il danno è stato fatto alla magiestà del nostro re, come quello el stava securo sopra la parola de vostra altezza, dimorava senza e arme e guardie: prega quella, che per queste raggioni sopradette instrutta et informata della equità et innocenzia del detto nostro re, voglia esser contenta di farli restituire si li detti castelli Fylek e Salygoh con tutte le possessioni e villaggi, tra questo tempo, che noi semo venuti quì, occupati, parte per forza, parte per le dedizioni del nuovo fatte; come l' huomeni presi in che luochò se voglia, e di che condizioni siano: conveniendossi questo alla buona fama, al preclarissimo nome et alla equità de Dio e della altezza vostra, et alla conservazione delli afflitti popoli, li quali in quelli luochi sono sudditi si de vostra altezza, come del nostro re. E signor Iddio facia che a laude soa si concluda in bene.

Digitized by Google

D.

Magnifico signore. Per dar brievemente alla notizia de vostra signoria il negozio del nostro re, per lo quale noi semo venuti quà, è tale.

Nelli passati anni desideroso re Zuanne de pacificarsi col re nostro, con lo quale havea contrasto per el stato de regno d' Hongaria, quello più e più volte ricercò, che volesse venir seco a tal partida, affermando che il gran signore era di ciò contento, e che li havea dato puotestà di accordarse col detto nostro re.

Si che pacificatisi et accordatisi insieme per mezzo di ambasciatori segondo li consveti tra li principi cristiani usati, convenero in tal maniera: Che morendo primo il nostro re, esso re Giuanne restasse pacifico et absoluto re nel detto regno, senza contesa de nissuno di suoi descendenti. E se moresse primo Zuanne, lasciando dopo di se qualche figliolo, che esso re nostro succedesse a lui nel dominio di sopradetto regno, e faciando il figliuolo de re Zuanne duca con qualche honorato stato, li desse ancora per moglie una delle soe proprie figliuole. Qual accordio fu accettato e confermato da tutte dua parti con lettere della fede obligandosi un e l' altro di mantenere tal accordio.

Morte dipuoi prima re Zuanne, che il nostro re: la regina col suo figliuolo e li soi adherenti desiderosa di uscirne con li sopradetti fuora di Transsilvania, subito comminciò sollicitare el nostro re con ambasciaria e lettere, acciò volesse mandar alla esecuzione l' accordio fatto con re Zuanne suo marito, e che puoi pigliasse in le suoi mani la Transsilvania, Themesvaro e Lippa, e duovesse haver cura di sodis-

Digitized by Google

far el gran signore ogni anno quanto se apperteneva alli karacchi *) ordenarii per la detta Transsilvania, Themesvaro et Lippa.

Il nostro re non havendo per avanti mai per nissuna via molestato la regina, ne cercato di havere la Transsilvania in suo puodere, come tutto quel paese è testimonio, e sa lo ancora il gran signore, per molto tempo non si volse in questo inpaciare. Pur finalmente masco per infinite dimande, et eziandio per le pregierie della detta regina, assentò al detto accordio, non pensando punto, che il gran signor dovrebbe dolersi di tal accordio, essendo suo confederato, e dando li el karaccio per l' altra parte del detto regno, tal che ne karacci, ne presenti soliti erino per mancar al honore e reputazione di soa grandezza. Anzi pensava e credeva per certo, che dovesse haver agrato, quando un tanto re, usando la soa liberalità e suoi piaceri, venesse congiungersi più strettamente con la soa grandezza, che era prima,

Cussì fatto e finito l' accordio sopradetto, e contenta si la regina, e suo figliuolo, come tutti li altri suoi adherenti, di quanto haveano desiderato e voluto: subito apparecchiò li ambasciatori, persone honorevole con presenti e karacci d' Hongaria et Transsilvania, e quelli comminciò espedire alla felice porta del gran signor, per informar quello di tutto el successo del accordio, lo quale havea fatto con la regina, suo figliuolo e li suoi adherenti cerca el stato de Transsilvania, pregando lo appresso summamente, che la soa grandezza volesse consentir benignamente al detto accordio, e confermasse quello con la soa parola, recevendo esso re nostro in quello conto e

*) Harács, adó.

Digitized by Google

luoco appresso di se, nel quale havea havuto re Zuanne per avanti.

La espedizione di suoi ambasciatori impedì el signor Ally passa, che a quel tempo era beglerbego di Buda, ne lasciò mai passar quelli; ma subito messosi in campagna con le genti del gran signor, comminzia apizzar la guerra in tutti li confini del nostro re, e dette causa, che puoco di puoi venesse in quelle bande il signor Ahmat passa, e Mehmet beglerbego con tutte le forze della Romania, li quali preso il Themesvaro, Lippa e Zolnok con multi contati, che prima gierino nel puoter del nostro re, tutto quel tempo in fin che noi ambasciatori venemo a questa felice porta, tenetero in guerra el nostro re, ne fu possibile a soa magiestà di mandar li ambasciatori sopradetti con li soliti karacci alla soa grandezza, per esser occupata nelle defensioni suoe e delli sudditi suoi.

Mossa tra questo mezzo, e stimulata la regina e suo figliuolo con li adherenti suoi da puoco lodevoli consegli, al pentirsi dello accordio, lo quale già havea fatto con re nostro, con gran fermezza et obligo della fede, come appar nelle lettere soe obligatorie, che noi havemo mandato al gran signor per li mani del signor Ahmat passa, gli fu forza di componer, e vestire quel suo indebito pentirsi di tal raggioni, le quale puotessero muover questo invictissimo imperatore a mostrarsi benigno a tanta soa instabilità e delli suoi, e che tutta la colpa dovesse transferire esso gran signore nel nostro re.

Per tanto expedito il Petrovyt verso li confini del gran signor a manegiare questa sua inconstanzia, puoso tutto il sforzo di persvader ad esso gran signor

Digitized by Google

et alli suoi passa, che il re nostro a grande ingiuria de soa grandezza havesse scacciato essa regina col suo figliuolo de Transsilvania, e che per forza delle arme e delle inganni havesse occupato quella.

Qual accusazione e calomnia vedendo il nostro re, esserli de molto gran peso, non havendo havuto mai animo partirsi dalla amicizia e confederazione del gran signor, mandò noi ambasciatori alla soa grandezza per narrarli, et informarlo di tutto quello, che in quel regno d' Hongaria era sequito per conto della Transsilvania. E che fermamente perseverava di mantenersi, nella soa amicizia. desiderando di renovar seco la interrotta pace; e finalmente per dechiararli ancora, che non havea occupato la Transsilvania per forza, ne per inganni, ne a pregiudizio over ingiuria de questo invictissimo imperatore, ma che li era stà data per la volontà da essa regina e gli suoi adherenti, per via e modo de amicabile trattato et accordio, come è usanza di fare tra gli principi cristiani, e come copiosamente tutto questo successo havemo descritto in turchescho, e mandato alla soa grandezza per el magnifico signor Ahmat passa insieme con le lettere della regina e di Petrovyth, con li quali se hanno oblegato per la loro fede, honore et humanità, di mantenere fermamente tutto quello di che s' erano accordati col nostro re.

Hora al fine la regina e Petrovyth fatte le loro pratiche in questa guisa, par, che la grandezza de questo signore e gli suoi passa habbiano indutto a creder queste artificiose e fente loro machinazioni contra re nostro, di maniera, che fina mo altra parola non puotemo havere dalli signori passa, se non, che la soa grandezza per ogni modo vole, che il detto

Digitized by Google

detto re nostro restituische la Transsilvania ad essa regina e al suo figliuolo.

Per la qual cosa dice il nostro re, che la Transsilvania non ha tolto per forza, ne con inganno, ma per sola spontanea cessione delle detta regina, suo figliuolo e delli suoi. Si come chiaramente pruovano le lettere sopradette della regina e Petrovyth, le quale havemo dato al signor Ahmat passa. Producanosi dunque quelle et altre, che insieme sono mandate alla soa grandezza, e vederasi, che esso re nostro non ha usato ne forza, ne inganno contra la regina e li suoi, e che sempre ha havuto la soa magiestà grande et honoratissimo respetto della soa grandezza, pregando quella, che raguardasse benignamente alle soe raggioni, e che da se non lo ributasse per conto d' una instabil donna, per un putto et uno huome privato, attento, che esso re nostro e disposto e parrecchiato sempre per la detta Trassilvania come perla Hongaria darli karacci e doni, et honorar quello de buon amico e confederato, come era solito prima, non desiderando altro, che la soa benevolenza et fraternal conjonzione.

Ne la soa magiestà litiga col gran signor, ma con quelli, con li quali ha fatto l' accordio, ne hora volno star alli patti, e la promessa fede; ma solum li par cosa intolerabile, che con tanto suo scorno sia sforzato per una donna contra ogni raggione a ceder alla soa inconstanza.

Per tanto prega, e pregarà ancora in avenire la grandezza del signor, che non voglia dar luoco alle calumnie della regina e delli suoi; perchè lui altramente dalla amicizia de soa altezza per soa propria volontà non è per partirsi mai, usando seco la vera et imperiale liberalità, salvo se essa istessa lo cac-

Digitized by Google

ciarà da se. Ne perho subito se ne partirà da lei, ma più e più volte tornarà al solito tenor del animo suo, lo quale offerische a soa altezza con regale sincerità.

Quanto puoi se appertene al stato della regina, del suo figliuolo, dice re nostro: che lui oltra la dote della regina di 140 millia ducatorum, ha e li dui ducati, che già ha dato a loro, e la soa figliuola propria con la dote; non sarà esso figliuolo abandonato, immo sarà accresciuto più di honori e de beni. Al quale dando la privata soa figliuola, che a molti altri nobilissimi principi cristiani non se darebbe, non bisogni pensare, magnifico signore, che non lo dovesse accrescer in tutti li honorati commodati conti, tra li altri principi cristiani; pur che ne essa reina, ne suo figliuolo usassero forza et ingiurie contra soa magiestà, ne concitassero al sdegno questo gran signor contra esso re, lo quale nissuno menor pensiero tiene, che inimicarsi con soa altezza.

Il che appare chiaramente per la nostra ambasciaria, e per el tributo ancora, che questi giorni presentassimo alla soa grandezza per conto della Transsilvania, essendo anche un altro hormai in ordene di terzo anno, e mandarasi subito, che noi saremo ritornati con benigna resposta de soa grandezza.

E se il tributo per Hongaria de alquanto tempo non è puortato, come era el solito, vostra signoria magnifica sappia, che la guerra fu in causa, la quale subito dopo il fatto de Transsilvania messe Ally passa a soa magiestà, come di sopra havemo detto, e largamente si puol veder nelli scritti, che havemo mandato al gran signor per le mani de signor Ahmat passa. E vostra signoria puotrà il gran signor *) che ac-

*) Kimaradt: „far certo," vagy hasonló jelentésü ige.

Digitized by Google

conciandossi questa cosa de Transsilvania e della pace, che cercamo, el nostro re non mancarà per niente di far le solite pensioni e presenti, e usar tutti quelli officii verso la sua grandezza, che sarà possibile, per amare et honorare quella.

Ma per far el fine a questo raggionamento, magnifico signore, questo è il fatto della Transsilvania, exponendo lo brevemente a vostra signoria e pregando quella, che lo voglia intender per soa gentilezza, e puoi aggiutar la causa del nostro re appresso soa grandezza di quanto sarà possibile alla authorità soa. Ne altro dimanda el nostro re, se non prima: che detto signore invictissimo non voglia alienar da se il nostro re; dipoi: che li voglia di sua buona volontà e special favore conceder benignamente la possessione della Transsilvania; e finalmente: renuovar seco la amicizia e la pace, e haverlo in conto di constante principe nella considerazione, che con lei tiene.

Del figliuolo de re Giuanne già è detto, e non sarà manco racommandato a soa magiestà insieme con la matre, che alla soa grandezza. Pur vogliano essi più presto esser amati, che odiati.

A vostra signoria raccommandamo gli officii nostri, ma prima il nostro re, lo quale non sarà immemore mai del piacere e commodo, che da vostra signoria receverà in questa presente soa causa.

E.

Illustrissimo signor passa. Ne ha dimandato la signoria vostra: che tributo è questo, lo quale havemo adesso portato. E se detto tributo veramente è tributo, o solamente è presente. Perho rispondendo sopra ciò: la signoria vostra saprà, che el presente, lo

Digitized by Google

qual faremo alla altezza del gran signore, sarà delle coppe; e li dieci millia ducati d'oro, che havemo portato, l'è tributo per la Transsilvania del passato tempo, quale sarà segondo dopo quello, che la soa magiestà fece venire per il mezzo de fratre Georgi. E ciò non si, come se del fatto della Transsilvania fusse hormai concluso, cosa che vi pareva offender, ma per denotare, che soa magiestà è desiderosa d' unirsi con soa altezza cossì e meglio ancora, che fu prima, offerendosi perho di persequire molto cordialmente la detta pensione per li tempi, che deeno venire, ogn' hora, che la pace, che trattemo, sarà concluso.

E quanto del tributo d' Hongaria sa bene la signoria vostra, (come per avanti ancora trattassimo con el signor Hruztan passa.) che la guerra la quale apizzò in quel tempo il signor Ally passa, beglerbego di Buda, non suolamente fu causa de grandissima afflizzione di quel regno, m' ancora perturbato el corso di quel tributo, lo quale si dava per conto della Hongaria. Nondimeno rinuovata e confermata la sopradetta pace tra el nostro serenissimo re et il gran signor, si limitarà e concluderà ancora, quello si doverà dar in avenir, per conto di tal tributo; attento, che il nostro re non cerca, ne desidera altro, che esser congiunto in buona amicizia con el gran signore.

E se prima el sópradetto tributo della Transsilvania non è stà mandato, la dilazione della ambasciaria nostra è stata in causa, la quale si sperava che più presto se havesse dovuto a finire; ma non è da dubitar, che il tutto se finirà in bene, pur che la grandezza del signore non excludi el nostro re del suo

Digitized by Google

cuore, ne della soa amicizia, la quale si è stà sempre grata e cara.

F.

Imperatore potentissimo. Per la reverenzia della grandezza vostra, non è luoce di parlar molto, perchè appar che ogni cosa più presto è da sperare dalla singolar humanità de quella, che dal molto raggionare.

Perho tutto quello, che ne è parso esser bisogno a dechiarare la equità della magiestà del nostro re, alli magnifici signori passa, conseglieri de vostra grandezza, havemo consegnato in scritto.

Hora pregamo solamente la vostra altezza con le parole del nostro re, che la causa de soa magiestà come benigno et amante patre si degni a intender, e favorire a quella.

E si come la soa magiestà sempre ha havuto avanti gli occhi il suo honore, e per haverlo in avenire, cussì prega, che anche la altezza vostra non voglia patire che a soa mngiestà soa fatta qualche vergogna et ignominia.

La soa magiestà fatigata et astretta con molte lettere e noncii della regina, quando fece la permutazione della Transsilvania, assecurò primamente la dote d' essa regina, et a lei insieme con figliuolo dette doi ducati in Slesia, dove regnar puotresse con ottima intrada. Dipuoi al figliuolo ancora promesse per moglie la soa propria figliola, con che mostrò palesamente di haver lo fatto uno di suoi proprii figlioli.

E tal honore la soa magiestà regia principalmente glie a fatto per respetto della grandezza vostra.

Adesso per via de grandissima ingratitudine mossi da suola leggierezza, si sforzano di rivocare et annihilare li patti, le promesse, li giuramenti, le

Digitized by Google

lettere e l' obligazione, che de una e l' altra parte con li sigilli sono stà authenticamente confermate.

Cosa che è contra la divina volontà, perche Iddio ha in odio la vanità et inconstanzia.

Ne si curano punto, che questo senza grande scorno et infamia di re nostro, non se puol fare.

Ma volno, che il nostro re per tutto el mondo sia publicato come inprudente, se tal contrato havesse fatto, li quali era bisogno a rivocare, e de nissuna authorità, se per giudizio de vostra altezza dovea esser sforzato ceder alla regina et a Petrovyth.

E di tal espetazione tutti li principi cristiani son tenuti suspesi, per esser cosa gravissima e di gran momento.

Immo ancora con le fente calumnie la sincerità de soa magiestà cerchano di farla sospetta alla grandezza vostra, la qual nella amicizia e buona opinione della grandezza vostra restar e perseverare desidera, e summamente molesta.

Ma la soa magiestà, certa della humanità de vostra altezza, e della conscienzia della ottima volontà soa, ha singolar fiducia, che soa magiestà non ha fatto niente senza sincerità, e che della utilità et honor della regina, e suo figliolo gran respetto habbia havuto, et che in grazia de vostra altezza in avenir ancora e per haverlo; la grandezza vostra ancora non desiderarà el scorno, e la ignominia del re amico e confederato suo, la quale expurgar puoi mai si puotrebbe.

Cussì la altezza vostra per la humanità del suo giudicio, e per un pugno di terra, che a nostro re amichevolmente concederà, consequirà, che per la presente età e quella del avenire, la liberalità de vostra altezza con grandissima laude sia predicata.

Digitized by Google

Ne suolamente quelli sarano laudati, li quali molte cose fortemente harano tolto dagli inimici, ma eziandio quelli, li quali alli amici qualche cosa haverano benignamente conceduto.

Ne li posteri le vittorie solamente degli imperatori numerano, ma ancora le amicizie; ne solum si parlarà, in che modo ogni uno harà afflitto gli inimici, ma ancora come harà trattato et honorato li amici.

Le quale cose essendo di questa maniera: la soa magiestà più presto ogni altra cosa patirià che remaner priva dalla fiducia, che ha della humanità e liberalità de vostra altezza, qual soa liberalità ne demostrarà al re nostro.

Havendo in si fermamente deliberato di perseverare nella pristina benevolenza et amicizia della altezza vostra, et honorare quella non suolamente con li tributi, dopo che de essi sarà definito e transatto, ma ancora con ogni sorte di gratitudine.

E sarà cosa degna di gloria e di altezza de vostra celsitudine, che alla speranza di soa magiestà parimente la benevolenza de vostra altezza responder voglia. Il che la prega col singolare affezzione.

Imperator invictissimo. Havendo inteso el nostro re, che la grandezza vostra era difficile nel concederli la Transsilvania, perchè pareva, che soa magiestà se l' haveva ingiustamente usurpata, se era deliberato, che dovessimo demostrar a vostra grandezza la buona e sincera intenzion sua, e come con volontà della parte adversa, non con fraude, ne per forza di nostro re, la detta Transsilvania era divenuta nelle sue mani, e che alla detta parte adversa soa magiestà haveva talmente sodisfatto, che non puoteva se non giustamente lamentarsi.

Digitized by Google

Item: che non intendeva esso nostro re, di tiorniente alla grandezza vostra, ne pregiudicar al honer suo, ma di possederlo come ricevuta dalle mani della grandezza vostra, e pagarle il tributo ordenario.

Anzi ancora: che si quella in segno di maggior honoranza soa volesse, che gli fusse accresciuto el tributo, e donata qualche summa da danari, che la soa magiestà era parata di sodisfar al suo volere di quanto saria stato possibile alle soe forze.

Per il che essendo cossì della grandezza vostra inteso l' animo affezzionato de soa magiestà, quella havieva singolar confidanza nella liberalità et humanità de vostra grandezza, che non li saria stà difcile a conceder un si piccol pugno di terra ad un re, suo confederato, amico.

Pur se per alcun respetto a soa magiestà non conosciuto, la grandezza vostra non fusse per dar luoco alla soa petizione, essa soa magiestà ne haveva commesso, che ultimamente dovessemo domandar tregue, per qualche competente tempo, acciò che tra tanto soa magiestà tentasse altri modi di puoter contentar la regina e suo figliuolo, e facesse nuova deliberazione cerca la Transsilvania per mantenersi, nella amicizia et buon voler della vostra grandezza col suo honore.

La qual domanda hora con ogni reverenza presentiamo al conspetto della vostra grandezza, pregandola, che ne voglia conceder la benigna resposta.

Et insieme con questo pregamo la grandezza vostra, che ne perdoni, se ancora una volta le ricordamo la singolar confidanza, che ha la soa magiestà della cortesia de vostra grandezza, e che si voglia degnar di lasciar con sodisfazzione intiera della sopradetta

Digitized by Google

prima domanda de soa magiestà una memoria e chiaro testimonio per tutta la posterità della liberalità et humanità soa.

Verancsicsnak és Zaynak Ferdinánd király.

1555. sept. 17. Ferdinandus etc. Visum est nobis, ad serenissimum principem Turcarum, donec collegam vestrum Augerium a Busbeck, vel aliquem alium, cum responso nostro ad magnitudinis suae nunciata remittamus: quod quidem, Deo dante, in tempore futurum est, adjunctas litteras dare, quarum exemplum in his quoque habetis. Quare vobis injunximus, ut illas magnitudini ejus, qua decet reverentia, reddatis, et si quid nobis desuper respondebitur, rescribatis.

De observatione induciarum ad praesens magnitudini ejus nihil scribendum duximus, ne forte hac sola de causa litteras datas putet, vos tamen celare nolumus, quod tametsi nos et serenissimus filius noster, rex Bohemiae, inducias nostra ex parte, per omnia confinia nostra, sancte et inviolabiliter observari curemus, eas tamen a passa Budensi et caeteris officialibus. capitaneis ac militibus dicti serenissimi imperatoris Turcarum, sicut idem serenissimus filius noster nunciavit, non satis candide et firmiter servari. Cum enim nuper reverendus Episcopus Varadiensis: antequam, uti asserit, inducias confirmatas, et in sex menses prorogatas sciret, inductus Turcarum violentiis, quos, induciis omnino posthabitis, passim igne, ferroque per regnum grassari, castella erigere, munire, fidelium nostrorum loca invadere animadvertebat, adeo, quod induciae jam prorsus exstinctae vide-

Digitized by Google

rentur, castellum quoddam, Balazemtmyklos, quod, uti affirmant, a Turcis contra tenorem et conditiones induciarum, in communi solo, et ad utriusque partis jurisdictionem pertinente, exstructum credebat, collecta certa militum manu oppugnare tentasset, insciis nobis ac serenissimo filio nostro, rege Bohemiae, qui haec aegre tulimus, eumque propterea objurgavimus, mandantes, ut inducias firmius, sanctiusque posthac observaret.

Tum passa ipse Budensis, nacta inde occasione, manifestam hostilitatem exercendi, cum primum multis diebus se cum parte copiarum suarum in campo Rakosiensi continuisset, seque modo ad hanc, modo ad illam Danubii partem conferret, tandem adjunctis sibi locorum begis et sanzakis, et, ut nonnulli ferunt, passa etiam Temesiensi, demissis quoque per Danubium bombardis, versus Kaposujvar, Korothnam Zygeth, et alias ibi arces movisse, et secunda praesentis mensis, quinque tantum milliaribus a Kapos abfuisse dicitur, eo, ut fertur, animo, ut expugnata arce Kaposujvariensi, Korothnam pergat, et hac quoque capta, Papam demum obsideat.

Quae quidem res ab omni honestate et aequitate aliena est, illum scilicet ob tam levem causam ejusmodi expeditionem suscipere; prout et hoc absurdissimum est, quod passa ipse se arces non aliam ob causam invadere dicat, quam ut latrones ac praedones, a quibus quies et securitas subditorum domini sui turbetur, quaerat et puniat; quia nequaquam convenit propter paucorum latronum rapinas et facinora, quae in pacatissimis regnis, in ipsa Turcia, imo in urbibus etiam, nedum regno continuis multorum annorum bellis, mixtisque limitibus et confiniis turbido,

Digitized by Google

omniumque rapinis exposito, tam facile praecaveri nequeunt, arces et loca nostra invadi, opertamque hostilitatem exerceri, cum tamen compertissimum habet passa, nullam ex parte nostra diligentiam praetermitti, ut latrones comprehendantur, et pro demeritis graviter puniantur, atque etiam plures jam ejusmodi praedones et latrones supplicio a nobis affectos esse non ignoret,

Quare ad reprimendum vel impediendum impetum illius, dictus quoque serenissimus filius noster, quem potuit copiarum numerum expedivit, verendumque est, ut praeter culpam nostram, res ad arma et opertam hostilitatem deveniat. Quod quidem vobis eo scribimus, ut si fortassis haec incerto aliquo rumore ad vos perferentur, aut vobis a passis isthic objicerentur, accepta a nobis rei veritate, eo melius commodiusque respondere, ac, si res, locus et tempus tulerint, de ipsius passae violentia etiam conqueri possitis . . . . Datum in nostra, et imperiali civitate Augusta Vindelicorum die 17. mensis Septembris 1555. Ferdinand m. p. J. Jonas vicecancellarius m. p. M. Singkhmoser m. p.

A szultánnak Ferdinánd.
Ad principem Turcarum.

1555. sept. 17. Serenissimo etc. Ferdinandus etc. Accepimus litteras magnitudinis vestrae, nobis per oratorem nostrum, nobilem, fidelem nobis dilectum, Augerium Busbeck perlatas, et non solum ex illis, verum etiam e relatione per dictum Augerium ad nos transmissa, qui nimirum ob imbecillitatem, quam ex adversa valetudine concepit, et itineris ac locorum distantiam et longinquitatem, ipsemet hucusque ad nos non venit,

Digitized by Google

intelleximus omnia ea, quae tum ipse, tum collegae sui etiamnum apud magnitudinem vestram commorantes, reverendus, ac magnificus, fideles nobis dilecti, Antonius episcopus Quinque-Ecclesiensis, praepositus Pornensis, ac Franciscus Zay de Chomor, generalis nazadistarum nostrorum capitaneus, cum magnitudine vestra et passis, consiliariis suis, in negotio restaurandae, ac confirmandae inter nos pacis ac bonae viciniae egerint, et quid magnitudo vestra a nobis, eo nomine fieri postulet.

Nolumus igitur magnitudinem vestram celare, nos jam plures menses in hac nostra, et sacri Romani imperii civitate, Augusta Vindelicorum, cum ordinibus, statibusque imperii generalem conventum egisse, eoque feliciter concluso, Deo dante, propediem in civitatem nostam regiam, Viennam redituros esse. Quo quidem, quamprimum appulerimus, praefatum Augerium, oratorem nostrum ad magnitudinem vestram remittemus, atque per eundem magnitudini vestrae ad nunciata sua tale responsum dabimus, ex quo magnitudo vestra nos ejusdem amicitiam et utriusque nostrum populorum quietem, sincero animo ac studio expetere cognoscet. Quare remittentes nos ad dicti oratoris nostri expeditionem, in praesentiarum pluribus non utemur, sed eandem magnitudinem vestram recte, feliciterque valere optamus. Datum Augustae Vindelicorum die 17. Septembris 1555.

Ugyanannak ugyanaz.
Ad eundem principem.

Serenissimo etc. Ferdinandus etc. Dedimus proxime ad magnitudinem vestram litteras, in quibus eidem significavimus, quod nobis sint redditae magni- 1555. oct. 6

Digitized by Google

tudinis vestrae litterae, per oratorem nostrum Augerium a Busbeck allatae, et quod inde intellexerimus omnia ea, quae tum ipse Augerius, tum collegae sui, etiamnum apud magnitudinem vestram commorantes, cum magnitudine vestra, et passis, consiliariis suis, in negotio restaurandae et confirmandae inter nos pacis ac bonae vicinitatis egerint, et quae magnitudo vestra a nobis fieri postulet; quodque nos, quamprimum in civitatem nostram Vienṇam reversuri essemus, magnitudini vestrae benevolum et amicabile responsum dare vellemus. Quas litteras misimus serenissimo principi, domino Maximiliano regi Bohemiae etc. filio nostro charissimo, ut eas via Hungarica per proprium tabellarium ad magnitudinem vestram perferri curaret. Cum autem consideratis iis, quae modo in Hungaria agitari audimus, plurimum dubitemus, quod litterae illae in itinere pereant, et ab aliquo magnitudinis vestrae officiali intercipiantur: visum est nobis hoc ipsum, una cum aliis quibusdam rebus, quas magnitudinem vestram scire magni refert, alia quoque via ad magnitudinem vestram scribere. Itaque magnitudinem vestram certiorem facimus, licet speraverimus, Dei auxilio, aliquanto tempestivius Viennam redire, qaod tamen negotiis et rebus sacri Romani imperii ita exigentibus, diutius aliquanto, quam proposueramus, in nostra, et imperiali civitate Augusta Vindelicorum permanendum fuerit: nunc vero, Deo benejuvante, in hoc oppidum nostrum salvi pervenimus, ubi etiam paucissimos admodum dies commorabimur, quin, Deo concedente, quantumcumque fieri poterit, Viennam properabimus, ut inde oratorem nostrum cum responso nostro expediamus, et magnitudo vestra de mente ac voluntate nostra in tempore cer-

Digitized by Google

tior reddatur, quae quidem, ut confidimus, facile perspiciet, quam candido et sincero animo magnitudinis vestrae amicitiam expetamus.

Caeterum noluimus magnitudinem vestram celare, quod tametsi nos tum singulari studio observandarum induciarum, tum omnibus modis atque argumentis, propensam nostram retinendae ac stabiliendae cum majestate vestra pacis et bonae vicinitatis voluntatem indesinenter declarare notamque facere contendamus: e diverso tamen passa Budensis eam, quantum potest, impedire et interturbare laboret, qui spretis mandatis magnitudinis vestrae, ad ipsum de observatione induciarum datis, praeter omnem rationem et causam, hisce diebus non reveritus est, septem arces nostras: scilicet, S. Jacobi, Kaposujvar, Korothnam, Mere, Meszthegnii, Wason et Paztoch, armata manu hostiliter invadere et expugnare, atque octavam, Babolcham nimirum, etiamnum obsessam tenere dicitur.

Quae cum a verbo magnitudinis vestrae, cui nos fidem merito habentes nihil tale exspectabamus, et ab omni aequitate longe sint alienissima, magnam quidem de illo dolendi et conquerendi causam habemus, nec potuimus praetermittere, quin per hasce litteras magnitudini vestrae molestiam, quam inde percepimus, declararemus. Eaque propter a magnitudine vestra summo studio benevole petimus, ne patiatur dictum suum passam Budensem mandata magnitudinis vestrae adeo temere negligere, ejusque auctoritatem et existimationem tam parvi pendere, quin potius velit hominis contumaciam serio compescere; interceptas arces illico restituat, attento, quod sub induciis captae sint, et in posterum sese ab istiusmodi violentiis ac

Digitized by Google

hostilitate contineat. Ita namque magnitudo vestra demonstrabit, sese justitiae et aequitatis esse amantissimam et studiosissimam, nosque ad expetendum ejus amicitiam et bonam vicinitatem, in dies magis ac magis accendet, cui prosperam valetudinem et omnem felicitatem obtingere cupimus. Datum Oeniponti die 4. mensis Octobris 1555.

Verancsics Antalnak és Zay Ferenczuek Ferdinánd király.

1557. oct. 18. Ferdinandus etc. Non possumus satis mirari, quid vos tam diu in itinere vestro remoretur, quos ante paucos dies exspectaveramus, et omnino putaveramus, sponte quoque profectionem vestram quam maxime acceleraturos, praesertim cum e prioribus mandatis nostris facile intellexisse potueritis, nostra et regnorum provinciarumque nostrarum permagni referre, vos absque longiori mora ad nos venire. Quapropter vobis benigne et firmiter committimus, ut si litterae nostrae praesentes hac nocte in Fischament vobis redditae fuerint, ut vos tam tempestive cras illinc expediatis, ut omnino ante prandium hic esse et apud nos comparere possitis; sin autem longius adhuc abessetis, quod non credimus, quum tu, Episcope, nudius tertius in pago Rayka pernoctaveris: tunc nos per hunc tabellarium nostrum de causis inexspectatae morae vestrae illico certiores reddatis, executuri in eo benignam atque expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna die 18. Octobris 1557. Ferdinand m. p.

Utóirás Ferdinánd kezétől.: Si casu Zay nondum solus venit, velis tu solus venire absque ulla mora, quia sic nunc res valde expostulat.

Digitized by Google

MONUMENTA

HUNGARIAE HISTORICA.

SCRIPTORES.

VI.

Digitized by Google

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYA.

MÁSODIK OSZTÁLY: IRÓK.

HATODIK KÖTET.

PEST, 1860.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI, ÚGY GEIBEL, HARTLEBEN, KILIÁN EGYETEMI, LAMPEL, LAUFFER ÉS STOLP, OSTERLAMM, PFEIFFER, RÁTH PESTI, HAAS BÉCSI KÖNYVÁRUSOKNÁL.

Digitized by Google

VERANCSICS ANTAL

M. KIR. HELYTARTÓ, ESZTERGOMI ÉRSEK

ÖSSZES MUNKÁI.

KÖZLI

SZALAY LÁSZLÓ

M. AKAD. R. T.

ÖTÖDIK KÖTET.

MÁSODIK PORTAI KÖVETSÉG

1567—1568.

PEST, 1860.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI, ÚGY GEIBEL, HARTLEBEN, KILIÁN EGYETEMI, LAMPEL, LAUFFER ÉS STOLP, OSTERLAMM, PFEIFFER, RÁTH PESTI, HAAS BÉCSI KÖNYVÁRUSOKNÁL.

Digitized by Google

Pest, 1860. Emich Gusztáv M. Akad. nyomdász.

Digitized by Google

ELŐSZÓ.

Verancsics munkáinak jelen hatodik kötete a nagynevü férfiú második portai követségét tartalmazza, kettős toldalékkal, melyeknek egyike közvetve vagy közvetlenül szintén e követségre, másika a Verancsicsok történetére vonatkozik.

Bevezetésül e helytt számot kell adnom, külön mindenik darabot honnan vettem, kijelelvén egyúttal a nyomtatott munkákat, melyekben közűlök több, egészen, vagy töredékben, kisebb nagyobb hűséggel már korábban is megjelent vala.

I.	Eredeti.	2380.	fol.	lat.	nemz.	muz.	kéziratgyüjteménye Miller, Epistolae Ferdinandi et Maximiliani ad suos in Porta Otomannica oratores. Pest, 1808.
II.	Fogalmazat *).	1681.	„	„	„	„	„ Katona Hist. Crit.
III.	Eredeti	1660.	„	„	„	„	„ Miller.
IV.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„ „
V.	Ujabb másolat.	2380.	„	„	„	„	„ „

*) Az eredetinek a szerző vagy titkári kéz által vett másolatát néha nem igen lehetvén megkülönböztetni a fogalmazattól, kivált ha ebben nincsenek igazítások, törlések stat., a fogalmazat szó itt néha ilyetén másolatot is jelent.

Digitized by Google

VI.	Eredeti.	1660.	fol.	lat.	nemz.	muz.	k.gy.	Miller, Epistolae Ferdinandi et Maximiliani ad oratores. Pest, 1808.
VII.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	„
VIII.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	„
IX.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	„
X.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XI.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XII.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	—
XIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona Hist. Crit.
XIV.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XV.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XVI.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XVII.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	—
XVIII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XIX.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XX.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XXI.	Eredeti.	422.	„	„	„	„	„	—
XXII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XXIII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XXIV.	Egykoru más.	2380.	„	„	„	„	„	„
XXV.	Egykoru más.	2380.	„	„	„	„	„	„
XXVI.	Egykoru más.	2380.	„	„	„	„	„	„
XXVII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XXVIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XXIX.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	—
XXX.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XXXI.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XXXII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XXXIII.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XXXIV.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XXXV.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XXXVI.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	—
XXXVII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	—
XXXVIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XXXIX.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XL.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XLI.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	„
XLII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XLIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XLIV.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XLV.	Eredeti.	1660.	„	„	„	„	„	Miller.
XLVI.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.
XLVII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
XLVIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„

Digitized by Google

XLIX.	Eredeti.	1660.	fol.	lat.	nemz.	muz.	kéz.gy.	Miller.
L.	Fogalm.	2380.	„	„	„	„	„	—
LI.	Fogalm.	2380.	„	„	„	„	„	—
LII.	Fogalm.	2380.	„	„	„	„	„	Miller.
LIII.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	„
LIV.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	Kovachich, (Script. min. I. k.)
LV.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	Miller.
LVI.	Fogalm.	Verancsics-codex a győrmegyei növendékpapház kéziratgyüjteményében.						Katona Hist. Crit. Pray Epist. Proc. Schmitth Episc. Agr.
LVII.	Fogalm.	1681.	fol.	lat.	nemz.	muz.	k.gy.	Katona.
LVIII.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
LIX.	Egykoru más.	1681.	„	„	„	„	„	„
LX.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
LXI.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	„
LXII.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	Miller.
LXIII.	Eredeti.	2380.	„	„	„	„	„	„
LXIV.	Fogalm.	1681.	„	„	„	„	„	Katona.

ELSŐ TOLDALÉK:

I.	Egykoru másolat.	2380.	fol.	lat.	nemz.	muz.	k.gy.	Miller.
II.	Egykoru másolat.	2380.	„	„	„	„	„	„
III.	Pray, Epist. Procerum.							
IV.	„ „ „							
V.	„ „ „							

MÁSODIK TOLDALÉK:

XXVI.	Eredeti.	2381.	fol.	lat.	nemz.	muz.	kéziratgyüjteményében.	
XXVII.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	„
XXVIII.	Schmitth, Episcopi Agrienses. Katona, Hist. Crit.							
XXIX.	Kovachich, Script. rerum hungar. minores.							
XXX.	Egyk. m.	1180.	fol.	lat.	nemzeti	muzeum	kéziratgyüjtem.	
XXXI.	Egyk. m.	1180.	„	„	„	„	„	„
XXXII.	Eredeti.	1180.	„	„	„	„	„	„
XXXIII.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	„
XXXIV.	Eredeti.	1542.	„	„	„	„	„	„
XXXV.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	„
XXXVI.	Eredeti.	2381.	„	„	„	„	„	„

Digitized by Google

XXXVII. Egyk. m. 1681. fol. lat. nemz. muz. kéziratgy. Katona.
XXXVIII. Eredeti. 1542. „ „ „ „ „ —
XXXIX.a) Egyk. m. 1681. „ „ „ „ „ —
XXXIX.b) „ „ 1681. „ „ „ „ „ Katona.
XL. Eredeti. 2381. „ „ „ „ „ Miller.
XLI. Eredeti. 2381. „ „ „ „ „ —
XLII. Egyk. m. 1542. „ „ „ „ „ —
XLIII. Eredeti. 2381. „ „ „ „ „ —
XLIV. Eredeti. 2381. „ „ „ „ „ —
XLV. Fogalm *) 1681. „ „ „ „ „ Katona.
XLVI. Ujabb más. 2380. „ „ „ „ „ Miller.
XLVII. Ujabb m. 2380. „ „ „ „ „ „
XLVIII. Egykoru másolat. Hevenesi kéziratok, XXX. fol. a pesti egyetem könyvtárában.
XLIX. Egykoru másolat. Hevenesi kéziratok, XXX. fol. a pesti egyetem könyvtárában.
L. Egykoru másolat. Hevenesi kéziratok, XXX. fol. a pesti egyetem könyvtárában.
LI. Egykoru másolat. Hevenesi kéziratok, XXX. fol. a pesti egyetem könyvtárában.
LII. Eredeti. 1542. fol. lat. nemz. muz. kéziratgy.
LIII. Eredeti. 2381. „ „ „ „ „ Miller.
LIV. Egykoru másolat. Hevenesi kéziratok, XXX. foly. a pesti egyetem könyvt.
LV. Eredeti. 1542. fol. lat. nemz. muz. kéziratgyüjteményében.

Hátra van még, hogy a nemzeti muzeum könyvtára tudós őrének, Mátray Gábornak e helyett is köszönetet mondjak azon megbecsülhetetlen buzgalmáért. melylyel hivatalos állásában jelen kötet szerkesztését is, a gondjaira bizott kincsek készséges közlésével szíves volt előmozdítani.

Pest, május 5-én 1860.

Sz. L.

---

*) A Verancsicsok nemeslevelét magában foglaló ezen szám, a mi Antalunk fogalmazata; kérdés, ha magáévá tette-e Maximilián?

Digitized by Google

I.

Trautson Jánosnak Musztafa budai pasa.

Az nagyságos Trauczon Jánosnak, és római csá- 1567. jun. 4.
szárnak fő követinek orátorinak.

Mi Musztafa pasa, Budán az hatalmas császárnak fő heltartója és gondviselője ez országban.

Tekentetös és nagyságos úr, nekünk szerelmes barátunk, köszönetönket és barátságunkat ajánljuk te nagyságodnak.

Megadák minekünk az nagyságod levelét, melyet irt te nagyságod, az római cszászár akaratja szörént, 4. die Junii, kiben jelönté te nagyságod az tisztösségös ajándéknak beküldését jelös fő követök által, az egri pispöktül Antal pispöktül és Teufenpach Kristóftul. Jelönté ezt is nagyságod, hogy az mi kegyelmes urunknak az hatalmas császárnak volna hitlevele ű fölségénél, mitűlönk is ugyanazon hatalmas császárnak hitlevele szörént kivánna nagyságod ez személyöknek hitlevelet, mely hitlevelönk mellett mindön készületökkel ünmagok, lovok, jószágok, szolgájok békével járhatnának.

Mastan azért fogadjuk az mi hitönkre, tisztösségünkre, hogy senkitül semmi bántások nem leszön, sem ünmagoknak, sem marhájoknak, sem szolgájoknak, semmiöknek, és mindönütt nagy tisztösséggel

Digitized by Google

fő embirink által késértetjük : ebben te nagyságod semmit ne kétölködjék. Ennek bizonságára adjuk az mi pöcsétös hitlevelönket. Isten tartsa meg nagyságodat. Datum Budae 4. die Junii anno Domini 1567. Jűjenek és mönjenek.

II.

Zay Ferenczнek Verancsics Antal.

Ad Franciscum Zay.

1567. jun. 12. Sic Deo et caesarea majestate ac fatis meis volentibus, ego iterum eo in Turciam cum legatione de pace. Quod felix et faustum sit, quum caesareae majestati, domino nostro clementissimo optimoque principi, tum et regno afflictissimo Hungariae et toti Christianitati. Mihique sic ubique et in tota actione idem dominus Deus adsit, ut omnibus ex alto donis instructus redeam exorator, et cuncta peragam, quaecunque publica complexa est exspectatio.

Legi autem quasdam litteras magnificae dominationis vestrae ad amicum quemdam, utrique nostrum communem, quibus dissuadebat mihi tantae provinciae molem. De qua ejus pietate ago quidem magnificae dominationi vestrae magnas gratias; verum quia et caesar et patriae pietas istam ejus longissimo tractu superat, voluisset ne, ut et caesaris preces exspectassem et necessitati patriae defuissem, meamque vitam, meumque bonum pluris fecissem, quam patriae, quam tanti caesaris, cui subditorum ac servorum qui non gratificari atque obedire student, impii sane sunt et omnis tum civilitatis tum humanitatis expertes, ignarique officii.

Digitized by Google

Jacta itaque est alea, experiarque adhuc semel, an sexagenarius etiam possim patriae ostendere, quantum pro incolumitate ejus et hactenus voluerim, et imposterum velim. Reliqua mea Dei curae commisi. Cupidus ab eadem scire, ut si quid Constantinopoli velit, mihi jubeat, idque per veredarium; et bene valeat. Viennae 12. Junii 1567.

III.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián császár.

Reverendo, ac egregio, Antonio Verancio, epi- 1567. jun. 17.
scopo Agriensi, et Christophoro Teuffenpach consiliariis nostris, fidelibus nobis dilectis. Cito cito citissime cito citissime cito. Wienn.

Verancsics kezével: Redditae Viennae 18. Junii 1567.

Maximilianus secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator, ac Hungariae, Bohemiaeque rex, etc.

Reverende, ac egregie, fideles nobis dilecti. — Dubium nobis non est, quin mandatum nostrum decimo quinto die praesentis mensis ad vos editum acceperitis. Cum autem propter certas et gravissimas causas legatio vestra maturanda sit, et munera quae ad profectionem pertinent jam in promptu habeamus, iterum vobis, et serio praecipimus mandantes, ut res vestras celeriter istic componatis, neque vobis prius quidquam esse sinatis, quàm ut celerrime huc advoletis, neque ultra praefixum Sabbathi diem, qui erit vigesimus primus hujus mensis, istic haereatis.

Digitized by Google

Quo modo certam et omnimodam exequemini voluntatem nostram. Datae in arce nostra Posoniensi, decima septima die Junii anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto *), regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungarici quarto, Bohemici vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium Hieronymus Beck a Leopoldstorf m. p. H. Fieringer m. p. J. Hueber m. p.

IV.

Ugyanazoknak ugyanaz.

1567. jun. 23. Maximilianus Secundus, divina favente clementia, electus Romanorum imperator, semper augustus etc.

Informatio pro reverendo devoto, ac nobile, fidelibus nobis dilectis, Antonio Verancio episcopo Agriensi, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis et oratoribus nostris ad serenissimum imperatorem Turcarum, vicinum et amicum nostrum honoratum destinatis, de his quae apud spectabilem ac magnificum virum sincere nobis dilectum Muztaffa passam, dicti serenissimi Turcarum imperatoris Budae locumtenentem agere et tractare debebunt:

In primis maiore, quam fieri poterit, celeritate Budam sese conferant, et habita apud jam dictum passam audientia, illi redditis litteris nostris crediditiis, salutem verbis nostris dicant, ac insuper etiam gratiam et benignitatem nostram caesaream deferant, et postmodum ulterius exponant: nos ex eo tempore, quo ipse ad hanc praefecturam et gubernium,

*) Tollhibából, septimo helyett.

Digitized by Google

virtutibus ejus debitum, evectus fuit, et maxime, posteaquam mentio fieri cepta est pacis et concordiae inter nos et serenissimum ejus imperatorem sarciendae, singularem quandam non solum erga nos ipsos, sed ad publicam quoque quietem, voluntatem et studium in eo perspexisse, ut qui jam dudum ultro sese obtulerit promtum atque paratum, juvare atque promovere, quaecunque ad ejusmodi pacem et amicitiam, utrinque contrahendam, pertinere videantur; eam vero tam praeclaram ipsius voluntatem nobis, et publico et privato nomine valde gratam accidisse, nosque inde spem concepisse, hoc illius egregium institutum afflictis Hungariae subditis et colonis magno solatio esse futurum, ipsumque summa cura elaboraturum, ut idem regnum se praesente non magis deficiat, sed potius, quantum fieri potest, augeatur atque florescat, quod tum maxime sit futurum, si ipsius opera induciae *) passim per omnia confinia, cum in Hungaria, tum in Dalmatia quoque, et Croatia, Sclavoniaque, item Transsylvania, Moldavia et Transalpinia candide serventur, miserisque colonis libera sit potestas agros et terram sine metu, vel periculo colendi, licentiaque et temeritas praefectorum et militum coerceatur, quemadmodum equidem summa necessitas postulat ipsum passam in id omnibus viribus incumbere, siquidem ex supremi nostri curiae magistri litteris cognoscere potuit, Turcas necdum in confiniis quiescere, sed nuper primum castellum quoddam Chakan et postea etiam oppidum Canisam aggressos oppugnasse; eandem autem curam nos similiter non esse postposituros, sed diligenter prospecturos, ut induciae firmiter atque inviolate a nostris capitaneis, praefectis, militibu ets

(* Esen szó az eredetiben tollhibából hiányzik.

Digitized by Google

subditis observentur, in eos, qui contumaces et inobedientes fuerint, graviter animadversuri.

Caeterum volentes eidem passae Budensi benigni et grati animi nostri propensionem evidenti quopiam argumento contestari, nos ei per ipsos oratores nostros munusculum mittendum duxisse: quod si laeto atque grato animo accepturus sit, id nobis auditu perquam jucundum fore; non defuturum etiam ei in posterum caesaream gratiam atque beneficentiam nostram, siquidem non dubitamus, quin deinceps itidem in hoc, quod praesefert, pacis et quietis studio constanter sit perseveraturus. Itaque oratores nostri illi tunc, vel quando magis opportunum erit, deputatum a nobis munus, videlicet duorum millium talerorum in duabus cuppis deauratis offerre, idque verbis condecentibus latius ornare.

Praeterea postulabunt oratores nostri, sese, juxta litteras et voluntatem serenissimi imperatoris sui, et sub salvo conductu suo per homines graves et idoneos quantocius ad excelsam domini sui portam tuto atque secure deduci, eumque iterum atque iterum admonebunt et cohortabuntur, ut pro sua quoque parte hoc pacis negotium litteris suis, ad portam scribendis, vel quacunque ratione noverit, juvandum atque promovendum suscipiat, pollicendo, quod ipsius operam ac diligentiam posthac etiam beneficentia nostra caesarea affatim recogniturі simus.

Qui quidem passa Budensis, si forte sciscitaretur de conditionibus, sub quibus pacem firmari cupiamus, quo melius scilicet postulata nostra promovere et fovere possit, eas ipsi oratores nostri exponere non debebunt, sed modeste se excusabunt, allegantes sibi non esse integrum, conditiones illas cuiquam homi-

Digitized by Google

num prius, quam ipsimet serenissimo Turcarum imperatori, et supremo ejus consiliario enunciare, siquidem nullum a nobis de hoc mandatum acceperint.

Ad haec oratores nostri debebunt etiam, postea-quam Budam pervenerint, perquirere, num adhuc ibi detineatur unus ex servitoribus egregii fidelis nobis dilecti, Georgii Hozzuttotty, nostri in camera Hungarica consiliarii, quos cum oportuisset eum in suo discessu Constantinopoli relinquere, postea orator noster Albertus de Wyss Budam expedivit. Relatum enim est nobis, perfidum quemdam militem nostrum, Ladislaum Vaivodam vocatum, cepto isthic jurgio, cum uno ex dictis servitoribus praefati Georgii Huzzuttotty, perfecisse apud passam Budensem, quod miser ille excussus, et spoliatus litteris, quas apud se habuit, graviter insuper vapulaverit, et in carcerem conjectus fuerit, et caeteri quoque servitores detenti, postea tamen dimissi. Quodsi igitur passa illum ad petitionem intimi nostri consiliarii et supremi curiae, magistri, jussu nostro factam, nondum dimisisse t oratoribus nostris elaborandum erit, ut eum ulterius non detineat, sed ad suos salvum redire sinat.

Tandem vero Buda expediti atque dimissi, ad nos rescribant, quid ibidem cum passa tractarint, vel quae alias nobis significanda duxerint, atque exinde iter suum Constantinopolim versus prosequantur. Executuri ibidem ea, quae in instructione ipsis desuper expedita continentur. Facturi in his omnibus etiam bene gratam, expressam voluntatem nostram, gratia et benignitate nostra caesarea recognoscendam. Datum in arce nostra regia Posonii die vigesima tertia Junii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani

Digitized by Google

quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum *) sacratissimae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

V.

Maximilián megbizó levele Verancsics, Wyss és Teuffenpach számára.

1567. jun. 28. Maximilianus Secundus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, marchio Moraviae, dux Lucemburgiae, ac superioris et inferioris Silesiae, Würtembergiae, et Teckae, princeps Sueviae, comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritiae, landgravius Alsatiae, marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, ac superioris, et inferioris Lusatiae, dominus marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum, etc. etc.

Recognoscimus, et notum facimus tenore praesentium universis: cum pro quiete et tranquillitate universali, et praecavenda in posterum majore universorum oppressione, humanique sanguinis effusione cupiamus cum serenissimo et potentissimo principe, ac domino, sulthano Selimo, imperatore Turcarum ac Asiae et Graeciae, pacem inire, bonamque amicitiam contrahere et stabilire; idcirco plena m, indubitatam et singularem fiduciam gerentes de fide, integritate, prudentia, rerumque agendarum dexteritate et experientia reverendi Antonii episcopi Agriensis, ac no-

*) Az eredetiben iráshibából: ‚manus.'

Digitized by Google

bilium Alberti de Wyss, et Christophori a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariorum et oratorum nostrorum, fidelium nobis dilectorum, eosdem sponte, et ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, omnibusque melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuimus et debuimus, possumus ac debemus, oratores, commissarios, mandatarios, actores, factores, negotiique nostri infrascripti gestores, et nuncios speciales et generales, ita tamen, ut specialitas generalitati non deroget, nec e contra, elegimus, nominavimus, creavimus et deputavimus per praesentes. Dantes et concedentes eisdem, tanquam legitimis et indubitatis oratoribus, commissariis et mandatariis nostris plenam facultatem, authoritatem et potestatem nostro nomine, loco et vice unionem, amicitiam et pacem, vel saltem inducias ad aliquot annos cum praefato serenissimo ac potentissimo Turcarum imperatore, vel illustrissimis ac magnificis passis, aut commissariis suis ad hoc intervenire habentibus, et ab eo eligendis ac deputandis, pro nobis ac serenissimis Ferdinando et Carolo, archiducibus Austriae etc. fratribus nostris charissimis, ac haeredibus et successoribus nostris, omniumque nostrorum regnis, principatibus et dominiis eorumque subditis quibuscunque tractandi, concludendi et firmandi, atque super omnibus ab hujusmodi pace vel induciis dependentibus, emergentibus, annexis vel connexis concordandi et transigendi, juxta conditiones, quas a nobis in mandatis acceperunt, nosque et jam nominatos charissimos fratres nostros superinde erga ipsum serenissimum Turcarum imperatorem, vel praefatos illius passas efficaciter obligandi et obstringendi, ac etiam, si opus fuerit, juramentum de ob-

Digitized by Google

servandis et adimplendis omnibus iis, quae per eos nostro et eorundem charissimorum fratrum nostrorum nomine juxta articulos, desuper conficiendos, conclusa fuerint, praestandi, et generaliter omnia alia et singula faciendi, tractandi, concludendi et firmandi, quae nosmet facere, tractare, concludere et firmare possemus, si praemissis omnibus et singulis praesentes et personaliter interessemus; etiamsi talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus est expressum. Promittentes insuper, et pollicentes in verbo nostro caesareo, nos una cum iisdem charissimis fratribus nostris perpetuo ratum, gratum, firmum, validumque habituros totum id, et quidquid per supradictos oratores nostros actum, factum, gestum, tractatum, pactum et conclusum fuerit in praemissis, seu quolibet praemissorum, nec contra illud ullo unquam tempore directe vel indirecte facturos aut contraventuros, omni dolo et fraude semotis. Harum testimonio litterarum manus nostrae subscriptione, et sigilli nostri appressione munitarum. Datum in arce nostra Posonii die vigesima tertia mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungarici quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

VI.

Maximilián utasitása ugyanazok számára.

Maximilianus Secundus, divina favente clemen- 1567. jun. 28.
tia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Instructio, ad cujus praescriptum reverendus Antonius, episcopus Agriensis, ac nobiles Albertus de Wyss et Christophorus a Teuffenpach in Mairhofen, consiliarii et oratores nostri, fideles nobis dilecti, sese in obeunda infrascripta legatione apud serenissimum principem, dominum sulthanum Selimum, Turcarum ac Asiae et Graeciae etc. imperatorem, ac illustrissimos, spectabiles et magnificos viros, Mehmeth, et reliquos passas, consiliarios illius, accommodare debebunt.

Quamprimum antedicti episcopus Agriensis, et Christophorus a Teuffenpach, confectis apud passam Budensem iis, quae in speciali informatione seu memoriali a nobis in mandatis acceperunt, Buda expediti fuerint, curabunt, ut quantum fieri potest, profectionem suam maturent, et simul atque Constantinopolim pervenerint, hanc instructionem et omnia, quae a nobis in mandatis habent, praenominato Alberto de Wyss, oratori nostro in porta dicti serenissimi imperatoris residenti, communicabunt, et qua ratione res commode incipi et tractari debet, inter se conferent, et deinde medio et opera ipsius Alberti sibi imprimis audientiam dari postulabunt ab illustrissimo ac magnifico Mehmeth passa, supremo Turcarum impera-

Digitized by Google

toris consiliario, cui, impetrata ea, redditis litteris nostris credentialibus, nomine nostro salutem dicent, ac benigni nostri in eum animi propensionem honorificis ac dignitati nostrae consentaneis verbis declarabunt, paratamque offerent.

Deinde vero exponent ei, nos non solum ex egregio fidele nobis dilecto Georgio Hozzuttotty, nostro in camera Hungarica consiliario, cum superioribus mensibus huc ad nos Constantinopoli rediisset, audivisse, sed pluribus etiam litteris, quas praefatus orator noster Albertus de Wyss per proximos veredarios ad nos dederit, aperte cognovisse sincerum et praeclarum ejus studium, animique promtitudinem in promovenda quiete et utilitate publica, operamque et diligentiam, quam praestat, ut inter nos ac serenissimum imperatorem Turcarum, dominum suum, concordia, pax et bona amicitia stabiliatur; eamque tam praeclaram illius operam et voluntatem nobis, qui simus ac semper fuerimus, ut decet omnes bonos principes, pacis et tranquillitatis publicae amantissimi, singularem voluptatem attulisse, atque etiam eo gratiorem accidisse, quod inde non obscure appareat, ipsum supremum passam animo in nos esse candido, rebusque nostris bene consultum cupere, de hac vero optima ipsius voluntate nos illi benignas gratias agere. Et quoniam juxta promissa nostra, quibus nunquam soliti simus deesse, ad portam istam serenissimi imperatoris Turcarum, domini sui, ipsos oratores nostros ad tractandam ejusmodi pacem et amicitiam, ad quam cum serenitate illius ineundam atque contrahendam nos praeteritis mensibus semel atque iterum paratos fore, recepimus, jam expediverimus, noluisse nos, neque etiam potuisse praetermittere'

Digitized by Google

quin ei grati ac benigni nostri animi propensionem munusculo aliquo contestaremur, quod ei oratores nostri, vel tunc, vel postea, quando magis opportunum fore judicaverint, offerre debebunt, videlicet quatuor millia ducatorum, et quatuor cuppas argenteas cum horologio, postulando, ut id nostra causa benevole accipere, idque non ex valore, sed benigna donantis mente aestimare velit; neque dubitet, si de caetero quoque hoc pacificationis negotium sincere promovebit, et ad optatum finem perducet ita, ut inter nos et serenissimum ipsius dominum mutua concordia et amicitia firmetur atque stabiliatur, nobis deinceps etiam curae futurum, ut ne uspiam sibi benignam atque propensam voluntatem nostram defuisse sentiat, sed labores ejus beneficentia nostra caesarea liberaliter compensaturos esse.

Itaque oratores nostri illi, vel in eo ipso colloquio, vel postea, quando commodius videbitur, nomine nostro polliceri poterunt atque debebunt, quod pace ista honestis et aequis conditionibus confecta atque firmata, singulis annis, quamdiu pax ista constabit, duo millia ducatorum remunerationis ergo daturi et missuri simus.

Atque his praemissis, oratores nostri postulabunt sibi apud principem Turcarum primo quoque tempore audientiam impetrari, quo possint ea, quae a nobis in mandatis acceperunt, serenitati ejus coram exponere, et quod felix ac faustum sit, huic pacificationi principium dare. Neque abs re fuerit, tunc eidem supremo vesirio summa quoque eorum, quae in prima audientia principi Turcarum dicturi sunt, breviter, ut fert gentis illius consuetudo, exponere. Qui quidem Mehmeth passa cum in prioribus et proximis

Digitized by Google

litteris suis attigerit nonnulla, quae ad substantiam et conditiones tractandae pacis spectant, utputa de diruendis aliquibus arcibus et castellis, et dimittendis quibusdam sanziackis ac praefectis Turcicis, qui in proxime praeterito bello capti fuerunt, poterunt oratores nostri, si necesse videbitur, illi de iis etiam benignam mentem nostram patefacere juxta ea, quae inferius, ubi de conditionibus pacis agetur, significabimus.

Deducti vero in praesentiam serenissimi imperatoris Turcarum, serenitati ejus litteras nostras credentiales juxta morem, et consuetudinem illius aulae reverenter offerent, et verbis salutem, prosperamque valetudinem ac omnem felicitatem precabuntur, adjecta condecenti testificatione integritatis et sincerae nostrae in serenitatem ejus benevolentiae.

Atque exinde serenitati ejus ulterius referent, quamvis oratori nostro in porta serenitatis ejus residenti, Alberto de Wyss antehac per litteras injunxerimus, ut serenitati ejus nomine nostro officiose congratularetur de serenitatis ejus ad amplissimum imperii Turcici fastigium felici successione: quia tamen ille id officii coram praestare non potuit, noluisse nos omittere, quin ad testandam integritatem nostram, id nunc ipsis etiam oratoribus nostris simul una apud serenitatem ejus exequendum demandaremus. Itaque serenitati ejus persuasissimum esse debere, quod nobis valde jucundum acciderit, serenitatem ejus, [posteaquam divina voluntate, cui quovis loco et tempore sit acquiescendum, serenissimus et potentissimus quondam imperator sulthanus Solymannus ex humanis sublatus est, serenitatem illius, uti filium ac haeredem tanto cum applausu, studio et consensu

Digitized by Google

exercituum et populorum suorum tranquille, pacifice et quiete in paterno imperio successisse, ideoque nos serenitati ejus de hoc tam pacifico et auspicato ad culmen paterni solii ingressu iterum atque iterum amanter gratulari, maximopereque optare, ut aeternus Deus serenitati ejus hoc gubernium in futurum etiam quietum atque pacatum, diuturnumque esse velit.

Deinde oratores nostri ulterius etiam progrediantur, ac serenissimo imperatori Turcarum succincte quidem, sed tamen dilucide referant, nos non dubitare, quin serenitas ejus jam dudum certior facta fuerit de sincero nostro studio, et propensa ad tuendam et conservandam quietem et tranquillitatem publicam voluntate, et quam candide, genuineque nos obtulerimus statim post obitum serenissimi et potentissimi quondam imperatoris Ferdinandi augustae memoriae, domini ac genitoris nostri observandissimi, ad continuandam cum praenominato serenissimo quondam imperatore sulthano Solymanno pacem et amicitiam paternam usque ad finem constituti octennii, sub iis conditionibus, quibus cum divo domino patre nostro inita fuerat, siquidem ejusmodi sincerum et optimum animum nostrum non verbis duntaxat declaraverimus, sed re ipsa quoque comprobaverimus, transmissis videlicet ad portam serenitatis ejus muneribus honorariis, quae dictus dominus genitor noster mittere decreverat, non obstantibus etiam bellorum motibus, per Transsylvanum tunc temporis temere et absque legitima causa excitatis, neque etiam attento, quod tunc etiam praefectus Themesiensis sese cum copiis imperatoris Turcarum ipsi Transsylvano in invadenda et opprimenda ditione nostra, adjutorem praebuerit, atque in tota illa expeditione anni millesimi quin-

Digitized by Google

gentesiml sexagesimi quarti, ac sequenti millesimo quingentesimo*)quinto cum exercitu praesens exstiterit.

Et quamvis postea nos quoque necessitate compulsi arma ceperimus, pro tuenda non modo ditione, sed maxime etiam existimatione et dignitate nostra, quam utique non potuimus, neque debuimus negligere, non exspectato responso serenissimi quondam imperatoris sulthani Solymanni, quod diutius certe, quam sperabamus, differebatur, in eo tamen bello ne palmum quidem terrae, quae ad serenitatem ejus immediate spectat, tangi, nedum infestari passi simus. Atque adeo licitam duntaxat omni divino, humanoque jure defensionem susceperimus, et vim vi repulerimus, atque pro nostra parte nemini ullius inimicitiae et hostilitatis causam praebuerimus.

Cum vero idem Transsylvanus paulo post, mismis Zathmarium commissariis, oratoribus ac nunciis pleno ad agendum et concludendum mandato instrutis, simulate et fraudulenter a supremis nostris praefectis et capitaneis pacem petiisset, et oblatas sibi conditiones acceptasset, atque etiam sub colore et praetextu obtinendae a nobis ratificationis oratorem ad nos misisset: ne tunc quidem voluisse nos quietem publicam emolumentis nostris privatis anteponere, sed paratos fuisse, tractatus illos Zathmarienses cum dictis commissariis, oratoribus ac nunciis Transsylvanicis virtute memorati pleni ipsorum mandati initos ac firmatos, ratos, gratosque habere, existimantes, nobis id omnino esse integrum, vigore conditionum pacis paternae, ad quarum observationem et nos et serenissimus quondam imperator sulthanus Solymannus per litteras nos hinc inde astrinxeramus, postpo-

*) Kimaradt : sexagesimo.

Digitized by Google

sita etiam pulcherrima occasione, quae tum nobis oblata fuerat, injurias a dicto Transsylvano acceptas ulciscendi, illumque magna ditionis suae parte mulctandi.

Cum autem exinde turbatis per eundem Transsylvanum tractatibus pacis, serenissimus imperator Turcarum sulthanus Solymannus, flagrante adhuc bello nobis scripsisset et nunciasset, sese cupere, quod utrinque ab armis discederetur, et exercitus revocarentur, de componendis vero controversiis exortis in porta serenitatis suae tractaretur, nos ea quoque in re serenitati ejus benevole gratificatos esse. Verum ex altera parte nobis nequaquam fuisse responsum. Siquidem non modo Transsylvanus neglectis et contemtis mandatis ipsius serenissimi Turcarum imperatoris, nec ulla ratione habita, quod exercitus noster de mandato nostro recedendi initium fecerat; atque se a Zathmario ad ripam Tibisci receperat, conjunctis sibi sanziacko Zolnocense et copiis ejus, quaedam loca et arces nostras, ultra Tibiscum sitas, infesto marte oppugnaverit, et partim etiam ceperit; sed beglerbegus etiam Themesiensis, qui tum erat in officio, facto prius impetu in nocturnas excubias praesidii nostri Zathmariensis, non dubitaverit etiam post allata domini sui mandata, illi per chiaussium Budensem, praesente homine nostro ad id destinato, praesentata de armis ponendis, exercitum nostrum usque ad Tibisci ripam hostiliter persequi, et ad castra usque procurrere, captans occasionem, eidem exercitui nostro cladem aliquam infligendi, vel eum prorsus opprimendi, abitumque frivolis quibusdam, et ad ipsum minime spectantibus postulatis in plures dies ex in-

Digitized by Google

dustria protrahere, unde nec prius discesserit, quam cognoverit, se nostris nihil posse nocere.

Non obstantibus vero omnibus hisce, et aliis quoque gravissimis injuriis, nos haud ita multo post expedivisse ad excelsam istam portam supradictum oratorem nostrum Georgium Hozzuttotty, cum honestissimo et aequissimo responso, nihilque praetermisisse, quod ad redintegrandam et aequis conditionibus constituendam pacem pertinere existimavimus, verum quemadmodum antea semper calumniis et notoriis figmentis Transsylvani fides fuerat habita, nostris autem verissimis informationibus, optimisque juribus et rationibus nec certa fides data, nec locus aliquis relictus: ita etiam tunc prorsus nos in vanum laborasse, eaque legatione nihil plane profecisse, sed mox sequutam esse expeditionem istam aestatis praeteritae.

Et quo magis etiam perspiciat serenissimus imperator Turcarum, quomodo soliti sint abuti saepedictus Johannes Sigismundus dux, atque etiam nonnulli ejusdem principis Turcarum praefecti limitanei, tum nostra aequanimitate, pacisque studio, tum ipsius-met imperatoris Turcarum nimia indulgentia, non abs re fuerit serenitati ejus id quoque significari: quum proxime praeteritis mensibus, priusquam scilicet certo constaret de animo et inclinatione serenissimi principis Turcarum ad pacem et amicitiam nobiscum ineundam, supremus exercituum nostrorum in superioribus regni nostri Hungariae partibus capitaneus Lazarus de Schwendy, redacta in nostram potestatem arce Georgii Bebeck rebellis et perfidi subditi nostri, Zardwar vocata, arcem Mwnckatz etiam antiquo et optimo jure nobis pertinentem oppugnasset,

Digitized by Google

ne solitis Transsylvani artibus, qui, ut nobis omnem rei bene gerendae occasionem, injiciendo subinde spem concordiae et transactionis redintegrandae, fraudulenter eriperet, uti etiam praeterita hieme fecerat, diutius circumduceremur, nostraque commoda prorsus negligeremus; eademque opera Deo propitio intra paucos dies potuisset etiam expugnare arcem Hwzth: nos tamen cognito animo ac desiderio serenissimi imperatoris Turcarum de armis utrinque deponendis, quoad in porta serenitatis ejus de certa, firmaque pace transigatur, praefatum supremum capitaneum Lazarum de Schwendy ab instituta oppugnatione arcis Hwzth illico revocasse, et Cassoviam reverti jussisse, induciasque passim per omnia confinia capitaneis, praefectis, militibus et subditis nostris firmissime demandasse (prout ejusmodi mandata jam iterum renovavimus). Sed dum nos paci studemus, militesque et capitanei nostri mandatis nostris obtemperant, et ab hostilitate abstinent, praeter omnem exspectationem nostram ex una parte passam Themesiensem, coadunato magno exercitu, sub praetextu et colore defendendi dictum Johannem Sigismundum ducem, qui tunc nullo prorsus auxilio indigebat, cum nemo eum amplius oppugnaret propter inducias promulgatas, arces quasdam nostras, et fidelium subditorum nostrorum in superioribus regni nostri Hungariae partibus ex improviso intercepisse, ex altera vero dictum Johannem Sigismundum ducem ultra Tibiscum arces Kewar et Banyam occupare non esse reveritum, quantumvis jam fuisset etiam admonitus de voluntate ipsius Turcarum principis. Quae quidem collusio eorundem Transsylvani et passae Themesiensis ex interceptis litteris, quas antehac Con-

Digitized by Google

stantinopolim ad manus oratoris nostri misimus, satis manifeste liquet.

Verum tamen utcunque ea se habeant, quae superstite serenissimo quondam sulthano Solymanno acciderunt, cum illa jam dudum praeterierint, nunc vero imperio Turcico praesit serenissimus sulthanus Selymus, cum quo nobis hucusque privatim nihil rei, nec ulla hostilitas fuit, ejusque serenitas sese promptam, paratamque obtulerit ad ineundam et contrahendam nobiscum amicitiam et pacem, quatenus ejus rei causa oratores nostros ad portam serenitatis ejus ablegaturi essemus : nos non obstantibus etiam vel antiquis, vel etiam recentioribus, et maxime jam enumeratis injuriis, sub ista armorum suspensione, tam a Transsylvano, quam passa Themesiense acceptis, confisos serenitatem ejus, ne talia deinceps fiant, benevole curaturam, voluisse omnino promissis nostris satisfacere, ipsosque oratores nostros ad serenitatem ejus absque longiore dilatione expedire, qui cum serenitate ejus agant, tractent, et Deo volente transigant et conveniant de certa et firma pace, concordia atque amicitia inter nos ac serenissimos principes Ferdinandum et Carolum, archiduces Austriae etc. fratres nostros charissimos, ipsumque serenissimum Turcarum imperatorem, et utriusque partis posteros, haeredes et successores ad tempus praestituendum, sub honestis et aequis conditionibus, de quibus ipsi oratores parati sint cum supremo serenitatis ejus consiliario Mehmeth passa, vel cuicunque serenitas illius id negotii dederit, colloqui et tractare.

Necessarium autem fore, oratores nostri dicant, quod interea temporis induciae firmae et inviolatae maneant, atque a serenitatis ejus passis, sanziackis,

Digitized by Google

begis, praefectis et militibus sanctissime observentur, nulloque prorsus colore, seu praetextu quaesito violentur, usque dum hisce tractatibus finis imponatur, et oratores nostri in ditionem nostram reversi fuerint. Qui vero deliquisse comperientur, graviter et serio puniantur, quandoquidem nullus futurus sit finis aut modus excursionum, injuriarum, depraedationum, caedium, et omne genus malorum, nisi turbulentorum et inquietorum audacia et temeritas severissime coerceatur. Idem nos quoque vicissim diligentissime curaturos esse.

Exinde dicant oratores nostri, quod ad contestandam serenitati ejus sinceram voluntatem nostram, qua affecti sumus in hoc pacis negotio, et declarandam laetitiam, quam ex serenitatis ejus felici et tam pacata ad paternum imperium successione cepimus, atque adeo benevolae congratulationis ergo, et pro bono, auspicatoque futurae amicitiae nostrae initio voluerimus etiam serenitatem ejus condigno munere honorare. Quae amicitia, posteaquam Deo dante corroborata fuerit, nos imposterum etiam serenitati ejus mutuis benevolentiae atque integritatis officiis nusquam esse defuturos. Itaque tunc oratores nostri serenitati ejus munus illud triginta millium ducatorum una cum viginti inauratis scyphis seu cuppis duplicatis, ac duobus vel tribus horologiis, ut moris est in illa aula, reverenter exhibere debebunt.

Et haec fortassis sufficient in primo congressu apud principem Turcarum peregisse. Si vero videretur opus esse, gravamina ista, et quae statim a morte divi quondam domini parentis nostri, imperatoris Ferdinandi, augustae memoriae, cum defuncto quondam sulthano Solimanno et dicto Transsylvano ultra

Digitized by Google

citraque acta et gesta sunt, paulo latius, vel tunc in prima scilicet audientia, sive postea, vel apud principem ipsummet, vel apud passas et consiliarios ejus deducere, quemadmodum omnino necessarium esse arbitramur, ut oratores nostri viam et rationem aliquam inveniant, per quam Turcarum imperator ipsemet de iis omnibus accuratissime edoceatur, siquidem etiam parens ejus sulthanus Solymannus his plerumque celatus fuit: oratores nostri copiosam habebunt materiam in iis informationibus, quae huic instructioni adjungi jussimus, et antea quoque Constantinopolim misimus, unde eis, quae ad asserendam et comprobandam causae nostrae aequitatem atque justitiam, ac e diverso ad patefaciendas, refellendasque calumnias Transsylvani, et aliorum adversariorum, malevolorumque nostrorum accommodata videbuntur, vel necessitate postulante, vel rerum nostrarum utilitate suadente, depromenda.

Porro absoluta audientia prima apud Turcarum imperatorem, vel etiam antea, si tempus aut loci consuetudo tulerit, oratores nostri debebunt quoque sigillatim adire reliquos passas vesirios omnes, et redditis cuique litteris nostris credentialibus, ac convenienti salutatione, et benigni atque propensi animi nostri significatione praemissa, et exhibito denique in signum favoris et gratitudinis nostrae munere cuilibet deputato, nempe Pertavo passae duo millia ducatorum cum duabus cuppis duplicatis deauratis, atque uno horologio; pro Ferrath passa mille ducatos cum duobus scyphys duplicatis; et pro reliquis tribus in singulos millium talerorum, eosdem verbis nostris magnopere hortari, ex quo ad hosce pacis tractatus, cum serenissimo imperatore Turcarum suscipiendos, inducti fuerimus, singulari quodam instinctu benevo-

Digitized by Google

lentiae, qua erga serenitatem ejus afficimur, et publicae tranquillitatis studio, nec non commiseratione afflictae et oppressae gentis Hungaricae, et praecipue miserrimae plebeculae, quam non sine maximo animi nostri dolore cernimus his bellorum fluctibus prorsus obrui et funditus perire, cum ingenti vastitate amplissimi regni, quod desolatum nec nobis, nec serenissimo Turcarum principi ullam amplius utilitatem adferre poterit; ut proinde ipsi quoque in juvando et promovendo tam pio et laudabili nostro proposito, quod et serenissimo ipsorum principi honori, et utriusque nostrum populis salutare futurum sit, operam et partes suas interponere, omnemque diligentiam adhibere velint. Eam enim illorum tam egregiam operam nos deinceps etiam munificentia nostra caesarea recognituros esse, et confecta honesta et aequa pace, missuros illis annuatim, quamdiu pax ipsa, et amicitia firma et illaesa perstiterit, condigna munera, nempe Pertavo passae mille ducatos annuos, et caeteris passis vesiriis, cuilibet mille taleros; nisi fortassis oratoribus nostris videretur consultum, passas omnes tam supremum, quam inferiores aliquanto majoris etiam summae, quam ea, quam nominavimus, promissione inescandos esse, quod eorundem oratorum nostrorum fidei atque prudentiae committimus.

Et quoniam Ebrahimus, supremus principis Turcarum interpres dicitur plurimum pollere gratia tam apud ipsummet principem, quam supremum ejus consiliarium Mehmeth passam, et is hucusque magnum ad promovendas res nostras studium semper praestulerit, atque haud dubie possit etiam nobis in hoc pacis negotio bonam operam navare: operae pretium duximus, illum quoque non solum bonis verbis, ac

Digitized by Google

propensi et benigni nostri in eum animi significatione (quae cura ipsorum oratorum nostrorum erit, ut scilicet illum de gratiosa voluntate nostra edoceant) sed largitione quoque in isto egregio erga nos studio confirmare. Itaque oratores nostri illi dabunt nomine nostro quingentos ducatos, pollicendo, si in hoc suo laudabili instituto deinceps perstiterit, et negotia nostra in posterum quoque candide et diligenter juverit, ipsi vicissim gratitudinem et beneficentiam nostram minime defuturam, sed accepturum quotannis, constante pace, munus quingentorum coronatorum.

Est et alius interpres in porta principis Turcarum, Germanus natione, nomine Mahmut Beg, supremo principis Turcarum consiliario Mehmeth passae, sicut intelleximus, satis gratus et acceptus, qui et ipse sese rerum nostrarum studiosum ostendit, cujus voluntatem et operam oratores nostri similiter collaudabunt, et nomine nostro pro remuneratione laboris. quem sustinuit hisce mensibus, quibus in porta principis Turcarum de pacis istius negotio ceptum est tractari, trecentos ducatos nomine nostro praesentabunt.

Praeterea, cum dicantur esse nonnulli praecipui officiarii principis Turcarum, et qui serenitati ejus inprimis sint grati, nobisque in hoc negotio queant magno esse usui, oratoribus nostris, pro ipsorum singulari industria enitendum erit, ut et illi *), si non dabitur facultas agendi cum illis coram, saltem per idoneas personas in partes nostras pertrahantur, et ad promovendam hanc pacem tum spe largitionis, tum aliis quoque appositis rationibus inducantur, dato cuique ad praesens in signum grati animi munere, conditioni et qualitati personae congruo, ex illis duobus

*) Tolhibából: „illos“ az eredetiben.

Digitized by Google

millibus talerorum, qui ad id deputati sunt. Inter quos officiarios potissimum quaerendum est de Johanne Migues *), qui nunc Naxi ducatum obtinet; cum enim eum apud imperatorem Turcarum etiam antehac gratia plurimum valuisse intellexerimus, confidimus rebus nostris multum posse commodare, et propterea nobis ejusdem quoque, et aliorum, qui videbuntur per serenitatem illius esse prae caeteris in pretio, studia omnino conciliari volumus.

Posteaquam autem ad tractationem principalem devenietur, et de conditionibus hinc inde pro stabilitate et certitudine pacis firmandis et constituendis, sive scripto, sive etiam viva voce agi oportebit, oratoribus nostris advertendum erit, ut inprimis statuatur, quod ex hoc tempore in futurum ad id usque tempus, de quo utrinque convenerit, debeat esse, servari, et coli inter nos et supradictos serenissimos et charissimos fratres nostros Ferdinandum et Carolum archiduces Austriae ex una, ipsumque serenissimum et potentissimum sulthanum Selymum Turcarum imperatorem ex altera, et utriusque partis haeredes, successores, ac ambarum etiam partium regna, principatus, dominia, civitates, urbes, terras, loca, sive terrestria sive maritima, subditos ac milites mutua, bona, vera et firma pax et amicitia, ad cujus observationem teneantur et adstringantur severissimis mandatis, et sub poena capitis, omnes et singuli ipsius serenissimi imperatoris Turcarum passae, beblerbegi, sanziacki, begi, vaivodae, et quilibet capitanei, officiales, ministri, milites et subditi cujuscunque gradus et ordinis exstiterint, vel quocunque nomine vocentur, ubicunque locorum et gen-

*) Jelen utasitás egykoru másolatában e helyhez Verancsics ezt irta a lap szélére : ‚nunc don Joseph appellatus.‘

Digitized by Google

tium, et maxime in Hungaria, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Bosnia et Transsylvania existentes, et nominatim etiam dux Johannes Sigismundus, serenissimi quondam regis Johannis filius, et Moldaviensis et Transalpinensis vaivodae, pro tempore existentes, et ipse quoque Tartarorum princeps cum universa gente et militia sua, qui posthac nullo colore, ingenio vel praetextu quaesito audeant, nostris ac praenominatorum charissimorum fratrum nostrorum regnis, provinciis, eorundemque finibus, limitibus et quibuslibet locis terrestribus vel aquaticis quocunque modo, terra, marive, arma, vim, vel hostilitatem aliquam inferre, vel nostros, dictorumque serenissimorum fratrum nostrorum duces, capitaneos, praefectos, milites, subditos ad arma lacessere, sed cum illis sincerampacem et bonam vicinitatem servent, ac sancte colant, delinquentes autem, serio, graviterque puniantur; quemadmodum vice versa nos quoque et antedicti charissimi fratres nostri, parati erimus universis ac singulis nostris capitaneis, praefectis, officialibus, ministris, militibus ac subditis limitaneis serio et sub poena capitis mandare, ut hanc pacem sancte, firmiter et inviolate observent, et ne passis, beglerbegis, sanziackis. et quibuscunque demum praefectis, militibus ac subditis, ditionibusque in Hungaria, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Bosnia, item Transsylvania, Moldavia et Transalpina arma, vim, vel ullam hostilitatem inferant, nec eosdem ad arma lacessant, sed cum illis pacem et bonam vicinitatem sancte colant; et in eos, qui deliquerint, serio ac graviter quoque animadvertemus.

De tempore hujus pacis oratores nostri agere et laborare debent, ut pax ista concludatur et firme-

Digitized by Google

tur in octo annos continue sequentes a die, qua solenniter fuerit conclusa et stabilita. Et casu, quo Turcarum princeps tot annos nollet admittere, ipsi oratores e diverso connitentur, ut plures quam fieri poterit, annos obtineant. Sin autem Turcarum princeps cuperet ipsam pacem longius etiam extendi, utputa in decem annos, vel plures etiam, poterunt et debebunt oratores nostri ea etiam in parte voluntati illius acquiescere.

Et casu, quo nollet Turcarum imperator pacem ad haeredes et successores transmitti, sed tantum ad vitam alterutrius extendi postularet, in eo quoque oratores nostri serenitati illius morem gerant.

Deinde expresse quoque paciscendum et constituendum est, ut quaecunque nos et antedicti fratres nostri tenemus ac possidemus in Hungaria ultra citraque Danubium et Tibiscum, item in Dalmatia, Croatia et Sclavonia, caeterisque regnis, provinciis et dominiis, ea in futurum quoque cum universis suis pertinentiis, castris, oppidis, reditibus, proventibus, censibus, decimis, servitiis, quibuscunque bonis mobilibus et immobilibus, quamdiu haec pax duraverit, in potestate nostra libere, pacifice et absque ulla principis Turcarum aut officialium, ministrorum et militum ejus contradictione, molestatione, vel impedimento maneant, nec ullo modo jura nostra, quae habemus una cum nominatis fratribus charissimis, subditisque nostris in jam dictis regnis atque provinciis nostris impediantur, neque etiam licitum sit Turcarum principis praefectis, officialibus, militibus ac subditis cujuscunque gradus, status, ordinis et conditionis extiterint, nos et charissimos fratres, subditosque nostros in eorum perceptione, possessione ac fructu

Digitized by Google

turbare, molestare, seu impedire, ullumque jus exactionis, vel alterius oneris in eisdem quaerere seu praetendere, multo vero minus villas, pagos et possessiones nostras et fratrum ac fidelium subditorum nostrorum, seu ipsosmet fideles subditos nostros, fratrumque nostrorum per vim vel sinistras artes et machinationes in suam potestatem et ditionem redigere, occupare, seu comminatione mortis, incendii, depraeditionis, sive capitivitatis ad deditionem sollicitare.

Quia vero Mehmeth passa in litteris suis, quas hucusque ad nos dedit, semel atque iterum mentionem fecit de diruendis arcibus nonnullis, inter quas nominavit Vesprimium et Tatham, et de eo cum oratore nostro Alberto de Wyss coram latius etiam colloquutus est, quod responsum nos ad tractationem principalem rejecimus, et veremur, ne istiusmodi demolitionem denuo urgeat: volumus proinde oratores nostros pro sua duntaxat informatione clementer esse admonitos, quod ad destruendum et demoliendum ullum locum, quem in nostra nunc potestate habemus, nedum restituendum, non admodum sumus inclinati, et cuperemus, quoad ejus unquam fieri posset, ea nos molestia prorsus sublevari, nisi vicissim ex parte Turcarum alia loca, quae non sint inferioris momenti, destruantur, atque sic utriusque nostrum aequalis sit conditio; Vesprimium enim eo loco situm est, ut sine insigni jactura et periculo ditionis adjacentis desolari minime queat; id quod praeteritorum annorum experientia satis compertum habemus.

De Tatha vero, et aliis nonnullis leviusculis arcibus fortassis non ita acriter essemus reclamaturi, si vicissim etiam ex imperatoris Turcarum parte similia loca, a nobis nominanda, diruerentur, et propterea,

Digitized by Google

si quando disputatio orietur de arcibus et locis hinc inde in gratiam alterius partis demoliendis, diligenter certe inculcanda erit serenissimo Turcarum principi, ac supremo et caeteris ejus passis vesiriis aequabilitas, quam servari decet inter eos, qui sinceram amicitiam inter se contrahere et servare cogitant. Siquidem nequaquam convenit, ut amicus amicum conditionum inaequilitate praegravare conetur, quin immo si Turcarum princeps in eo persistat, ut ex nostra parte arces aut loca aliqua destruantur, necesse fore, quod serenitas ejus similiter sese erga nos declaret, quae loca serenitas ejus vice versa diruere velit. Et hoc loco oratores nostri dextre captabunt occasionem, pertentandi animos passarum, num spes aliqua sit, quod Turcae induci possint ad destruendas arces Babolcham et Persentz, *) et alias quae in illo districtu sitae sunt? Verum tamen non debebunt oratores nostri in hoc puncto certi quicquam nomine nostro concludere vel polliceri, sed ubi animum principis Turcarum penitus perspexerint, rem omnem cum opinione et sententia sua integram ad nos per litteras referre, nostramque desuper resolutionem exspectare.

Causam quam praetendit Mehmeth passa hujusmodi petitionis suae, quod scilicet haydones et praedones in his locis receptum habere, et inde ditionem Turcicam infestare soleant, oratores nostri facile diluent, ostendendo quod in hac parte non difficile erit providere, si quis justam de praesidiariis illorum locorum conquerendi causam habere possit, siquidem nobis non defuturae sint rationes, quibus illi in officio contineantur, dummodo ex altera parte ad arma non provocentur.

*) ‚Értsd: Berzencze.'

Digitized by Google

Advertendum autem est oratoribus nostris, nos hoc loco non eam Babolcham duntaxat intelligere, quae antehac in manibus nostris fuit, et noviter est per Turcas occupata, sed novam etiam illam munitionem, quam Turcae aedificant in alio loco, uti nobis relatum est, pro Babolcha, quam diruere cogitant; ne fortassis per aequivocationem prioris atque posterioris arcis aliquid in praejudicium jurium nostrorum concedatur.

Et quamvis optimo jure possemus a serenissimo Turcarum imperatore repetere Zigettum et Giulam, quandoquidem ejus parens, nulla prorsus injuria affectus, non attenta integritate nostra, qua nos, ut dictum est, mox ab obitu divi quondam genitoris nostri ad observationem paternae pacis iisdem sub conditionibus tam amanter obtulimus, neque etiam ratione habita, quod jam alter alteri ultro citroque misisset pro stabilitate ejusmodi pacis litteras confirmatorias, gravissimam praeteritae aestatis expeditionem contra nos suscepit; nolumus tamen ad praesens ejusmodi restitutionem, uti nimis odiosam, expressis verbis urgeri. Atque idcirco non est, quod oratores nostri apud Turcarum principem de Zigetto vel Giula nobis restituenda ultro, et nominatim quicquam agant vel proponant; verum tamen, ne prorsus etiam silentio involvatur duorum istorum locorum jactura, non abs re fuerit, oratores nostros (id quod ipsis injunctum esse volumus) inter tractandum pro sua dexteritate occasionem quaerere, tanquam ex seipsis injiciendi apud passas mentionem aliquam de diruendis antedictis duobus locis Zigetto et Giula, utputa, vel passis denuo instantibus pro demolitione Vesprimii et Tathae. vel quando agetur de diminuendo munere honorario,

Digitized by Google

quotannis pendendo, vel quandocunque aliqua sese in tractatibus et colloquiis commoditas obtulerit. Quam rem, si passae plane explodere, vel surdis auribus praeterire videbuntur, oratores nostri advertere debent, ut si eis offeretur occasio aliqua, saltem alia loca, utputa Babolcham, et quae sunt in illa regione sita, repetendi, ne eam quoque praetermittant.

Non dubitamus etiam, quin serenissimi Turcarum imperatoris consiliarii statim in principio tractationis injecturi mentionem sint muneris honorarii, in posterum pace constante, annuatim praestandi. In eo casu oratores nostri, qui suapte sponte non debent mentionem ejus injicere, interrogati respondebunt, quamvis justissimas causas haberemus recusandi: quod hoc loco petatur, nos tamen amicitiae et bonae vicinitatis causa, et pro salute atque incolumitate miserrimorum afflicti regni Hungariae subditorum hac quoque in parte desiderio serenissimi imperatoris Turcarum non esse defuturos. Verum enimvero aequum esse, quod serenissimus Turcarum princeps benevole perpendat, ad quantam pauperiem redactum sit afflictum Hungariae regnum propter bellicam expeditionem praeteritae aestatis, in qua Ziget et Giula cum magna reliquiarum ejus regni parte distracta fuerint, ac minore summa, quam dominus ejus parens accipere consueverit, contentetur. Itaque hujusmodi occasione captata, oratoribus nostris elaborandum erit, ut munus honorarium ad minorem summam, utputa, viginti millium ducatorum reducatur, neque facile se a proposito dimoveri patiantur. Ad extremum tandem, ubi senserint Turcarum principem triginta millibus omnino inhaerere, ipsi quoque gradatim procedendo, ad ultimum, si ali-

Digitized by Google

ter fieri nequiverit, promittant, quod nos etiam, sicuti divus parens noster, deinceps annuatim, et sub finem cujusque anni post conclusionem pacis solitum honorarium munus triginta millium ducatorum ad portam serenitatis ejus missuri simus.

Si autem obtineri posset vel restitutio vel demolitio Zigetti et Julae, tunc non opus foret agere de diminutione honorarii muneris, sed posset id integre, prout a divo domino parente nostro datum fuit, offerri et promitti. Quando vero major summa peteretur, quam triginta millium ducatorum, vel quod illud etiam de caeteris nostris, ac charissimorum fratrum nostrorum provinciis peteretur, oratores nostri in id nullo modo consentiant.

Caeterum nihil est, quod magis ferme requiratur ad firmitatem pacis, Deo volente, concludendae, quam, ut diligentissime provideatur, ne deinceps integrum sit serenissimi quondam regis Johannis filio novas discordias serere, turbasque pro libitu concitare. Quare hac etiam in parte oratoribus nostris sedulo atque diligenter elaborandum erit, et sive ex parte Turcarum ea de re mentio aliqua injiciatur, sive non, ineunda utique erit et invenienda certa et firma aliqua ratio, qua illius, et consiliariorum, quos penes se habet, inquieti animi compescantur. Id quod nostra sententia tum fieri poterit, cum ille intellexerit, calumniis suis ulterius in porta principis Turcarum non datum iri locum, nihilque sibi a Turcarum principe exspectandum fore subsidii, si quando aequitatis terminos excesserit, et intra fines suos, qui omnino videntur esse circumscribendi, sese non continuerit. Eaque propter, si oratores nostri senserint, non esse consultum, quod nunc iterum postulemus,

Digitized by Google

illum astringi ad observationem illorum pactorum, ad quae anno sexagesimo quinto in mense Martio nuncii et commissarii illius, pleno ad id mandato instructi, ipsum obligaverant, et pro quorum ratificatione et approbatione ille oratorem suum Stephanum Bathory de Somlyo, etiamnum hic existentem, tunc temporis ad nos expediverat, (quarum pactionum et conventionum, quatenus ostendi possunt, oratores nostri cum praesenti instructione nostra copiam habebunt) et frustra etiam Kewar arcem, ab illo novissime occupatam, repeti cognoverint, saltem non debebunt consentire in restitutionem alicujus loci, ad praesens in potestate nostra existentis, si forte princeps Turcarum vellet illi vel Baniam, vel alium ex iis locis, quos ipsi possidemus, restitui, sed constanter insistant retinendae possessioni tam Baniae, quam aliorum locorum ultra citraque Tibiscum in potestate nostra existentium; nisi forte id fieret per permutationem aliquam arcium et locorum, in utriusque potestate ultra citraque Tibiscum existentium, praesertim Baniae seu Rivuli Dominarum cum arce Hwzth, a qua permutatione, si aequis conditionibus posset obtineri, fortassis non futuri essemus alieni; de qua tamen permutatione oratores nostri certi nihil concludant, nisi re tota prius ad nos relata, nostraque resolutione accepta. Alias tutissimum erit oratores nostros, *) quod ipsis etiam virtute praesentis instructionis clementer injunctum esse volumus, quod illum in hac pace comprehendi curent eo, qui sequitur, modo, quo et antea fuit comprehensus. Videlicet quod nos, quamdiu pax ista, cum Turcarum principe ineunda, firma, et valida permanserit, (cui utique nos

*) Itt a tollban maradhatott valami.

Digitized by Google

violandae nullam causam, vel materiam praebebimus) ab invadenda Transsylvania et arcibus, castellis, urbibus ac locis, ad eam directe spectantibus, et ad praesens in potestate quondam regis Johannis filii existentibus, manus abstinebimus, nullam vim aut hostilitatem contra ea suscipiemus.

De locis vero extra Transsylvaniam positis integrum nobis sit, cum eodem quondam regis Johannis filio transigere et concludere, quae loca ipse nobis restituere, et nos ipsi pacifice relinquere velimus et debeamus, dummodo, durante hac pace, ad satisfaciendum nobis de locis extra Transsylvaniae fines in Hungariae partibus ultra citraque Tibiscum sitis, armata manu non compellatur.

Hoc autem loco accurate distinguantur et specificentur, qui sint fines Transsylvaniae, et quod loca illa trans Tibiscum sita, quae Turcae omnia intelligunt et comprehendunt sub nomine Transsylvaniae, pertineant ad Hungariam, non ad Transsylvaniam, ne per hanc nimis generalem, Turcisque usitatam Transsylvaniae nuncupationem juribus nostris aliquid praejudicii inferatur.

Item, ut vice versa idem quondam serenissimi regis Johannis filius tempore hujus pacis sive induciarum ab omni hostilitate et injuria abstineat, ac subditos nostros non affligat, villas non diripiat, nec excursiones in ditionem nostram faciat, neque castella nostra, vel subditorum nostrorum oppugnet, vel ipsa nova castella in detrimentum ditionis nostrae vel subditorum nostrorum exstruat, neque etiam bona mobilia vel immobilia, contributiones, dicas, decimas et proventus ad nos et subditos nostros spectantes, invadat aut sibi vendicet, quin immo pacem sancte

Digitized by Google

et inviolate observet, et per suos observari faciat, quemadmodum etiam nos diligenter curaturi sumus. Quodsi secus ille fecerit et inducias violaverit, ac nos et subditos nostros injuria affecerit, et nos ejusmodi injuriam vindicandam duxerimus, Turcarum imperator illum non suscipiat protegendum vel juvandum, sed omni prorsus auxilio destituat, neque etiam a passis, sanziackis, praefectis ac militibus suis juvari permittat.

Item, u quaecunque nos extra propriam Transsylvaniam ultra citraque Tibiscum possidemus, sive per nos ipsos, sive per nostros subditos et vasallos, in posterum quoque sine ulla controversia possideamus, in quibus comprehensi etiam intelligantur magnifici fideles nostri dilecti Melchior Balassa et Nicolaus de Bathor, caeterique barones, nobiles et cujuscunque status homines, qui ad fidelitatem et obedientiam nostram reversi fuerant et revertentur usque ad illam diem, qua nobis constiterit, saepe dictum quondam regis Johannis filium pacem ad mandatum serenissimi imperatoris Turcarum sub his conditionibus acceptasse et observare velle, cum omnibus eorum rebus, juribus ac bonis, quaecunque possident et tenent.

Praeterea tam nostri quam praedicti filii quondam regis Johannis subditi in utriusque nostra obedientia et potestate constituti, qui in praesentibus turbis et motibus, vel ob metum, vel aliam quamcunque causam vacillassent, sive suspectos se reddidissent, seu alterutrum quovis modo offendissent, hisce induciis comprehensi, earum ita participes reddantur, ut nulla in eos, quovis quaesito colore, vindicta instituì, sed omnis in illos concepta indignatio et persecutio utrinque cessare debeat.

Digitized by Google

Quo quidem loco cum passae procul dubio varias difficultates injecturi sint, allegando, ut solent, Transsylvanum mancipium esse Turcicum, nec potestatem habere de alieno dominio quicquam disponendi: oratores nostri res omnes pro sua prudentia et rerum istarum omnium experientia, facile confutabunt, et quemadmodum supra monuimus, in eo omni conatu incumbent, ut in futurum Transsylvano omnem fidem abrogent, atque perficiant, ne frivolis et continuis illius querelis, figmentis atque calumniis tam faciles aures praebeantur, sed si quando querulabitur, et clamitabit, sibi factam esse injuriam seu violentiam aliquam contra pacta et conditiones pacis, Deo dante, ineundae, ne quid desuper praepropere decernatur, sed prius ad nos quoque res omnis referatur, nostrumque responsum exspectetur, quod utique paucarum hebdomadarum spatio haberi queat.

Quodsi rursus peteretur restitui ad possessionem bonorum suorum Georgium Bebeck, oratores nostri nullo modo consentiant, sed opponant Bebeckum eo tempore, quo caperetur, fuisse subditum et capitaneum nostrum, stipendio conductum, qui nullo modo potuerit, neque debuerit a fidelitate et obedientia nostra, vel ad Turcas, vel Transsylvanum deficere, et nos quoque exempli causa aliter facere non potuisse, quin illum, ut infidelem et perfidum subditum, atque ministrum nostrum pro demerito puniremus.

Porro intelleximus, quantopere postularit supremus principis Turcarum consiliarius Mehmeth passa constitui in confiniis certos limites, quod quidem nobis ipsis non potest improbari, quin immo existimamus pacem vel inducias nunquam fore firmas, nisi constituantur certi termini et fines, quos neutrius par-

Digitized by Google

tis militibus liceat armata manu transcendere: sed quia non videmus, quomodo id fieri possit aliter, quam in re praesenti, operae pretium proinde fuerit, ex utraque parte deputare commissarios pari numero, viros probitate, integritate, pacisque studio ac rerum usu praestantes, qui circumeuntes confinia, servata aequalitate et justitia, statuant certos notabiles, et utrique parti tolerabiles limites ac terminos, intra quos milites utriusque partis sese contineant, et ultra illos, praesertim armati, evagari non ausint, ita tamen, ut illorum commissariorum actio omnis ad ratificationem nostram et ipsius serenissimi Turcarum imperatoris remittatur.

Verum enimvero quicunque coloni et subditi, in alterutrius partis ditione existentes, hucusque ad utramque partem servitia, census, vel decimas praestiterunt, atque adhuc praestant, ubicunque illi siti sunt, ii deinceps etiam utrique parti, vel subditis earum, servitia, vel census, decimasque praestare debebunt, sine alterutrius partis impedimento.

Quodsi Turcarum princeps et passae consiliarii ejus denuo institerint pro divisione ejusmodi villarum communium, et ad utramque partem servientium, oratores nostri audiant, quo pacto cupiant et velint fieri talem divisionem, atque rem per litteras ad nos referant, nostramque desuper resolutionem exspectent, ipsi vero ea de re sponte nullam mentionem ingerant.

Quoniam autem compertum est, Turcas in finibus existentes ordinariis censuum et tributorum solutionibus et servitiis, quae praestantur a communibus villis, non contentari, sed ea in dies magis, magisque augere et multiplicare ita, ut plerique jam triplo et

Digitized by Google

quadruploa, ac decuplo ferme plus extorqueant, quam coloni initio, cum facerent deditionem, pacti sunt, iisque prastandis coloni amplius pares esse nequeant, et non habentes unde amplius solvant, tandem metu captivitatis, relictis sedibus aufugiant, eamque ob causam terra quotidie magis desoletur, et utrique parti inutilis reddatur. Agendum proinde est, ut serenissimus imperator Turcarum ejusmodi intolerandas violentias, et inexplebilem rapacitatem suorum praefectorum, officialium et militum serio coerceat, et quod in conditionibus futurae pacis expresse constituatur, caveaturque, ne posthac milites Turcici, cujuscunque nominis, ordinis et gradus, colonos ultra ordinarios proventus, quos dominis eorum solvere consueverunt, et quibus Turcae initio contenti fuerunt, compellant, sed dimidia parte ejusmodi ordinarii proventus contententur, reliquam vero colonorum dominis relinquant. Quod cum non solum per se pium, justum et aequum sit, sed utrique etiam parti commodum, confidimus serenissimum imperatorem Turcarum in hoc nihil difficultatis facturum, idem ipsi quoque pro nostra parte sedulo curaturi sumus.

Caeterum, quamvis in tam amplo regno, diuturnis bellis afflicto et attrito, magni sit negotii ac laboris, omnia praecavere, quae subinde solent contra pacem et quietem publicam attentari, et vagantes atque errabundos passim praedones et plagiarios protinus coerceri, tamen omnino necessarium videtur, iniri rationes et vias, quibus turbulentorum et inquietorum audacia, quantum fieri potest, reprimatur. Ideo expediet utrique parti liberum et integrum relinqui, praedones et raptores, etiamsi alterius partis sint subditi, quos in ditione sua deprehenderit, merito sup-

Digitized by Google

plicio afficere. Qui si deprehendi nequeant, mox capitaneis, aut praefectis eorum, sicubi eos latitare compertum fuerit, indicentur, iique illos puniendi mandatum habeant. Quodsi tunc ex nostra et charissimorum fratrum nostrorum parte capitanei et praefecti officio suo non satisfacient, nos, fratresque nostri ea de re admoniti, illos pro demerito puniri faciemus, dummodo serenissimus Turcarum imperator ex sua parte idem fieri curet.

Adferet autem ad tuendam et conservandam in confiniis tranquillitatem publicam multum momenti, si conventum et constitutum fuerit, ne liceat praefectis et subditis ambarum partium intertenere et alere haydones, seu martalossos, plagiarios, atque id genus gregariorum hominum, qui non sunt alterutrius principis stipendio conducti, sed rapto vivunt, et quicunque eos aluerit, ut is pro demerito puniatur. Quocirca oratores nostri hanc quoque conditionem praesenti tractatui inseri studebunt.

Et quo melius obviam eatur temeritati et audaciae improborum hominum, denuo quoque firmiter statuendum erit, ut si contigerit pacis tempore a serenissimi imperatoris Turcarum praefectis, militibus, vel subditis, in quorum numero Transsylvanum etiam, et quoscunque passas et sanziackos intelligimus, civitatem aliquam, vel oppidum, arcem, castellum, fortalitium, seu qualemcunque locum nostrum, vel charissimorum fratrum nostrorum, quocunque praetextu quaesito, sive per vim et aperto marte expugnari, aut furtim etiam, et per clandestinas machinationes intercipi, tunc locus ille absque ulla tergiversatione ad manus nostras, et fratrum nostrorum illico restituatur, ii vero, qui violentiam illam fecerint, capite

Digitized by Google

plectantur. Et hoc intelligi, immo etiam expresse, et nominatim constitui debebit non modo de iis locis, qui nobis, fratribusque nostris immediate sunt subjecti, sed de illis etiam, qui ad subditos nostros pertinent, sive illi sint rebelles, sive fideles nostri, quia plane consentaneum est omni rationi et aequitati, ac utrique etiam parti valde commodum et utile, quod haec constitutio non solum in castris, arcibus ac locis, sed reliquis quoque rebus et bonis rebellium locum habeat, prouti alias quoque oratoribus nostris observandum erit, ut quae de nostris et serenissimorum atque charissimorum fratrum nostrorum locis, rebus et bonis ad nos immediate pertinentibus tractabuntur, eadem etiam ad subditos nostros, eorundemque fratrum nostrorum referantur.

Similiter juxta priorem divi quondam domini genitoris nostri, et nostram quoque capitulationem, cum serenissimo quondam sulthano Solymanno initam, expressis verbis paciscendum est, ut quicunque, vel nostri, ac charissimorum fratrum nostrorum, ipsiusque Turcarum principis milites ac subditi post publicationem hujus pacis et amicitiae ab altera parte capientur, mox, ubicunque fuerint, libertati restituantur, et sine impedimento, vel alicujus pretii pactatione sive solutione domum dimittantur, nec ullo modo, colore, vel ingenio quaesito detineantur, mancipentur, vendantur sive donentur.

Et quia interdum usuvenit, captivos effugere, atque etiam subditos, officiales et stipendiarios milites ad alteram partem transire, existimamus, ea in re similiter certam, et utrique parti aequabilem rationem pro coercenda inconstantia atque perfidia militum, ambabus partibus stipendia facientium, constituendam

Digitized by Google

esse. Itaque volumus, ut oratores nostri elaborent, et omnibus modis statui et concludi studeant, ut si quis captivus alterutrius partis, perfractis vinculis aut carcere, vel quocunque modo elapsus evaserit, fugaque sibi salutem quaesiverit, ne teneatur altera pars illum restituere, sed possit ille, adepta libertate, sine periculo illius, a quo profugit, apud suos potiri, atque gaudere ita, ut pariter utrinque admittantur, nempe Christiani apud nos, et Turcae apud Turcas; secus vero observetur de transfugis illis, qui cum in alterutrius stipendio atque servitio existant, vel in ditione ejus habitent, ad alteram profugiunt atque desciscunt, utputa, si subditi, officiarii, vel milites christiani ad Turcas, et rursus Turae ad Christianos profugerent, tales nequaquam liceat hinc admitti, sed utraque pars firmiter astringatur ad restitutionem illorum; etenim hac ratione non solum satisfiet religioni utriusque partis, sed insuper quoque subditi ac milites hinc inde tanto facilius in officio, fide et obedientia continebuntur.

Praeterea cum ex duellis quoque et provocationibus saepenumero graviores discordiae, turbae ac motus oriantur, plurimum etiam momenti adferet ad firmitatem et conservationem pacis, benevolentiae et quietis publicae, ut illa, durante pace, prorsus sint prohibita et illicita, et quicunque alium ad singulare certamen ausus fuerit provocare, is petente, et instante altera parte, gravissime puniatur.

Et quoniam constat, superioribus annis paci et amicitiae, quae divo quondam domino genitori nostro cum serenissimo quondam sulthano Solymanno intercessit, nonnunquam haud parum offecisse tam aedificationem novorum castellorum, arcium et muni-

Digitized by Google

tionum, quam veterum instaurationem; ideo consultum est, nunc ejusmodi difficultates praecavere, et hac quoque in re modum statuere, cui utraque pars se conformet. Itaque oratoribus nostris enitendum est, ut in hac parte statuatur et concludatur, quod utrique parti liberum et licitum esse debeat, pro arbitrio, commodo et necessitate sua aedificare, reparare, munire et fortificare quaevis loca, quae directe, immediate et absque ulla controversia in aedificantis solo, ditione atque districtu sita esse dignoscentur, neque ei in hoc ab altera parte quicquam impedimenti, sive negotii exhibeatur. In alieno vero solo, ditione atque districtu quemvis locum aedificare, reparare, munire, seu fortificare posthac, durante pace, minime liceat.

Et quia, ut antea quoque demonstratum est, in regno tam amplo et dilacerato, ac varias in partes distracto aegre praecaveri poterit, quin interdum ultro citroque oriatur aliquid discordiae atque incommodi, non abs re fuerit, tempestive providere, certamque rationem inire, ne forte aliquando ex parva discordia militum, subditorumque alterutrius partis majores motus et turbae nascantur, idcirco oratores nostri agant et procurent, hinc inde pactum et conventionem fieri, ut si quando magnae et arduae aliquae differentiae, vel super aliquo praemissorum articulorum, vel aliis quibuscunque de rebus orientur, quae matura provisione et remedio opus habeant, illae protinus referantur ad cognitionem commissariorum, qui sint viri graves, probi, prudentes, experti atque pacifici, in hunc eventum primo quoque tempore ex utraque parte pari numero eligendorum, et hi loco opportuno convenientes sine exercitu cum aequali personarum numero et comitiva, omnes et singulas ejusmodi con-

Digitized by Google

troversias emergentes audiant, cognoscant, decidant et amicabiliter componant, et talis denique modus et ordo constituatur, quo utraque pars suos homines et subditos citra omnem tergiversationem, vel praetextum gravissimis poenis ad sinceram et firmam pacis observationem compellat.

Quando vero negotia illa tanti forent momenti, quod per commissarios utriusque partis componi et explicari non possent, tum illa ad nos et serenissimum imperatorem Turcarum remittantur, quo ipsimet de iisdem componendis, sedandis et extinguendis viam et rationem aliquam inire possimus.

Est et aliud, de quo in praesenti tractatu transigere oportebit, videlicet, ut homines nostri, quos posthac habituri sumus in porta serenissimi imperatoris Turcarum, sive ii oratoris, sive agentis, sive procuratorio munere fungentur, vel quemcunque titulum obtinebunt, ii oratorum libertate etiam ac privilegiis, immunitatibusque frui possint ac debeant, quemadmodum aliorum principum, qui serenitati illius amici sunt, procuratores frui solent aut debent, habeantque liberam potestatem conducendi dragomannos sive interpretes quos et quotcunque velint, et litteras mittendi et recipiendi.

Similiter non impediantur etiam homines aut nuncii nostri, qui interdum ad amplissimam illam portam, vel ad hominem nostrum, qui ibi residebit, aut etiam ab eo ad nos per quamcunque viam mittentur, quin potius eisdem omnis favor et auxilium praestetur.

Casu vero, quod mentio incideret de commercio et mutua negotiatione omnis generis mercium hinc inde inter subditos utriusque partis instituenda, et

Digitized by Google

dum pax duraverit exercenda, oratores nostri poterunt atque debebunt respondere, ex quo hucusque observari consueverit certus modus quoad negotiationem pecuariam, eundem modum posse atque debere in futurum etiam observari, ita tamen, ut istiusmodi commercium pecuarium ad alias merces, cujuscunque generis existant, de quibus hucusque non solita sit fieri et continuari negotiatio, non extendatur, sed in hac parte res omnis in eo, quo nunc est, statu permaneat.

Has vero conditiones et articulos pro firmiore pacis robore serenissimus Turcarum imperator, perinde ac nos, sese firmiter, inviolateque observaturum, sub fide ac verbo suo promittere, necessariisque et opportunis litteris, in quibus memoratae conditiones omnes, prouti de iis conventum et transactum fuerit, ordine atque perspicue contineantur, statim confirmare debebit. Idque ut fiat, et ut tales litterae quam primum ad nos transmittantur, oratoribus nostris enixe postulandum erit, et vice versa promittendum, quod nos quoque similes litteras confirmatorias absque dilatione aliqua ad serenitatem ejus transmissuri simus.

Recordamur praeterea, illustrissimum ac magnificum Mehmeth passam non solum in suis ad nos litteris postulasse, ut in gratiam imperatoris sui, et pro contestanda integritate et benevolentia nostra vellemus etiam nunc statim manumittere, pristinaeque libertati restituere insignes aliquot Turcas captivos, et nominatim sanziackos Albensem, Fillekiensem et Clissensem; verum ea de re perquam accurate cum ipso Alberto de Wyss coram quoque egisse, pollicendo, Turcarum principem nobis vicissim in manumittendis aliquot captivis Christianis haud gravatim gratifica-

Digitized by Google

turum esse; a quo, si dicti oratores nunc iterum interpellabuntur, debent ei constanter affirmare, quod sanziacki illi non sint amplius in potestate nostra, et quod non habeamus in usu, sicuti nequaquam etiam conveniat, eos e manibus eripere viris illis bene meritis, quibus semel donati sunt. Verumtamen non esse, quod Mehmeth passa de illis sit multum sollicitus, siquidem illi alias brevi sint libertatem consequuturi, numerato, quod pacti jam sunt, redemtionis pretio. Alios autem insignes Turcas, qui apud nos capti essent, nullos sane nos scire, utrum vero aliqui sint in aliorum manibus, id similiter nobis non constare. Et quamvis etiam adessent, tamen in tempore, et ante ipsorum oratorum nostrorum discessum, qui hanc ob causam non fuerit differendus, non potuisse investigari, daturos tamen nos operam, ut perquirantur per omnia confinia, et quando aliqui fuerint inventi, digni tam praeclara serenissimi imperatoris intercessione, nos etiam in hac parte serenitatis ejus, ut decet candidum amicum, bonumque vicinum, rationem habituros, ac sincerae benevolentiae officio minime defuturos esse, confidentes etiam serenitatem ejus, dictumque Mehmeth passam nobis, ut pollicentur, eodem officii genere responsuros.

Quod vero ad Stephanum Bathory attinet, quem itidem petiit Mehmeth passa principis sui nomine a nobis dimitti, respondeant oratores nostri, si de dimissione ejus interrogabuntur, eum contra jus gentium non fuisse detentum, neque etiamnum captum teneri, sed justis et rationabilibus ex causis arrestatum fuisse usque ad exitum negotiorum, de quibus tunc temporis inter nos et Transsylvanum agebatur, quem hucusque nec regis quondam Johannis filius, nec

Digitized by Google

quisquam alius repetierit, nisi quod antehac obiter mentio injecta sit; si ipse Bathory dimitteretur, futurum, ut vicissim etiam uxor et liberi Melchioris Balassae dimitterentur. Verum tamen, posteaquam factus fuerit in hoc pacis negotio bonus aliquis progressus, nos in dimittendo illo nullam etiam difficultatem esse facturos, sed illum praesertim respectu serenissimi imperatoris Turcarum libenter dimissuros.

Cumque nobis relatum sit: unum ex interpretibus, qui inservire solent oratoribus nostris Constantinopoli residentibus, nomine Dominicum Zeffy, propter imputationes quasdam ipsi factas, quod notitiam habuerit de fuga uxoris Michaelis Zernovitz, Caffam fuisse relegatum, oratores nostri, legatione hac sua feliciter confecta, debebunt etiam pro illo intercedere, ut illi ignoscatur, et facultas redeundi Constantinopolim, ibique habitandi, et in futurum etiam, si voluerit, oratoribus nostris inserviendi concedatur.

Similiter debebunt tunc oratores nostri intercedere, nomine nostro, pro quodam capitaneo Hieronymo Fabiano de Sancto Remo, qui capitaneus fuit uniustriremis principis Andraeab Auria, atque praesens prope Constantinopolim in turri maris nigri captus detineri dicitur: ut si fieri queat, nostri intuitu libertatem recuperet, siquidem nobis ab oratore serenissimi et catholici Hispaniarum regis in aula nostra residente, cui clementer gratificari cupimus, magnopere commendatus est.

Cum insuper fieri queat, ut Galli atque Veneti apud Turcarum principem laboraturi sint, quo et ipsi in hac pace comprehendantur, oratores nostri curare debent, ut si quid tale in medium adferretur, ipsi artificio aliquo pro sua industria et dexteritate ejus-

Digitized by Google

modi desiderium et conatus illorum eludant, efficiantque, quo possimus hujusmodi consortium effugere, ostendendo, se de praedictis vel aliis principibus, praeterquam serenissimo, atque catholico Hispanorum rege, fratre et patruele nostro charissimo, huic paci includendis, nihil in mandatis a nobis accepisse.

Illud tamen post finem negotiorum, nostrorum, factaque plena de suprascriptis conditionibus omnibus transactione poterunt ac debebunt oratores nostri, sive interrogati fuerint, sive non, de jam dicto serenissimo fratre nostro rege catholico polliceri: si serenissimus Turcarum princeps cupiat etiam cum eodem Hispaniarum rege, fratre nostro, amicitiam contrahere, pacemque colere, nos haud gravatim partes nostras interposituros esse, nec dubitare, quin serenitas illius pro mutua et arctissima sanguinis conjunctione, quae nobis et serenitati ejus intercedit, et pro fraterno amore, quo nos invicem mutuo complectimur, in hac re, ut in aliis omnibus, voluntati nostrae haud gravatim sit satisfacturus. Itaque oratores nostri desuper clarum et certum responsum obtinere studebunt.

De Gallis autem ac Venetis, aliisve principibus Christianis in hac pace comprehendendis, si Turcarum princeps et passae consiliarii ejus sponte nihil proposuerint, oratores etiam nostri ultro nullam mentionem ingerant.

Atque haec quidem sunt, quae saepe dictis oratoribus nostris ad praesens injungenda et praescribenda duximus, ad quae in ista legatione quovis loco et tempore respiciant, ac sese per omnia et in omnibus accommodent. Reliqua vero, cum in ejusmodi arduis negotiis difficile sit omnia praevidere, et con-

Digitized by Google

jectura assequi, nedum litteris et instructionibus praescribi atque comprehendi, eorundem oratorum nostrorum eximiae fidei, prudentiae et industriae committimus, non dubitantes, quin in iis, quae ipsis quotidie occurrunt, probe diligenterque advertent, ne quid fiat, quod dignitati atque existimationi nostrae labem aliquam aspergat, quin immo omnes ingenii vires eo conversuri sint, ut negotium hoc ad honestum, felicem et optatum finem primo quoque tempore perducatur.

Si quid tamen oratoribus nostris offerretur tam grave atque difficile, quod ipsi per se commode explicare non possent, tum illud ad nos summa celeritate per specialem veredarium referant, nostramque benignam resolutionem exspectent.

Tandem vero rebus omnibus confectis, Episcopus Agriensis et Christophorus a Teuffenpach, impetrata a serenissimo Turcarum imperatore abeundi licentia, et valedictis atque in suo erga nos studio diligenter confirmatis passis, et praecipue illustrissimo et magnifico Mehmeth passa, supremo ejusdem imperatoris consiliario, ad nos revertantur, nosque de omnibus, quae gesserint, humiliter atque fideliter informent; Albertus vero Wyss in porta ejusdem Turcarum imperatoris deinceps etiam usque ad aliam jussionem nostram permaneat, suaeque ordinariae legationi solita fide, cura et animi promtitudine incumbat, in quibus omnibus dicti oratores nostri exequentur benignam et expressam voluntatem nostram, omni gratia et benignitate nostra caesarea recognoscendam. Datum in arce nostra regia Posonii die vigesima quinta mensis Junii, anno Domini millesimo

Digitized by Google

quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

VII.

A Konstantinápolyba menendő ajándékok lajstroma.

Consignatio munerum honorariorum, in quantum nimirum se extendant, jam Constantinopolim ad Turcarum imperatorem et bassas per dominum Agriensem episcopum, et dominum de Teuffenpach ferendorum, ac discrete Turcarum imperatori et bassis per eosdem legatos administrandorum anno D. 1567.

Primum: afferent eo Turcarum imperatori munus honorarium, cujus pecuniaria substantia constituit triginta millia ducatorum, aut si ducatus pro talero uno et dimidio computetur, quadraginta qninque millia talerorum.

Item: quindecim elegantia et fabrefacta pocula, interius et exterius inaurata.

Praeterea eidem Turcico caesari duo horologia summi artificii.

Mahometi vero bassae quatuor millia ducatorum aureae monetae, quibus ad talerorum valorem computatis, provenit summa sex millium talerorum.

Eidem bassae quatuor pocula duplicata.

Item horologium.

Perthau vero bassae duo millia ducatorum, similiter aureae monetae, qui constituunt tria millia talerorum.

Digitized by Google

Item: pocula duplicata duo.

Nec non horologium.

Ferrati vero bassae mille ducatos, quibus in taleros redactis, fiunt mille et quingenti taleri.

Ad haec duo pocula.

Reliquis tribus visir, singulis eorum millenos ducatos, qui faciunt simul connumerati, tria millia talerorum.

Porro ad donaria praecipuis Turcicae aulae officialibus et aliis ministris assignanda et offerenda deputantur duo millia talerorum, quos tamen oratores, habito inter personas discrimine ac harum qualitate observata, pro suo arbitrio, uti ipsis videbitur, distribuent.

Bassae Budensi duo millia destinantur talerorum.

Insuper, ex argento quidem conflata sed inaurata duo pocula.

Turcicis autem duobus interpretibus, quippe Hebraimo quingenti ducati attribuuntur, alteri trecenti; qui una computati faciunt mille et ducentos taleros.

Alberto de Wyss, oratori Constantinopolitano, jam supra duo illa millia ducatorum ipsi Venetiis Constantinopolim ordinatorum, una mittuntur quinque millia talerorum.

Praeter haec omnia, ad omnes ingruentes extraordinarias erogationes et necessitates dominis oratoribus offerentur et tradentur mille taleri.

Ad opinionem vero domini episcopi Agriensis constituit sacra caesarea majestas, etiam quartum ex visir bassa supra mille taleros duorum poculorum munere afficiendum.

Digitized by Google

Si vero domino episcopo videbitur, ut etiam bassae Temesvariensi munera offerantur, sacra majestas caesarea ipsi duo pocula missura est. Quantum autem pecuniae eidem assignandum praefatus dominus episcopus censeat, opinionem suam superinde explanabit.

VIII.

Pénz, ezüstkupák és órák lajstroma. *)

Summa pecuniae, scyphorum argenteorum, horologiorumque, quae per me Andream Schnätterl caesareum solutore bellico **) d. Maximiliani ad Turcarum imperatorem dominis oratoribus, suae majestatis nomine tradita sunt:

Primo: in decem doliolis, quorum singulum continet sexaginta millia talerorum, id est: 60000 talerorum.

Item: in sacco uno quingenti et septuaginta taleri, id est: 570 talerorum.

Postremo: in sacco uno quinque millia quadringenti et viginti ducati aurei. Id est: 5420 ducati.

Numerus scyphorum, pondus et valor eorundem:

Primus ponderat cum operculo marcas viginti quinque, uncias tredecim cum dimidia. Aestimatio marcae extenditur ad sedecim florenos: facit 413 fl. 30 x.

Secundus est duplex, ponderat marcas 17. uncias 12. quintas 3. Aestimatio marcae 18 floreni: facit 320 fl. 20 x.

Tertius est simplex, ponderat marcas 17. uncias 14. Aestimatio marcae 18 floreni: facit 321 fl. 44 x.

*) Faustus s utána Miller hibásan az 1555-dik évhez.

**) Schnätterl, mint még alább is látni fogjuk, nem volt nagy mestere a deák szónak.

Digitized by Google

Quartus est duplex, ponderat marcas 13. uncias 1. ½. Aestimatio marcae 15 floreni 45 cruciferi: facit 206 fl. 13 x.

Quintus item duplex, ponderat marcas 12. uncias 15½. Aestimatio marcae 15 floreni 45 cruciferi: facit 204 fl. 15 x.

Sextus simplex cum operculo ponderat marcas 7. uncias 3. Aestimatio marcae 17 floreni: facit 123 fl.

Septimus ponderat marcas 6. uncias 8. quintam ½. Aestimatio marcae 15 floreni 45 cruciferi: facit 103 fl. 29 x.

Octavus superioris ponderis et aestimationis: 103 fl. 29 x.

Nonus ponderat marcas 9. unciam ½. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 191 fl. 52 x. 2. d.

Decimus ponderat marcas 8. uncias 5½. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 166 fl. 52 x. 2. d.

Undecimus ponderat marcas 8. uncias 10. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 172 fl. 30 x.

Duodecimus ponderat marcas 9. unciam ½. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 180 fl. 37 x. 2. d.

Decimus tertius ponderat marcas 8. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 160 fl.

Decimus quartus superioris ponderis et aestimationis: 160 fl.

Decimus quintus cum operculo ponderat marcas 7. unciam ½. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 140 fl. 37 x. 2. d.

Decimus sextus ponderat marcas 16. uncias 4. quintam 1. Aestimatio marcae 18 fl.: facit 292 fl. 46 x. 2. d.

Decimus septimus ponderat marcas 14. uncias 11. Aestimatio marcae 16 fl.: facit 235 fl.

Digitized by Google

Decimus octavus ponderat marcas 6. uncias 5. quintas 2. Aestimatio marcae 15 fl. 45 cruciferi: facit 99 fl. 33 x.

Decimus nonus ponderat marcas 7. unciam 1. quintas 3. Aestimatio marcae 15 fl. 45 x.: facit 111 fl. 27 x.

Vigesimus ponderat marcas 12. uncias 7. quintam $^1/_2$. Aestimatio marcae 15 fl. 45 x.: facit 196 fl. 1 x.

Vigesimus primus ponderat marcas 10. uncias 7. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 200 fl. 37 x. 3. d.

Vigesimus secundus ponderat marcas 8. uncias 7. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 168 fl. 45 x. 2. d.

Vigesimus tertius ponderat marcas 8. uncias $5^1/_2$. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 166 fl. 52 x. 2. d.

Vigesimus quartus ponderat marcas 6. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 120 fl.

Vigesimus quintus ponderat marcas 7. uncias 8. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 150 fl.

Vigesimus sextus ponderat marcas 7. uncias 5. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 158 fl. 45 x.

Vigesimus septimus ponderat marcas 6. uncias 10. Aestimatio marcae 20. fl.: facit 132 fl. 48 x. 3 d.

Vigesimus octavus ponderat marcas 6. uncias 8. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 130 fl.

Vigesimus nonus ponderat marcas 6. uncias 5. Aestimatio marcae 20 fl.: facit 126 fl. 15. x.

Trigesimus ponderat marcas 10 fl. uncias 5. Aestimatio marcae 15 fl. 45 x.: facit 162 fl. 33 x.

Ultimus ponderat marcas 10. uncias 8. quintam 1. Aestimatio marcae 15. fl. 45 x.: facit 165 fl 40 x.

Numerus horologiorum cum aestimatione eorundem.

Digitized by Google

Primi horologii aestimatio est ducentorum quinquaginta florenorum Rhenensium; id est: 250 fl.

Secundi, quae *) speculum continet, aestimatio est 166 fl.

Tertii aestimatio est 145 fl.

Ultimi aestimatio est 160 fl. A. v. Schnätterl m. p.

IX.

A Konstantinápolyba menő készpénz, ezüst edények és órák bővebb lajstroma.

1657. jun. 28. Consignatio pecuniae paratae, vasorum argenteorum et horologiorum reverendissimo domino Antonio Verancio, episcopo Agriensi, atque nobili strenuoque domino Christophoro a Teuffenpach, ambobus consiliariis sacratissimae caesareae majestatis, ex eiusdem decreto et commissione ad institutam in Turcicum imperium legationem per me Andream Schnatterl solutionum bellicarum, Hungariae regnum attinentium, magistrum administratorum et traditorum, contestante subsequentis seriei tenore. Actum Posonii vigesima octava die Junii anno supra millesimum et quingentesimum sexagesimo septimo.

Primum: Turcarum imperatori muneris vice offerenda quadraginta quinque millia talerorum, quorum duodecim millia centum et septuaginta sex, singuli cruciferis sexaginta et octo; decem et octo millia quingenti, septuaginta et unus, singuli quidem horum cruciferis etiam sexaginta et octo, et denario uno nigro; item mille trecenti et triginta, cruciferis se-

*) Igy, „quod" helyett; Schnätterl ezze az ‚Uhr' nemén járt.

Digitized by Google

xaginta et octo atque duobus denariis (uti vocantur) nigris; demum duodecim millia, noningenti viginti tres, singuli cruciferis sexaginta novem valeant. Sic sane una summa his omnibus connumeratis constituunt unum et quinquaginta millia trecentos decem et septem florenos, cruciferum unum. (Id est: 51317 florenos, 1 cruciferum.)

Insuper quindecim artificiosissima pocula, quippe, primum: habens operculum, et constans pondere viginti quinque marcarum, lotorum tredecim, quintarum duarum. Marca quidem florenis sedecim aestimata: fiunt 413 flor. 39 cruciferi.

Item: duplicatum poculum (cujus similia genera cupae vocantur) pondere marcarum septemdecim, lotorum duodecim, quintarum trium. Marcae unius valore decem et octo florenorum Rhenensium existente: proveniunt 320 flor. 30 cruciferi.

Item: simile pondere marcarum septemdecim, lotorum quatuordecim. Marcae aestimatione decem et octo flor. consummante: fiunt 321 flor. 45 cruc.

Item: simile, quo ponderato marcae tredecim, lotum unum cum dimidio deprehenditur. Marca quindecim flor. et quadraginta quinque cruciferis soluta: computatur 206 flor. 13 cruciferi.

Item: aliud simile, cujus ponderatio duodecim marcas, lota quindecim cum dimidio adaequat. Marcae pretio quindecim florenis et quadraginta quinque cruciferis putato: emergit summa 204 florenorum 15 cruciferorum.

Item: poculum coopertum pondere septem marcarum (singulis harum septemdecim florenis Rhenensibus valentibus), lotorum trium, quintarum totidem: fiunt 123 flor.

Digitized by Google

Item: simile, cujus pondus marcas sex, lota novem, quintam dimidiam praestat. Marca constante quindecim florenis et quadraginta quinque cruciferis: conficiuntur 103 flor. 29 cruciferi.

Item: simile ejusdem ponderis, et marca ejusdem valoris, summaque eadem, scilicet 103 flor. 29 cruc.

Item: duplicatum Viennensi pondere marcarum novem lotorum novem cum dimidio. Marca emta duodecim florenis: constituuntur 191 flor. 52 cruc. 2. d.

Item: simile marcarum octo, lotorum quinque cum dimidio. Marca paris pretii cum superiori: facit 166 flor. 52 crucif. 2. d.

Item: simile marcarum octo, lotorum decem. Marca viginti florenis aestimata: fiunt 172 floreni 30 cruciferi.

Porro: Ferratae bassae mille et quingenti taleri, singuli sexaginta novem cruciferis valentes, faciunt 1725 flor.

Idem: duo duplicata pocula pondere sedecim marcarum, duodecim cum dimidio lotorum. Marca viginti floren. fiunt 335. flor. 38 cruciferi.

Item: reliquis tribus visir, singulis in parata pecunia mille taleri, qui simul valore sexaginta novem cruciferorum connumerati, efficiuntur 3450 floreni 38 cruciferi.

Item: reliquis tribus iisdem visir, cuivis eorum duo pocula, quae simul constituunt numerum poculorum sex. Primum continet pondus marcarum sex. Marca viginti florenis constante: fiunt 120 floreni.

Secundum septem marcarum et octo lotorum. Marca ejusdem valoris cum superiori: fiunt 150 flor.

Tertium duplicatum marcarum septem et quindecim lotorum, constat 158 flor. 45 crucif.

Digitized by Google

Quartum simile sex marcarum, lotorum decem, unius quintae: valet 132 flor. 48 crucif. 3 d.

Quintum sex marcarum et octo lotorum, comparatum 130 flor.

Sextum totidem marcarum lotorum vero quinque. Marcae horum omnium cum primo idem valor, videlicet viginti floreni, constat hoc 126 floren. 15 crucif.

Item: tradita sunt dominis oratoribus pro muneribus praecipuis officialibus et aliis ministris aulae Turcicae cessura duo millia talerorum, quos tamen praememorati domini oratores pro qualitate et differentia personarum inter ipsas distribuent. Singuli taleri valent sexaginta novem cruciferis, faciunt simul Rhenenses florenos 2300.

Pro munere bassae Budensis mille ducati et quingenti taleri, qui computati faciunt duo millia talerorum, inter quos ducenti nonaginta ducati, cruciferis centum et septem., ducenti vero et sexaginta ducati, centum et octo, denique taleri sexaginta novem cruciferis valentes, Rhenenses florenos pariunt 2353 flor.

Item: duplicata duo pocula pondere viginti marcarum, lotorum quinque et dimidiae quintae. Marca valet florenis quindecim, cruciferis vero quadraginta quinque: fit summa 328 flor. 13 crucif.

Postremo duobus interpretibus Turcicis, Ebrahimo nimirum quingenti ducati, et alteri trecenti dentur, quorum singulis cruciferis centum et septem valentibus, conficitur summa 1426 flor. 40 crucif.

Item: aliud simile, pondere marcarum novem, loti dimidii. Marca viginti florenos merente fiunt: 180 flor. 37 cruciferi, 2. d.

Digitized by Google

Item: poculum coopertum marcarum octo. Marca viginti florenis soluta: fit summa 160 flor.

Item: simile ejusdem ponderis et pretii et summae, 160 flor.

Denique simile, pondere marcarum septem, loti dimidii. Marca viginti florenis comparata: fiunt 140 flor. 37. cruciferi, 2. d.

Post haec duo horologia, unum ducentis et quinquaginta florenis, et alterum, speculo ornatum, centum et sexaginta sex florenis comparatum, simul faciunt 416 flor.

Porro iisdem dominis oratoribus supramemoratis pro munere Mahometi bassae assignando, in parata pecunia duorum millium ducatorum summa, singulis quidem centum et quinque cruciferis, universis vero tribus millibus talerorum, et horum singulis sexaginta novem cruciferis valentibus, tradita. Ducatis ergo in florenos computatis proveniunt 6950 floreni.

Praeterea poculum duplicatum praedicto Mahometi bassae muneris loco cessurum, pondere sedecim marcarum, quatuor lotorum, unius quintae. Marca decem et octo florenorum: conflantur 292 flor. 46 cruc. cum dimidio.

Item: simile poculum, pondere marcarum quatuordecim, lotorum undecim. Marca valente sedecim florenis: conficiuntur 235. floreni.

Item: aliud simile, pondere marcarum quinque, lotorum duorum. Marca pretio quindecim florenorum, et quadraginta quinque cruciferorum: fiunt 99 flor. 83 cruciferi.

Item: aliud simile, pondere marcarum septem, lotorum trium. Marca valore quindecim et quadra-

Digitized by Google

ginta quinque cruciferorum: constituuntur 111 flor. 33 cruciferi.

Item: horologium centum et quadraginta quinque florenis Rhenensibus emtum, et eidem Mahometi bassae deputatum: sunt 145 floreni.

Item: pro munere Perthau bassae mille sexingenti et viginti ducati (ex quibus mille centum et octoginta, singuli nimirum centum et quinque cruciferis, reliqui vero quadringenti quatuor, singuli cruciferis centum et septem valent) et quingenti septuaginta taleri, qui valent octo et sexaginta cruciferis: fiunt 3495 floreni, 40 crucif.

Item: duplicatum poculum pondere marcarum duodecim, lotorum septem, quintae dimidiae. Marca decem et quinque florenis et quadraginta quinque cruciferis constante: proveniunt 196 flor. 1 cruc.

Item: aliud, pondere Viennensi marcarum decem, loti dimidii. Marca viginti florenis aestimata: efficit 200 fl. 37 crucif. 2 d.

Item: horologium valore centum et sexaginta Rhenensium, id est: 160 floreni.

Summa paratae pecuniae, et pretium vasorum argenteorum et horologiorum comprehensim constituit nonaginta septem millia, trecentos et viginti tres Rhenenses florenos, cruciferos vero quinquaginta sex et tres denarios.

Digitized by Google

X.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián.

1567. Jul. 3. Reverendo devoto Antonio Verancio episcopo Agriensi, nobili Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis et oratoribus nostris Constantinopolim destinatis, fidelibus nobis dilectis.

Verancsics kezével: Redditae Comaronii 4. Julii 1567.

Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator, semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. rex.

Reverende devote, ac nobilis, fideles nobis dilecti. — Rumores e diversis locis allatos, ex scripto hisce nostris incluso cognoscetis, qui cum induciis ac mutuae tranquillitati inter nos ac serenissimum principem Turcarum stabiliendae consentanei minus esse videntur: committimus vobis clementer, cum Dei benignitate Budam feliciter perveneritis, passae ibidem existenti ejusmodi rumores copiose referre, et quia suum esse, illarum partium sui principis ministris imperare, asseruerit, eundem admonere velitis, ut illos sui principis ministros statim et de facto quiescere jubeat, secus enim vos aliud facere non posse, quin omnem rei statum ad ejus principem deferatis, sicuti hoc ipsum *) in eum finem passa ipse nihil egerit, vos facere voluimus atque mandamus, clementem in eo nostri voluntatem exequuturi. Datum in arce nostra regali in *(igy)* Posonii die tertia mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo sexa-

*) Kimaradt „si.“

Digitized by Google

gesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium. H. v. Fieringer m. p.

XI.

Ugyanazoknak ugyanaz.

Reverendo, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, nostris consiliariis et oratoribus ad imperatorem Turcarum ablegatis. Cito, cito, citissime, cito, cito, cito. Comaronium. 1567. Jul 4.

Verancsics kezével: Redditae Comaronii 5. Julii 1567.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende, ac nobilis, fideles nobis dilecti. — Injungimus vobis, ut profectionem vestram, quantum fieri potest, maturetis, nec Comaronii ullam moram faciatis, haec enim est benigna et expressa mens ac voluntas nostra. — Datum in arce nostra regia Posonii die quarta Julii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

XII.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián.

1567. jul. 6. Reverendo, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi ac Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, nostris consiliariis et oratoribus ad imperatorem Turcarum ablegatis. Cito cito cito cito cito cito citissime Comaronium.

Verancsics kezével: Redditae Comaronii 6. Julii 1567.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum inperator semper augustus etc.

Reverende, ac nobilis, fideles nobis dilecti. Litteras vestras tertia praesentis Comaronii datas accepimus, et intellecta vestra opinione de exhibendo etiam aliquo munusculo praefecto Strigoniensi, jussimus illico vobis mitti duas cuppas valoris circiter trecentorum florenorum, quas cum praesentibus litteris nostris accipietis, dictoque praefecto nomine nostro donabitis cum adhortatione convenienti de induciis candide servandis, quamvis is sese in hoc negotio induciarum haud aequum praebuerit, nostrosque tabellarios per biduum ferme sine cibo detinere consueverit. Cum igitur jam currus quoque novi ad vos missi sint, nec quicquam amplius apparuit, quod vos remorari debeat vel possit, denuo vobis clementer et expresse committimus, ut ne diutius isthic haereatis, sed, quantocius fieri potest, discedatis, iterque vestrum omni cura et soliditate prosequamini. Facturi in eo benignam et expressam voluntatem nostram

Digitized by Google

Datum in arce nostra regia Posonii die quinta Julii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimonono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

XIII.

Maximilián császárnak Verancsics és Teuffenpach.

Ad sacram caesaream majestatem.

Clementissime imperator. Heri accepimus clementes sacratissimae caesareae majestatis vestrae litteras cum duobus scriptis de quodam Hamzabeghi apparatu contra municipium Sisciae ad amnes Savum et Colapim situm, ac de latrociniis beghi Neugradiensis in ditione Corponensi. Quae omnia humillime intelleximus, et enitemur omni diligentia, ut passam Budensem latius etiam edoceamus, curemusque adducendum, ut hujusmodi excursiones motusque prohibeat, statumque omnium finium in tranquillitate quieteque contineat. 1567. Jul. 6.

Caeterum jam est quatriduum, quod dominus capitaneus duobus hominibus passam Budensem edocuit, primo de appulsu magnifici domini collegae mei, postremo de meo quoque, et postulavit edoceri, qua ratione et quo loco nos hominibus suis excipere decreverit, nec adhuc tamen ab eo responsum venit. Quod alioqui hodie exspectamus, nulla alia causa moram hic trahentes, quam donec ab eodem passa domino capitaneo, nobis vero a caesarea majestate

Digitized by Google

vestra respondeatur, quid eadem clementer constituerit de munere begho Strigoniensi faciendo, putantes summe esse necessarium ne praetereatur. Alias si secus sacratissimae caesareae majestati vestrae visum fuerit, suppliciter oramus, ut dignetur clementer et mature nos edocere, quomodo cum eo agemus, si illum accedere cogemur in transitu, quandoquidem dicitur, quod excipiet nos pluribus naszadis et apud se subsistere faciet, quo casu nisi munerabitur, aegre laturum, non est dubitandum. Deus omnipotens sacratissimam caesaream majestatem vestram conservet quam diutissime incolumem et felicem. Comaronii die 5. Julii anno 1567. Agriensis et Teuffenpach.

XIV.

A császárnak Verancsics és Teuffenpach.

Ad caesaream majestatem.

1567. jul. 6. Hac hora diei 8. litteras sacratissimae caesareae majestatis vestrae et duas cuppas pro Strigoniensi begho accepimus, nec jam quicquam moratur nos hic, quam responsum passae Budensis de ulteriore progressu nostro. Idque quum serius ab eo nobis affertur, causa prorsus ignorata, hoc mane nos quoque ad eum dedimus litteras, sollicite urgentes, ut maturet nos ad se deduci facere; ut autem vestrae quoque caesareae majestati constet, quid illi scripsimus, copiam earum litterarum ad eandem humillime transmisimus, quam etiam reddimus certissimam, subito nos hinc Domino comite soluturos, ubi primum expectatum passae responsum habebimus. Et Deus omnipotens etc. Comaronii 6. Julii 1567.

Digitized by Google

XV.

Wyss Albertnek Verancsics.

Ad magnificum dominum Albertum de Wys.

Magnifice domine, amice, tamquam frater et col- 1567. jul. 11.
lega observandissime, salutem et officiorum meorum commendationem. Nos cum magnifico domino Christophoro a Teuffenpach heri huc appulimus. Hodie apud passam audientiam habuimus, quae et honorata et grata exstitit, et si non die crastina, perendie omnino ulterius hinc promovebimus ambo ferme cum 86 personis. Magnificam igitur dominationem vestram rogo, ut si sine ejus incommodo fieri poterit, velit non gravate providere me ea parte istius hospitii, quam priore mea legatione obtinui, quamquam alioqui nihil exigo, quod posset esse cum incommodo suo, curantes sedulo ambo, ut quam celerrime una simus. Et magnifica dominatio vestra felicissime valeat. Budae XI. Julii 1567.

XVI.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad sacratissimam caesaream majestatem.

Quum 9. hujus mensis Comaronio movissemus, 1567. jul. 12.
Strigonium eadem die tempestive appulimus, ibidemque pernoctavimus, quoniam vi venti, quae Danubium ab imo fere usque turbaverat, ulterius prodire nequive-

Digitized by Google

rimus. Tunc existimantes, beghum loci ejus velle nos ad se deduci, praeparaveramus nos, ut eum adiremus. Erat autem in arce. Ciausus quoque, qui nostri curae a Budensi passa praefectus fuerat, sic ad beghum ascenderat, ut ipse etiam crederet, quod ipsum accedere deberemus. Verum ille causata aegritudine, nos ad se venire noluit. Nos etiam ut cum quo nihil negotii habebàmus, ne verbum quidem audientiae subjunximus, agnito ex hoc hominis malo animo et pejoribus moribus, juxta ea, quae sacratissima majestas vestra de illo nobis clementer scripserat, quando pro eo etiam nobis miserat duas cuppas, quas in hunc modum lucrati retinuimus usui cujuspiam melioris. Curavit tamen idem beghus ut necessaria nobis suppeditarentur et deduceremur Budam.

Die insequenti, quae fuit decima, Budam venimus, exceptique mox passae nomine, a quodam intimo ejus ministro, Kewrth agga nuncupato, undecima audientiam apud eundem gratam et honoratam habuimus, et quantum tum ex vultu tum ex responsis ejus perspicere potuimus, visus est omnia gratissima habuisse, quae et donavimus illi et locuti sumus, caeterum quia dixit se privatim nobiscum colloqui velle, diem quoque duodecimum hic substitimus, tredecimo ulterius omnino, qui est crastinus, Domino comite promoturi. Quae paucis de ratione progressus nostri prosecuti, jam ea, quae ad rem pertinent, exequemur.

Et primum omnium, passa heri adhuc accepta cognitione numeri personarum, quas habemus, uno tempore et ciausum unum primarium misit per postas Constantinopolim adventum nostrum nuncians, et

Digitized by Google

mandata dedit ad omnes finitimos beghos citra et ultra Danubium residentes, ut sub amissione capitum servent praesentes inducias, nec quoquam excurrant praedabundi.

Significavit etiam nobis, designasse se ad caesaream majestatem vestram hunc ipsum Kwrth aggam nuncium, et ejus opera communicatis cum eadem caesarea majestate vestra, quae ad stabiliendas has inducias pertinebunt, dum oratores solidam pacem procurabunt, ita easdem per confinia Turcica constituat et confirmet, ut majestas vestra caesarea desiderabit, quo rite servari possint.

Nos hoc ejus institutum probavimus, illumque etiam cohortati sumus, ut memoratum nuncium ad caesaream majestatem vestram expediat, putantes futurum, ut firmius de iisdem induciis transigatur. Hic autem Kwrth agga quia cum magnifico domino comite Ecckio admodum intrinsecam habet amicitiam et intelligentiam, adeo, ut fere solius ipsius opera usus est passa in movendis et promovendis tractatus hujus pacis initiis, propensius adducti sumus, ut hoc passae consilium approbemus, judicantes, gratum caesareae majestati vestrae fore, ut cum tali homine colloquatur, qui omnem et animum et voluntatem et conatum passae novit. Nosque his omnibus diligenter consideratis et expensis, visoque etiam, quod passa nobiscum non utitur alio internuncio, quam eo solo, conciliandum nobis esse duximus, donata illi nomine majestatis vestrae caesareae altera cuppa de duabus postremo nobis missis. Quamquam et dominus comes Ecckius nos per litteras monuerat, ut ei aliquid donaremus, arbitramurque hanc unam cuppam melius fuisse donatam huic, quam ambae fuissent illi,

Digitized by Google

cui erant destinatae. Quemadmodum etiam majestas vestra intelliget, si ad eam venerit, viso et cognito homine erga res majestatis vestrae non mali animi.

Praeterea illud quoque per hunc ipsum Kwrth aggam significarat nobis passa: tractari in porta sui principis, ut hinc alio idem passa transferatur. Idque sibi vel eo solo nomine valde displicere, quod ignoret, an illi falis passa succederet, qui hoc negotium pacis sic esset tractaturus, ut ipse; optabatque, ut, si habuissemus in mandatis, ageremus omni studio apud Memhet passam nomine vestrae caesareae majestatis, permitteretur in administratione Budensis praefecturae, et si hoc ipsum non haberemus in commissis, curaremus quamprimum per litteras, ut id quoque mandati daretur nobis, quod ex eo plurimum tota res memoratae pacis penderet, nimirum si diutius in hoc confinio perseverasset. Quod ipsemet per sese etiam locutus est nobis valde diligenter in colloquio hodierno, quod privatim habuit nobiscum ferme per duas horas.

Ideo, clementissime imperator, videntes hominis et faciem admodum ingenuam ac liberalem, et sermonem solidum, non affectatum neque subdolum, quantum ex bino congressu assequi potuimus, miram in eo cernentes ad hanc pacem inclinationem, existimavimus expedire, immo etiam pernecessarium esse, ut hic homo, quoad ejus fieri poterit, hic retineatur, maxime etiam, quod dicat Memhet passam avunculum suum omnia agere pro ipsius arbitratu, unde et propterea cuperet idem Memhet passa, quod apud eum in Porta esset, is autem (ut ait) mallet hac praefectura in Hungaria frui, quam in Porta quovis supremo gradu.

Digitized by Google

Ad haec itaque nos respondimus: esse quidem nobis facultatem ea agendi et tractandi omnia, quaecunque essent resarciendae huic amicitiae et paci consentanea, vellemus etiam agere quantum a nobis postularet, esse tamen fidei et subjectionis nostrae, ut de his majestatem caesaream vestram edoceremus. Quid itaque in hoc nos caesarea majestas vestra clementer agere voluerit, ab eadem iter nostrum prosequentes humillime exspectabimus.

De quibus autem privatim collocuti sumus, ea non admodum fuerunt magni momenti. Primum tamen quaesivit de eclipsibus, si eas haberent nostrae litterae et quid portendant? Postea incidimus in varia de rebus et personis finitimis, quae pacem perturbarent. Interrogavit quoque: quo numero proxima nostra expeditio militum fuisset? Quum respondissemus: ad 50 vel 60 millia virorum, subjunxit: plura fuisse, et apud eos constitisse certis authoribus, quod etiam centum millia excessissemus. Silentio hanc ejus opinionem quasi confirmavimus. Postea illud quoque interrogavit: cur illae copiae emissae ex castris. non erupissent in Albense praesidium? Diximus: culpa exploratorum et gregariorum incidisse. Subjunxit: ibidem tunc suos milites fuisse, paucos admodum, nec alterius generis quam Asiatici, qui et inermes et imbelles erant; sed castris (uti erant posita) loco suo dimissis, omnes milites bifariam in insidiis collocarant, quo si nostri castra forte invasisent, a lateribus eos et a tergo circumveniendo prosternendos curavissent.

Interrogavit praeterea: quot majestas vestra fratres haberet et si jam in imperatorem fuisset coronata? cui quum respondissemus: quod haberet duos

Digitized by Google

fratres, et quod ipsa etiam dudum fuisset in imperatorem coronata, quaesivit: quasnam haberent fratres ejus ditiones? Respondimus: unumquemque satis habere provinciarum ita, ut se regaliter ambo haberent; cacterum quod praeter Hungariam plura adhuc regna haberet majestas vestra, et quidem non inferiora, quam sit Hungaria, quae adhuc omnia intacta, salva et integra forent. Subjunxit admiratione: ergo, inquiens, falso nos credebamus, quod jam etiam Germaniarum bonam partem pessumdassemus. Adjecimus: nihil minus, et quod hactenus cum sola Hungaria fuissent colluctati, cujus jam nonnisi extremae fimbriae restarent. Ad quae subjunxit: ergo postquam sic actum sit de Hungaria, dimittatur tota nostro caesari, et tandem eam pacem inter utrumque faciamus, quae erit constans, fidelis et perpetua. Respondimus: haec esse in eventu et facile bonam pacem inter utrumque caesarem sequuturam, si juberetur Transsylvano, ut quiesceret, nec domini passae vesirii magnifacerent quaedam parvalia castellorum sive arcium, quae cujuscunque essent partis, nullam prope utilitatem secum afferrent, si vero armis et vi quaererentur, essent causa regni prosus evertendi et populos dispergendi, non sine utrorumque finium magna jactura. Affirmavit, ita esse, et jam ita fieri non debere, postquam vos tales oratores dominus vester ad excelsam portam dimiserit.

Ita autem laetabatur de expeditione nostra, ut exultare prope videretur, subinde dicens, semper se credidisse majestati vestrae de missione oratorum, et quam mirifice id ei placuerit, ut Transsylvani, et Themesiensis passae mendacia etiam principi suo innotescerent, qui perpetuo assecurabant, caesaream

Digitized by Google

majestatem vestram clam parare exercitum, quodque nihil minus cogitaret, quam de mittendis oratoribus et honorario munere.

Meminit etiam sponte sua de certissimo obitu Transsylvani, sed paulo post subjunxit, quod adhuc viveret, satis tamen infirmus, oppressusque paralysi. Adjunxitque quod Svenda ad Tibiscum excubaret et intenderet in illius obitum, quasi innueret, existimare se, quod majestas vestra ea occassione meditaretur aliquid de Transsylvaniae recuperatione. Respondimus: majestatem vestram ita rem pacis hujus animo esse complexam, ut legatis ad suum dimissis principem, nihil esset armis tentatura etiam si quid cogitaret de Transsylvania, sed amicabilibus conditionibus cum ejus magnitudine; essetque illi utilius quam si aliquis novus homo intruderetur. Verum quod de his nihil nunc ad dicendum haberemus.

Invehebatur quoque saepius in eundem Transsylvanum et Themesiensem passam, qui mentiebantur, exercitum majestatem vestram parare. Ubi diligentius eum informavimus et de 300 peditibus Lincii conscriptis et quae de Germanicis copiis apud eos conficta fuerant, dicentes: nulla nunc alia cura majestatem vestram esse occupatam, quam pacis, quo populis afflictissimae Hungariae daretur jam tandem aliquando certa, constansque et firma tranquillitas.

Plura quoque alia inciderunt communia, sed haec visa sunt nobis esse notabiliora, quae ad caesaream majestatem vestram perscribere humillime voluimus. Quam Deus omnipotens conservet quam diutissime felicem et incolumem. Budae 12. Julii 1567. Agriensis et Teuffenpach.

Digitized by Google

XVII.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián.

1567. jul. 17. Reverendo Antonio Verancio episcopo, ac egregio Christophoro a Teuffenbach in Maerhoffen, consiliariis et oratoribus nostris Constantinopolin destinatis, fidelibus nobis dilectis.

Verancsics kezével: Redditae in Novo-Pago in initio Thraciae 6. Augusti 1567.

Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex etc.

Reverende, et egregie, fideles nobis dilecti. Ad instantem spectabilis et magnifici Mustaffae passae Budensis petitionem: ut eum apud serenissimum principem suum pro permittendo eidem diutius passatu Budensi clementer commendare dignaremur, committimus vobis clementer: ut si fortasse nostram apud principem Turcarum commendationem ei non nocituram animadverteritis, principi ipsi, nacta opportunitate exponatis, passam ipsum in pacis negotio diligentem se promotorem exhibuisse, alioquin etiam ita sese gerere, mutuamque tranquillitatem ita colere, ut eum facile tolerare possemus; proindeque nobis futurum admodum gratum et acceptum, si moderna praefectura sua non privabitur, sed in ea diutius permittetur. In eo clementi voluntati nostrae satisfacturi. Datum Posonii die decima septima Julii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae

Digitized by Google

quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m p. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium Fieringer m. p.

XVIII.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián.

Reverendo, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, 1567. jul. 28.
Antonio Verancio, episcopo Agriensi, ac Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, nostris consiliariis et oratoribus ad imperatorem Turcarum ablegatis.

Verancsics kezével: Redditae in Tatar-Pazarchyth 7. Augusti 1567.

Reverende, ac nobilis, fideles nobis dilecti. Redditae nobis fuerunt binae litterae vestrae, quas Budae duodecima die vertentis mensis ad nos dedistis, unde cognovimus, quae nobis eousque in isto legationis vestrae initio occurrerunt: neque potuimus committere, quin vobis super iisdem benignam mentem nostram per hasce litteras significaremus.

Itaque imprimis gratiose probamus, ex quo praefectus Strigoniensis vobis non fecit potestatem secum familiariter colloquendi, quod ei destinatum munus non dederitis, sed potius alteram cuppam nomine nostro donaveritis ministro illi primario spectabilis et magnifici passae Budensis, in litteris vestris nominato, ut, qui nobis in hoc pacis negotio, et procuranda deligenti induciarum observatione bonam videatur operam navare posse.

Deinde probantur etiam nobis perbenigne quaecunque vos cum dicto passa egisse scripsistis, qui cum multis jam argumentis sese ostenderit humanum, tractabilem et pacis ac quietis valde studiosum, no-

Digitized by Google

bis, sicuti nuper scripsimus e consilio nostro bellico, gratum foret, quod in praefectura illa Budensi, quam modo obtinet, in futurum quoque maneret, vobisque proinde nunc rursus benigne et expresse injungimus, ut quatenus vos etiam, et collega vester, nobilis, fidelis, nobis dilectus Albertus de Wyss, id expediens et consultum fore judicaveritis, apud serenissimum imperatorem Turcarum, et illustrissimum ac magnificum Mehmeth supremum serenissimi Turcarum imperatoris consiliarium, vel ubicunque opportunum erit, verbis nostris instetis et petatis, ne praefatus passa Budensis, ut cui confidamus observationem induciarum et pacis majori, quam cuipiam alteri, curae esse futuram, alio transferatur, sed in hac praefectura in posterum etiam relinquatur.

Gratum itidem nobis est, quod idem Budensis passa nuncium quendam ad nos expedire decreverit, ideoque pro illo per praesentem postam, quas petiit, publicae fidei seu salvi conductus litteras mittimus.

Quod autem allatum fuit ad dictum passam de congregatione quorumdam capitaneorum nostrorum cum non exiguo militum numero apud Papam, et apparatibus etiam ac progressu comitis Eggii a Salmis supremi nostri capitanei Jauriensis, de eo vos scire volumus, congregationem ejusmodi non fuisse offendendi gratia institutam, sed tantum propter defensionem subditorum nostrorum, siquidem constans fama percrebuerat, sanziackum Albensem, contractis copiis, aliquid hostilitatis contra ditionem nostram moliri, cujus conatibus, ut comes ipse pro ratione officii sui obsisteret, ditionemque nostram, ubi opus esset, propugnaret, copiis coadunatis egressus est, eademque opera tunc etiam Vesprimium et Palotham

Digitized by Google

divertit, ut, quae in iis locis essent necessaria, curaret atque disponeret. Inde pacifice et sine offensione ad stationem suam reversus. Equidem non patiemur, ut ex nostra parte quicquam moveatur vel suscipiatur, quod indueiis et amicitiae ac bonae vicinitati repugnet, modo ex altera quoque parte idem fiat et observetur. Quod in ista Porta nomine nostro firmiter polliceri poteritis,

Quod reliquum est, vobis caesaream gratiam et benignitatem nostram deferimus. Datum in arce nostra Posonii die vigesima tertia Julii anno Domini M. D. LXVII. regnorum nostrorum, Romani V. Hungarici III. Bohemiae vero XIX. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

XIX.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad sacratissimam caesaream majestatem.

Humillime edocturi sacram caesaream majesta- 1567. aug. 4.
tem vestram pro debito nostro officio, de cursu nostri itineris ac nostro statu, clementer sciat, nos die prima Augusti Sophiam venisse, quae civitas Dardaniae sive Bulgariae metropolis est: comitamurque ubique passae Budensis hominibus, quadam in parte etiam sumptibus juxta morem illis solitum. Honoramur quoque in omnibus locis majoribus civium sive sphahiarum equestribus, cohortibus et videntur omnes communiter paci huic gratulari, quia certe ipsi etiam praeter victoriam nihil sunt lucrati, quod eis multis hominum et jumentorum mortibus non constiterit,

Digitized by Google

neglecta insuper domi re familiari, non secus atque apud nos neglecta est; unde fit, quod populi hujus principatus bellum omnino aversantur. Caeterum esset jam nobis non exigua rerum silva, de quibus ad caesaream majestatem vestram possemus scribere, sed prohibemur inopia certi tabellarii. Nunc itaque pauca haec sufficient, nimirum ut de nobis benigne intelligat.

Neve eandem celemus de nostra incolumitate, cupidi primum obedire vestrae caesarae majestati, deinde ostentantes, nos non adeo esse invalidos ad tantam provinciam, ingressi iter terrestre, semper a nocte media ad meridiem et saepius interdum etiam ultra continuato cursu, sub ardenti aestu caniculae, ut taceamus de reliquis defectibus. Jam a diebus sex ambo aliquid febrium habuimus, sic ut coacti sumus biduum hic subsistere, donec usi opera medici rediremus in pristinum sanitatis, nec tamen est adhuc ullum periculum, quandoquidem jam sentimus remediorum utilitatem, crasque divina bonitate volente iter nostrum prosequemur.

Reliquum est: Ajunt hunc principem magnopere studere paci et undique ejus nomine legationes invitari. Quamquam jam plures advenerint, exspectenturque quam plurimae, adhuc tamen dubitatur de Persica; Veneta incommodissime, immo inciviliter tractata est, sicut dixit nobis homo, qui tunc cum ea fuit, vulgaturque publica conjectura, quaerere Turcam nodum in scirpo cum ipsis Venetis, ut eis bellum moveat contra Cyprum, et propterea nunc etiam dicitur valde maturare classem. Neque plura hoc tempore, nisi ut clementer nobis caesarea majestas vestra dignetur ignoscere quosdam commendantibus; quod

Digitized by Google

non faceremus, nisi rogati cogeremur. Deus Optimus Maximus sacram caesaream majestatem vestram diutissime servet incolumem et felicem. Sophiae 4. Augusti 1567. Agriensis et Teuffenpach.

XX.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad sacram caesaream majestatem.

Heri, cum pertransissemus montem Rhodopen, 1567. aug. 8 et venissemus ad pagum Novovilla dictum, zausus passae Budensis assecutus est nos cum ejus et sacrae caesareae majestatis vestrae litteris decima septima Julii datis. Hodie cum pervenissemus ad oppidum Tatar-Pazarcyth, quod distat a Philippopoli quatuor milliaribus, supervenit ejusdem passae alius cum sacrae caesareae majestatis vestrae litteris vigesima tertia die ejusdem mensis datis. Quae litterae utraeque magnam certe voluptatem attulerunt, quod indicaverint nobis, recte se istic apud caesaream majestatem vestram haberi omnia. Faxit Altissimus ut in dies semper meliora audiamus. Vicissim majestas vestra caesarea dignetur clementer scire, nos quoque hactenus prosperos, et sine ullo incommodo magno alioqui cum honore et officio huc esse perductos, caeterum nos nihilominus urgemus iter, et audimus missos esse nobis obviam aliquot ex spahioglanis, qui nos jam ulterius pluribus locis dicuntur excepturi. Quod signum erit majestati vestrae caesareae, nobiscum honeste agi.

Quantum autem ad litteras sacrae caesareae majestatis vestrae attinet, non putamus esse necesse

Digitized by Google

pluribus respondere, nisi plurimum laetari nos ex quinis nostris ternas esse restitutas, nosque omnem operam daturos, uti, quoad ejus fieri poterit, modernus passa Budensis retineatur Budae. Meminerimus etiam, quod erit nobis agendum contra querimonias, quae falso intenduntur, ubi locus et usus postulabit. Verum est, clementissime imperator, quod isti capitanei finitimi non possint sibi temperare a praedis faciendis, sed, si majestas vestra caesarea vult tandem conquiescere ab hujusmodi, maxime hoc tempore, sacrae majestati vestrae humillime supplicamus, ut clementer mandare dignetur, quo promulgata edicta strictissime et serio observentur. Deus Optimus Maximus diutissime felicem et incolumem conservet. Ex oppido Tatar-Pasarcyth VIII. Augusti 1567. Agriensis et Teuffenpachius.

XXI.

Verancsics és Teuffenpach utazásuk Poszonytól Konstantinápolyig.

1567. jul. 1.— aug. 22. 1567. Ratio itineris in Turciam facti per Danubium.

Julii die primo Posonio: 10 milliaria.
IX. Comaronio: 5 milliaria.
X. Strigonio: 8 milliaria.
XIII. Buda: 5 milliaria.
Raczkewy: 5 milliaria.
XIV. Fewldwar: 3 milliaria.
Pax: 6 milliaria
XV. Tolna: 5 milliaria.
Baja: 1 milliare.
Zeremlyen: 6 milliaria.

Digitized by Google

XVI. Weresmarth: 8 milliaria.

Ostium Dravi fluvii: 2 milliaria.

Erdewd arx: 4 milliaria. Fluvius Valpo, unde incipit Syrmium.

XVII. Walkowai arx: 2 milliaria.

Atthyawar, indigenis Otthyn, arx diruta: 1 milliare.

Wylak, indigenis Illok, arx: 2 milliaria. Hic incipit mons Almus, quem indigenae appellant Frusca Gorra.

Banmonostra, indigenis Banowczy appellatum, arx destructa: 1 milliare.

Cherwgh arx destructa: 1 milliare.

Kamonecz, turris vetustae arcis sine incolis: 4 milliaria

Varadinum Petri: 1 milliare.

XVIII. Karom, indigenis Karlowczy dictum: oppidum magnum et frequens: 3 milliaria.

Zalonkemen, arx et oppidum, indigenae rasciani vocant Zlanikamen, hoc est: salsus lapis.

Zemlyn: 4 milliaria. Ubi exacta die 19. venimus Belgradum.

XX. Belgrado movimus et venimus ad castellum Grodzka per 4 milliaria.

XXI. Ex Grodzka venimus Samandriam: 4 milliaria.

XXII. Ex Samandria venimus ad pagum Clenowacz: 4 milliaria.

23. Ex pago Clenowacz venimus ad pagum Bathyczna per 8 milliaria.

24. Ex Bathyczna venimus ad Jagodnam oppidum pransuri, per 3 milliaria.

Digitized by Google

Ex Jagodna, coenaturi venimus ad oppidum Parathyn per 2 milliaria.

25. Ex Parathyn venimus ad pagum Bolywan, 6 milliaria.

26. Ex Bolywan venimus ad oppidum Nys olim Nessum per 5 milliaria.

Ibidem 27-ma quievimus.

28. Ex Nys venimus ad pagum Clyzzuricza, saltu Kunovizae trium milliarium superato, acclivi et difficili, per 5 milliaria.

29. Ex pago Clyzzuricza mox ingressi saltum Szuha Clyzzura appellatum, bene duum milliarium longum, altum et lapidosum; venimus ad oppidum Pyroth, sub monte Haemo situm, vetusta arx est despotorum, per 3 milliaria.

Et ab eo via strata est, opus antiquum, quod indigenae Trajanum appellant.

30. Ex Pyroth venimus ad pagum Kollatin, per 3 milliaria.

Supra quem uno milliari in monte Haemo, quem Ztaram Planinam vocant, oritur amnis Nessus ad pagum Godecz. Qui Nessus a meridie in septemtrionem vectus, duos saltus Zuham Clyzuram et Kunovizam effusos a monte Scardo secat, Pyrotum alluens. Inde per plana lapsus influit in oppidum Nessum sive Nys, tandem non multo ultro incidit in Moravam paulo infra vetustam ac desertam arcem, Kopren appellatam. Morava autem, Mosthius antiquis dictus, trahit ortum ex Novo-Bardo, Latinis, Novus Mons appellatus, alluit et Scopiam, et pluribus amnibus receptis, per mediam superiorem Mysiam it, et paulo supra Samandriam in Danubium emittit, emisso ex se ramo uno, indigenis Jessava nominato, qui

Digitized by Google

muros Samandriae attingens, ibidem Danubio miscetur.

31. Ex pago Collatino mox ab ipso hospitio ingressi tertium saltum, Irsevicza nuncupatum, venimus ad pagum Bilicze: 4 milliaria.

Augusti prima. Ex pago Bilicze venimus Sophiam per 2 milliaria.

Ibidem propter aegritudinem utriusque oratoris exegimus dies 2. et 3.

4. Ex Sophia venimus ad Bela Czrekva via montana per 4 milliaria.

5. Ex Bela Czrekva pago venimus ad campum Jetimam sub Rhodope saltu et quievimus in pago Stipos per 2 milliaria.

6. Ex pago Stipos venimus ad Novum-Pagum per saltum Rhodopen: 5 milliaria.

7. Ex Novo-Pago venimus ad oppidum Tatar-Pazarczyth per 2 milliaria.

8. Ex Tatar-Pazarczyth venimus Philippopolim per 4 milliaria.

Et ibidem transito amne Neso seu, Maricza ponte ad ipsum oppidum, idem Nesus latius a via publica in sinistram evagatus est et triduo illum non vidimus.

9. Ex civitate Philippopoli venimus ad pagum Konyws per 3 milliaria.

10. Ex pago Konyws venimus ad pagum Kajaly per 3 milliaria.

11. Ex pago Kajaly venimus tota nocte per sterilem campum imprimis, Zumzgiova dictum, deinde per Derventhavraly, ad pagum Havraly per 8 milliaria.

12. Ex pago Havraly, ultra quem paulo post

Digitized by Google

apparuit nobis Nesus, venimus ad Muztaphae-Pontem per 3 milliaria.

13. Ex Ponte-Muztaphae movimus et venimus Hadrianopolim per 3 milliaria.

Ubi fluvius Tuncza veniens ab ortu, Harda vero a septemtrione, in initio ad pontem coeunt simul, et sub ponte lapsi incidunt in Nesum, qui ab ipsis civitatis sepibus in Aegaeum una cum Orbello reflexus, eidem mari mergitur.

14. Quievimus ibidem.

15. Hadrianopoli movimus et venimus ad pagum Awsa per 3 milliaria.

16. Ex pago Awsa movimus et venimus ad pagum Babaezky per 4 milliaria.

17. Ex pago Babaezky movimus et venimus ad pagum Bergaz per 2 milliaria.

18. Ex pago Bergaz venimus ad oppidum Cyurly per noctem totam, 6 milliaria.

In medio praeteriimus primum Karizteram pagum, deinde fluvium Hebrum, perexigua aqua nixum, Graecis Ergene, immo et Turcis dictum

19. Ex oppido Cyurly venimus Selymbriam civitatem per 5 milliaria.

In cujus spatii medio Melanis fluvius fluit ex Haemo monte, indigenis Arably nuncupatus.

20. Ex Selymbria venimus ad Pontem-Magnum, Turcis Bywkczekmegze dictum, per 5 milliaria.

Quo loco sinus maris est ponte praefato junctus et Athyra fluvius ex Haemo mixtus aquis dulcibus.

21. A Ponte-Magno venimus ad Pontem-Parvum per 3 milliaria.

22. A Ponte-Parvo venimus Constantinopolim per 2 milliaria.

Digitized by Google

(Finis Karpati montis, quo loco jungitur Danubio, eoque divisus vi aquarum, cataractas facit crepidinum plus 60., vocaturque ab indigenis Halimaska.

Haeque cataractae, Glinta indigenis dictae ab asperitate, sunt inter Golubacz sive Galombocz et Cladovo olim, nunc Novigrad appellatum, quod Turcae construxerunt Siverino destructo.

Nec multo infra ad Siverini rudera apparent pilae in Danubio pontis Trajani.

Quo autem loco sunt cataractae, Karpatus dirimit Transalpinam Valachiam ab Hungaria ditionis Themesvarinae et Karamsebesi.

Ex opposita ripa mox incipit mons, indigenis Kuciaira appellatus, qui subito in magnam amplitudinem evectus, Haemo jungitur continuis jugis et excursibus. Quare ego hunc etiam Haemum appello, sed hactenus nemini perspectus. Sic ut non solum Thracius, sed et Mysiacus ac Dardanicus Bulgaricus haberi debet.

Nec bene Ptolomaeus videtur perspexisse cursum Scardi et Orbelli, quum Scardus Orbello junctus ait: Haemum Orbello jungi ubi jam in Thraciam venit. Quandoquidem is idem mons Haemus sive Kuciaira, surgens a Danubio, cursum suum mox Haemo Thracico jungit, a sinistra manu pergentium Constantinopolim. Orbellus vero dextra, accipiens in se Scardum ad Ciabrum amnem, nunc Izcarem nuncupatum, recta Hadrianopolim cum Neso seu Mariza fluvio tendit, indeque divertens, incidit cum Neso simul in Aegaeum mare. Sic hoc loco consulendum est Ptolomaeo.

Pertransito amne Izcare, veteribus Ciabrus dictus, qui fluit ex oppido Zamokovo vocato, dirimit-

Digitized by Google

que Scardum montem ab Orbello, hiisdem in locis hic Cuissava, ille Vitossa nominatus, iter est ad Bilizzae pagum.)

XXII.

Verancsicsnak, Wyssnek és Teuffenpachnak Maximilián császár.

1567. aug. 30. Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis.

Verancsics kezével: Redditae 12. Octobris 1567. Constantinopoli.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles nobis dilecti. — Accepimus litteras, quas tu Agriensis, et tu Christophore a Teuffenpach Belgrado decima nona Julii, atque ex oppido Tatar-Pasarcyth octava exeuntis iam mensis Augusti ad nos dedistis, et benigno gratoque animo intelleximus, quod iter vestrum tam gnaviter ac sedulo promoveritis, confidimusque, vos jam pridem Constantinopolim pervenisse, atque tractationis vestrae bonum initium fecisse, de cujus statu atque progressu cupimus primo quoque tempore certam notitiam capere.

Quae vero nobis ad vos rescribenda occurrunt, haec sunt: quod, sicuti per litteras vestras ex Buda ad nos datas ostendistis, spectabilis ac magnificus

Digitized by Google

passa Budensis ad nos miserit nuncium suum Kwrth aggam cum muneribus quibusdam pro auspicato amicitiae et bonae vicinitatis inter nos et serenissimum imperatorem Turcarum contrahendae signo, contestatus insuper sincerum, atque ad inducias servandas, tuendamque et fovendam hinc inde concordiam et quietem publicam propensum animum suum, petendo, ex quo Hungari aegerrime possint ab exercendis rapinis contineri, ut, remotis ipsis, loca finitima praesidiis Germanicis firmaremus, conquestus imprimis de capitaneo nostro Agriensi, ut, qui induciis nullo modo satisfaciat.

Ad quae nunciata illius respondimus atque renunciavimus ea, quae in adjunctis scriptis continentur. Cum autem incertum sit, utrum dictus passa, quamvis alias se ad observationem induciarum, pacemque et tranquillitatem publicam hucusque satis propensum declaraverit, velit aut possit ejuscemodi postulatis nostris, quae non solum in litteris nostris, quas nunc illi scribimus, continentur, sed antehac quoque ad eum perferri curavimus, per omnia satisfacere, et efficaciter providere in iis, quae nos ex parte Turcarum contra inducias committi praetendimus, et praesertim, quae quotidie in finibus Croatiae ac Sclavoniae, nec non Transsylvaniae ab adversa parte attentantur; (nolumus enim vos latere, quod praefecti Transsylvani aperte profitentur, se a domino suo in mandatis habere, ut dominia Banyam, Chech*) et Erdewt sibi vendicent, id, quod proximis diebus reipsa quoque, nempe exactione decimarum comprobarunt, quas cum praefecti et milites Transsylvani nuper violenter ex villis ad Chech pertinen-

*) Csehvár, nem Ecsed, mint Miller hivé.

Digitized by Google

tibus auferrent, non obstante, quod a nostris placide requisiti fuissent, ut desisterent, quin etiam armis nostros repellere conarentur, ad manus ventum est, ita, ut ex Transsylvanis nonnulli capti, nonnulli vero vulnerati et interfecti fuerint) idcirco non abs re duximus, vobis quoque haec omnia communicare, ut isthic etiam agatis et instetis, quo ipsiusmet serenissimi Turcarum imperatoris authoritate talibus gravaminibus ac innovationibus finis imponatur, novaque mandata desuper a serenissimo Turcarum imperatore obtineatis, scilicet, ut induciae sancte et inviolate observentur, ac interea dum isthic per vos de rebus omnibus juxta instructionem a nobis acceptam transigetur, villae omnes, quae eo tempore, quo convenit inter nos et serenissimum Turcarum imperatorem arma utrinque deponi, et inducias hinc inde consitui, non fuerunt Turcis tributariae, nunc quoque nihil solvant, aut contribuant, neque metu aut vi subjugentur, sicut multis in locis fieri consuevit. Item, ne nova subinde castella exstruantur, prout exstrui feruntur in Bathyan, Zegesd et alibi, et atque etiam ad Zabadka *) futurum perhibetur, qui locus per nostros in bello exustus fuit, et si modo repararetur, posthac receptum, ut antea, praedonibus, multisque dissensionibus et difficultatibus materiam subinde subministraturus esset. Imprimis vero curandum et elaborandum erit, ut Transsylvanus jubeatur prorsus abstinere a dominiis nostris Chech, Erdewt et Banyae, siquidem Banya cum superioribus mensibus, quo tempore jam inter nos et serenissimum Turcarum imperatorem per litteras convenerat de armis deponendis, induciisque servandis, Transsylvano eam

*) Hontban volt.

Digitized by Google

oppugnante, incensis infortunato casu, prout etiam ad Küewar contingerat, pulveribus tormentariis, ac disjecta et eversa munitione, in manus illius incidisset, mox armata manu per copias nostas recuperata fuit, ita, ut neque hujus, nec aliorum antedictorum locorum ac pertinentiarum possessionem ullam ipsi Transsylvano relinquere cogitemus.

Similiter Bosnensi quoque sanziacko, et caeteris Sclavonicorum finium praefectis, qui non cessant in partibus illis ditionem nostram infestare et depopulari, rursus firmissime mandari debebit, ut quiescant, induciasque melius, quam hactenus, observent, ne et illis par pari referendi necessitas nostris imponatur.

Quod porro in memoratis litteris vestris humiliter suasistis, ut denuo clementer mandemus promulgata edicta nostra de induciis non violandis strictissime serioque observari, id scitote a nobis jam factum esse, neque de caetero pro parte nostra quicquam praetermissuros, quod ad firmitatem induciarum et quietem publicam, cujus sumus studiosissimi, spectare videbitur, dummodo nobis ex altera parte eadem sinceritate respondeatur. Id quod vobis ad memoratas litteras vestras gratiose respondere voluimus. Datum in civitate nostra Vienna die penultima mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

XXIII.

Ugyazoknak ugyanaz.

1567. sept. 1. Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio, episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis.

Verancsics kezével: Redditae 12. Octobris 1567. Constantinopoli.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator, semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles nobis dilecti. Scriptis jam et obsignatis aliis litteris nostris, allata sunt alia quoque gravamina de violentiis, depraedationibus et hostilibus factis Turcarum, quibus inducias violare non desinunt. Quae praesentibus inclusa vobis transmittimus, ut ea una cum caeteris isthic proponatis, prouti eorum etiam nuncio passae Budensis, cras hinc discessuro, copiam fecimus. Datum in nostra civitate Vienna die prima Septembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

XXIV.

A fegyvernyugyvás közben a törökök által elkövetett sérelmek.

Querelae ad sacratissimam Romanorum imperatoriam, ac Hungariae et Bohemiae, etc. regiam majestatem perlatae de variis injuriis ac violentiis, quae subditis atque militibus caesareae majestatis tempore praesentium induciarum illatae fuisse perhibentur. 1567.

Primum: Quod Turcici praefecti variis in locis dicuntur exstruere nova castella in detrimentum ac diminutionem ditionis caesareae suae majestatis, utputa: in Bathyan, Zegesd, et pluribus locis circa Agriam. Idem fertur eos in animo habere de Zabadtka castello, per milites sacratissimae Romanorum imperatoriae majestatis combusto et diruto, non obstante, quod juxta conventionem et conclusionem utriusque potentissimi imperatoris sub praesentibus induciis omnia in pristino statu manere, et tales innovationes minime fieri debeant.

Secundo: Deinde, quod sanziacki et praefecti Turcici passim in regno conantur ad deditionem et solutionem censuum ac servitiorum cogere villas, quae illis nec tempore, quo praesentes induciae initae sunt, nec antea tributariae fuerunt, sic nuper Achyan Baba Kakathiensis litteras dedit ad possessiones arcis Ghymes, Kolony et Syrak vocatas, quibus illas ad deditionem sollicitat cum gravissima comminatione.

Digitized by Google

Tertio: Beghus autem Hathwaniensis mense praeterito villam Tarkany ad Agriam pertinentem, quamvis Turcis tributaria non sit, bis tamen invasisse perhibetur.

Quarto: Idem beghus Hathwaniensis evectionem vini sacratissimae Romanorum imperatoriae majestatis pro educillatione, et laborum ad Agriam praestationem omnibus villis circum Hathwan existentibus admodum serio interdixit.

Quinto: Idem ipse beghus Hathwaniensis crudelitate sua oppidum Hewes, et possessiones Peel, Wezeken, Beo, Han, ac alias complures desertas reddidit.

Sexto: Praeterea de begho Zolnociensi allatum est, quod duos servitores officialium Cumanorum pro falcatoribus missos in captivitatem abduci fecerit, et omnibus Ultratibiscanis educillationem vinorum, et laborum ad Agriam praestationem interdixerit.

Septimo: Porro de Hazambego Strigoniensi praefecto querimonia est, quod licentiam dederit peditibus suis in ditionem Romanorum imperatoriae majestatis excurrendi, qui quidem milites Strigonienses ad diem quintam hujus mensis Augusti ex possessione Pograny, Nitriae vicina, quinque pueros masculos Strigonium abduxerint.

Octavo: Alias Strigonienses milites indesinenter quoque provocant milites Comaronienses ad duellum, dicentes, id sibi a spectabile et magnifico passa Budensi permissum esse.

Nono: Proxime praeteritis diebus Albenses filium Christophori Mager, militis Palothensis, ante portam arcis ceperunt et abduxerunt.

Decimo: Et quidam Iztran Kwrth, Albensis,

Digitized by Google

hisce dicbus inter Papam et Vesprimium prope Esegwar duos servitores et sex equos Petri Ormandy, vice-capitanei Palothensis, duasque mulieres ex insidiis adortus cepit et captivos abduxit.

Undecimo: Begus Kopaniensis die 13-tia Augusti ex Letha dedititia possessione tredecim personas abduxisse fertur.

Duodecimo: Ajunt etiam apud fortalitium Chyakan adhuc frequentissimas fieri excursiones.

Decimotertio: Alibegh Zigethiensis praefectus ad comitem Georgium de Zrinio, et subditos ejus Insulanos binas litteras dedit, quibus eos ad deditionem sollicitat.

Decimoquarto: Prohibent insuper Turcae colonos ultra fluvium Rynnae habitantes sacratissimae Romanorum imperatoris majestati census praestare.

Decimoquinto: In partibus Sclavoniae et Croatiae similiter multa quotidie a Turcis contra inducias fieri dicuntur, et in festo beatae Mariae Magdalenae numero mille equitum et amplius congregati sub Gora excursione facta, decem personas et septuaginta capita pecoris abduxerunt.

XXV.

Forgács Simon egri kapitány válasza a törökök panaszaira.

Responsum magnifici Simonis Forgach, capitanei Agriensis super querelis et gravaminibus Turcarum ipsi objectis. 1567.

Fatetur se animadvertisse in quosdam coctores salis nitri, sed jure id fecisse, quandoquidem nolue-

Digitized by Google

rint, ut debebant, dimidiam nitri illius partem ad Agriam convehere; quod si in posterum fuerint obsequentes, sicuti tenentur, eis ex Agria nihil periculi fore metuendum.

De nazadae submersione, et octingentis pecoribus Pestho abactis, id sub capitaneatu Simonis Forgach non accidisse.

Tabellarium beghi Mohachiensis per Agrienses interceptum esse, quia begus Hathwaniensis ex non tributaria possessione Ozthoros, dimidio milliari ab Agria distante, decem et novem personas, unum agasonem cum aliquot militibus abduxerit.

XXVI.

Folytatása a törökök által elkövetett sérelmeknek.

1567. In proxime praeterito mense Augusto ascenderunt Turcae per Danubium cum aliquot navibus, animo opprimendi et capiendi operarios sacratissimae caesareae majestatis in lapicidina quadam laborantes, sed propter milites, qui operarios custodierunt, non ausi sunt, institutum prosequi.

Eodem tempore alii quidem Turcae adepti naviculam, sumtis pileis Hungaricis, ne pro Turcis agnoscerentur, insidias posuerunt navigantibus in Danubio inter Jaurinum et Comaronium, factoque impetu in navim quamdam frumentariam, et occiso uno ex nautis, reliquos sex in suam naviculam transposuerunt atque captivos abduxerunt, navi frumentaria deserta.

Ex partibus Canysae nunciatum est majestati suae, quod Turcae in iis locis pessime observarent

Digitized by Google

inducias, sed fortalitia combusta, et desolata sedulo instaurare, ac ditionem Majestatis suae ultro flumen Rynniae prorsus occludere conentur, quo possint tanto facilius opprimere insulam Murae, Canysam et Komaron.

Praeterea vigesima quarta die Augusti duos beghos, collecto circiter trium millium equitum et peditum numero, excursionem fecisse sub Cakan, alios vero cum bombardis, falconetis et magno impetu fortalitium Sechen unam integram diem ac noctem vehementer oppugnasse.

Ex partibus Sclavoniae nunciatum est suae majestati caesareae, Turcas haud ita pridem similiter duas excursiones fecisse, unam versus Toppliz, alteram ad Kopreinitz; e quorum excursorum numero captus quidam fassus est, excursores illos emissos fuisse a Baly bego Posegiensi, sibique et caeteris suis commilitonibus de pace nihil constare, neque ipsis tales excursiones, quod sciat, interdictas esse.

XXVII.

Ugyanazoknak ugyanaz.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach, consiliariis nostris, ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis. 1567. sept. 3.

Verancsics kezével: Redditae Constantinopoli XI. Decembris 1567.

Digitized by Google

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator, semper augustus, etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles nobis dilecti. — Quoniam incertum apud nos est, utrum litterae nostrae, quas passae Budensi per nuncium ejus Kwrth aga, vocatum ad vos misimus, fideliter, certoque vobis reddentur nec ne, operae pretium duximus, vobis in omnem eventum exempla illarum per aliam quoque viam clementer communicare, tibique Alberto de Wyss insuper significare, quod tuas etiam litteras, quas undecima Julii ad nos dedisti, acceperimus. Ad quas quidem non habemus, quod respondeamus, nisi, quod nobis sint curae futura ea, de quibus nos in iisdem humiliter, fideliterque admonuisti, et quod ejusmodi praeclara fides ac diligentia tua nobis sit gratissima, quam etiam propensi sumus omni gratia et benignitate nostra caesarea erga te quándoque recognoscere. Datum in civitate nostra Vienna die tertia Septembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser, m. p.

Digitized by Google

XXVIII.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad sacratissimam caesaream majestatem.

Peracto nostro itinere, postquam Buda recessi- 1567. sept. 16.
mus intra dies XL. non sine magna injuria caniculae et quibusdam aliis difficultatibus, ut fit per regiones tam vastas, desertas ac nulla fere humanitate praeditas die tandem XXII. Augusti Constantinopolim pervenimus. Quo tempore quia hic princeps jam in procinctu erat, venatum aucupatumque, proficiscendi, nosque etiam admodum de via fessi, et quietis nonnihil indigi, sic tandem evenit, ut et principe citra aliam moram ad solatium suum profecto, et nos diebus circiter sex quieti nostrae obtentis, vigesima octava et vigesima nona passas cum salutatione et muneribus adiimus, tres nimirum potiores die priore, posteriore vero reliquos tres, servato ordine eorum graduum.

Inde intenti in regressum principis, qui de die in diem differebatur, factum est, quod ab appulsu nostro Constantinopolim ad caesaream majestatem vestram nihil scripsimus, exspectantes, ut uberius haberemus, quod ad eandem scribere possemus. Nunc jam quia idem princeps cum apparatu circiter sex millium hominum, decima quinta Septembris in urbem rediit, nobis eo ipso die passa significavit, essemus parati, quia apud eundem principem proximo

Digitized by Google

die dominico audientiam nobis obtinuisset; quam quidem ubi Deo bene juvante absolvemus, tractatum legationis nostrae aggredicmur, et quanto crebrius poterimus, caesaream majestatem vestram de omnibus, quae inter tractandum nobis inciderint, omni conatu nostro edocere adnitemur.

Duabus autem audientiis, quas apud supremum passam habuimus, obiter et tumultuarie non pauca attigimus, ipso materiam suggerente et imprimis de diruendis arcibus, Agria, Tatta et Vesprimio, post de Transsylvania ac de Hungariae partibus eidem Transsylvaniae adjacentibus, tum de ponendis limitibus in regno, facta divisione colonorum. Et demum de rationibus honorarii muneris. Ubi fere toti parti nostrae instructionis primae perquam (uti putamus) cumulatissime satisfecimus, quemadmodum proximis literis nostris, quas non ita multo post ad caesaream majestatem vestram, forte fortuna per proprium veredarium mittemus, singillatim et suo ordine omnia, quaecunque et qua serie, a primo in hanc urbem ingressu nostro egerimus, perscribemus.

Interim tamen duximus esse necessarium, ut caesarea majestas vestra summarie clementerque intelligat, immutasse nos de munere triginta millium aureorum instructionis nobis datae rationem, habita autem maxima consideratione existimationis et commodi vestrae caesarce majestatis. Nam et in itinere et hic Constantinopoli ab hominibus generis Turcici non postremi, idque ab aliis studiose, ab aliis vero quasi aliud agentibus astute interrogati, munusne honorarium, aut tantummodo simpliciter munus attulissemus huic principi? Quorum quaestionibus alienis responsionibus elusis, eas nos altius consideravimus,

Digitized by Google

deductisque etiam in consultationem plurium dierum, tandem reperientes, quod si eadem triginta millia aureorum exhiberentur nomine muneris gratulatorii juxta instructionem nobis assignatam, sequutum fuisset illud, quod et debitum munus honorarium jam decursi temporis, aut digne aut indigne exigere incepissent, actis pro hoc praesenti communibus duntaxat gratiis. Et non pauca etiam vulgi scommata pertulissemus, maxime, si tam magno et insolito munere exhibito, caesareae majestati vestrae ad ea non respondissent, quae ex hac sua caesarea liberalitate excelsique animi magnitudine sibi polliceri videbatur. Quas humanitatis ac nobilitatis partes, quum Turcae non agnoscant, et extorqueant debita non minus vi, quam petulanter (quod vel proximis duobus annis vidimus), decrevimus tandem eadem triginta millia aureorum, nomine muneris honorarii exhibere, modis et rationibus reliquis in instructione nobis praescriptis, ut caesareae majestati vestrae et a damno et ab aliquibus aemulorum, malorumque hominum scommatibus caveremus. Jamque et passae diximus, attulisse nos triginta millia aureorum in taleris nomine muneris honorarii, quod tantopere petebatur, et munus gratulatorium, cuppas atque horologia. Et quantum ex vultu et sermone ejus potuimus, laetis haec illum auribus excepisse perspeximus, quemadmodum et de hoc aliis litteris nostris uberius prosequemur, quo etiam peculiaria, quae hic nobis contingunt, caesareae majestati vestrae sint nota, supplicantes interim humillime, ut, si in hoc licentiosius quippiam commiserimus, clementer ignoscat fidelitati nostrae, qua et commodis et dignitati ejus sedulo studere contendimus.

Digitized by Google

Ad alia vero quod attinet. Orator Galli, qui est hic, die decima mensis hujus adiens supremum passam, effutiit apud eum quasdam res non extremae considerationis, et primum accepisse se a rege suo mandatum, ut caesareae majestatis vestrae cum hoc principe pacem totis viribus impediat, et si non poterit impedire, finemque omnino sortietur, enitatur saltem pari conatu, ut ipse etiam rex ejus in ea comprehendatur. Dixit quoque, brevi futurum, ut inter Christianos ingens bellum exardescat. Addidit etiam: velit classem regi suo ab hoc principe impetrare, ut conjugio haeredis Anglicae cum serenissimo archiduce Carolo interturbetur. Quia si forte concludetur, nimis in magnam potentiam evadet domus Austriae, sic ut etiam incrementa rerum hujus principes impediantur. Ad haec passa respondit: Utinam inter Christianos vestros bellum, quod ajis, exardescat; caeterum principem suum hoc tempore inclinatum esse ad pacem; etiam de ea verbum dedisse; nec hactenus ullam utilitatem illis provenisse toties Gallis classe commodata. Regem quoque eorum maximis seditionibus in regno suo laborare, nec posse suos comprimere; et si tantopere bellum externum cupiat, Philippo regi arma moveat. Ipse etiam non omittet amicitiam illi apud principem suum declarare, si res omnino ad bellum spectabit. Alias curaturum quoque suo tempore, ut in hac caesareae majestatis vestrae pace, si fieri poterit, comprehendatur.

Haec eo ferme biduo omnia in vulgus effluxerunt, quo sunt allata et acta apud passam, quae quum ad nos etiam statim pervenissent, oratorem admodum poenituit, quod secretius tanti momenti res non presserit, laboravitque apud nos secretario in-

Digitized by Google

ternuncio, ne isthaec crederemus. Cui officiose responso dato, curavimus persuadendum illi de nobis omnia, quaecunque ab amicis exspectantur, maxime quorum principes et affines essent, et pacem mutuo fraterne colerent. Haec tamen, quae super his scribimus, idem orator aut habuerit a principe suo mandatum, aut non habuerit, tamen in hunc modum loquutus est passae, apud quem nobis etiam sunt homines, qui in talibus nobis referendis non fallunt nos.

Praeterea, quum in prima audientia cum passa loqueremur de quibusdam statibus, qui huic principi commodo suo assentarentur, nec vererentur reliquis Christianis officere, dum sibi prosint, et sermo de Gallis et de Venetis habebatur, subjunxit passa, nobis appellatis: nec Venetos admodum vobis esse amicos, propensosque commodis vestris. Quae qualia sunt, existimamus, melius majestatem vestram caesaream judicaturam, quam nos; ipsi tamen pessime sunt apud hos, estque maximus et creberrimus sermo, classem hinc in Cyprum adornari, nisi aliqua via tempestive rebus suis prospexerint. Quamquam et de Melita et de Guletta multi sunt rumores, omnes tamen in Cyprum opinionibus suis concurrere videntur.

De hoc autem principe, quoad ea quae hucusque de eo asequuti sumus, ajunt esse tenacem et cumulandis pecuniis omnem curam adhibere, cavereque a sumptibus quam maxime. Nec tam bellis quam pacis studiis inclinatum omnes esse affirmant, unde ingenio mitem et moribus quietum omnibus sese exhibet. Quaecunque alia de caeteris ejus partibus cognoscemus, caesaream majestatem vestram edocere non praetermittemus. Illud adjecto, quod omnes nos bona spe esse jubent, nimirum exoratores futu-

Digitized by Google

ros. Quod ut faxit Deus, oramus. Duas tamen timemus difficultates: de diminutione muneris honorarii, et de liberanda ditione Tibisco et Transsylvaniae limitibus interjecta. Contendemus tamen et divina ope et humanis viribus, ut, quoad ejus fieri poterit, eventu, quem optamus, potiamur, quemadmodum jam non levia de postremo jecimus fundamenta, imbuto supremo passa, immo et aliis, ut efficiant: contentetur Transsylvanus limitibus Transsylvaniae, et cedat aliis, quae Hungariae sunt, et ejus nomine nuncupentur; sic demum certo fore, ut pax inter hunc principem et caesaream majestatem vestram firmius consistat, et diutius praeterea duret.

Praeterea nuncius Transsylvanus est hic, Sebastianus Erdely nomine, qui valde instat apud passam pro restitutione Tokay, Monkach, Banya et Zakmar; et ajunt passam dudum voluisse, ut reverteretur, et diceret suo domino: conquiesceret et sederet in pace, nec posse principem suum quot-annis ejus causa expeditiones in Hungariam ducere; melius rebus suis consulturus, si se in quiete continuerit, nec tumultuaretur. Nuncius tamen adhuc hic haeret, et ajunt, quod quum in primo divano erimus, diei scilicet proximae dominicae, venturus sit eo, et exclamaturus pro Tokay et pro aliis superius nominatis. Qui si venerit, curabimus, ut habeat dignum responsum.

Caeterum arbitramur, vix posse fieri, ut sine aliqua nova largitione non utamur, in negotio diminutionis honorraii numeris, et in retentione ditionis Ultra-Tibiscanae. Ideo humillime optamus informari, quid in hoc facturi simus, si ad hoc res pervenerit.

Digitized by Google

Nec de his latius scribere possumus, ut quae serio adhuc non tractavimus. Nondum tamen ulla in re quamcunque cum iisdem passis attigimus, vel duriores, vel omnino etiam contumaciter adversarios sese nobis ostenderunt. Pertavus visus est etiam favere quibusdam signis nostrae causae. Supremus gerit se graviter, nec ostendit, utri parti vel faveat vel adversetur. Sic tamen et loquitur et dimittit nos ab se, ut ab eo non abeamus tristes. Reliqui numerus sunt. Et Pyaly videtur habere plus in Christianos mali animi, quam in tantis rebus consilii. Faxit Omnipotens, ut quum ad discussionem rerum veniemus, bono a Deo spiritu inspirati faveant nostrae causae, et majestati vestrae caesareae vere sint amici ac eidem suffragentur. Quam Deus Optimus Maximus diutissime salvam, incolumem felicemque conservet. Constantinopoli 18. Septembris 1567.

XXIX.

Singkhmoser Márknak Verancsics.

Ad Marcum Cinkmoserum.

Quod serius ab appulsu nostro Constantinopolin ad caesaream majestatem, dominum nostrum clementissimum scripserimus, venatio hujus principis causam praebuit, quia interim nihil videbatur nobis esse scribendum, donec etiam apud magnitudinem suam audientiam habuissemus; ne tamen nimis diuturnum fuisset nostrum silentium, ante etiam principis audientiam has praemittere voluimus, ut utique aliquid caesarea majestas ejus interim de nobis habuis- 1567. sept. 18.

Digitized by Google

set. Itaque quum de his, quae hic aguntur, magnifica dominatio vestra largius acceptura sit ex caesaris litteris, sciet me magnis febribus laborasse a medio ferme itinere Constantinopolim usque, ibique quietem assequutus convaluisse, jamque non imbecilliter demandatae mihi legationi, cum dominis collegis meis, operam navo. At familia certe nostra etiam nunc magna ex parte cum hisdem febribus conflictatur, idque sit sic, ut ubi haec pars a morbo revaluerit, illa dejicitur. Nemo tamen adhuc aegrotavit cum periculo, praeterquam Saurerus. Speramus tamen quod omnes bene valebimus, ubi hoc caelum Thracicum et maritimum nobis conciliabimus. Quod reliquum est, magnificam dominationem vestram felicissime valere cupio. Constantinopoli 18. Septembris 1567.

XXX.

Verancsicsnak, Teuffenpachnak és Wyssnak Maximilián császár.

1567. sept. 19. Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis.

Verancsics kezével: Redditae Constantinopoli 12. Decembris 1567.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles nobis dilecti. — Accidit his diebus, quod nonnulli equites

Digitized by Google

ex arce Onod egressi in absentia, ut nobis quidem relatum est, capitanei ejus arcis, ultra Tibiscum profecti, impetum fecerint in oppidum Thwr, ubi tum pernoctabat chiaussius quidam serenissimi imperatoris Turcarum et nuncius illustrissimi ducis Joannis Sigismundi, serenissimi quondam regis Joannis filii Gregorius Bethlen ad limitationem faciendam inter ditionem Turcicam et Transsylvanicam deputati, in eaque oppressione Gregorium Bethlen interfecerint, chiaussium vero cum aliis quibusdam Turcis vivum ceperint, sicuti nobis nunciatum est primum a nostro consiliario et supremo exercituum nostrorum in superioribus regni nostri Hungariae capitaneo, Lazaro de Schwendy, et deinde a spectabile ac magnifico passa Budensi, qui opinatur id ab Agriensibus militibus nostris factum esse. Quod simul atque intelleximus, prout sane debuimus, vehementer commoti sumus. Quis enim inficias iret, haec et induciis et promissis nostris prorsus repugnare, quibus sane pro parte nostra tanto animi candore satisfacere studemus. Et quamvis equites illi factum hoc excusare conantur, eo, quod proximis diebus etiam castellanus Agriensis, non quidem in excursione aut depraedatione aliqua, sed in aucupio, dispositis ei per Turcas insidiis, non longe ab Agria cum aliis quibusdam Agriensibus militibus captus et abductus fuit, et quod Turcae quoque nusquam inducias recte servent, sed passim in confiniis incessanter atque impune omne genus injurias, violentias, rapinas et caedes perpetrant: nos tamen non contenti tali excusatione, omnino constituimus in milites illos, et praesertim auctorem hujus facinoris, et ductorem illorum serio animadvertere, jussimusque chiaussium il-

Digitized by Google

lum cum concaptivis ejus illico eliberari atque incolumes dimitti. Quia vero non dubitamus adversarios nostros, qui nihil magis optant, quam offerri sibi commoditatem disturbandae praesentis pacificationis, hoc factum e vestigio, maxima cum vociferatione, et quam fieri potuit, odiosissimis verbis ad portam serenissimi imperatoris Turcarum nunciavisse, et solitis quoque calumniis exaggerasse: existimamus necessarium esse, vos etiam a nobis hanc rem exacte cognoscere, ut, si quando vobiscum de hac violentia expostulari contigerit, possitis respondere et affirmare, nihil in hac parte nostro mandato, scitu, vel permissione factum esse, nec impune laturos, qui culpam sustinuerint, quin etiam chiaussium illum cum suis concaptivis absque mora, quamprimum scilicet mandata nostra ad dictum supremum capitaneum nostrum perlata fuerint, liberum et incolumem dimissum iri, nobisque in futurum quoque curae futurum, ut induciae pro parte nostra sincere ac firmiter observentur, et violatores earum pro demerito puniantur, dummodo idipsum etiam ex parte Turcarum eadem integritate fiat, sicuti futurum prorsus confidimus. Itaque procurare et instare debebitis, ut si res aliter isthuc perferetur, ejusmodi obtrectatoribus a sereniss'mo Turcarum imperatore, et illustrissimo ac magnifico Mehmeth passa nulla fides habeatur, sed potius huic nostrae benevolae informationi locus detur. Scripsimus etiam hac ipsa de re ad passam Budensem, sicuti ex adjecto exemplo cognoscetis. Id quod vobis suprascriptam ob causam clementer significandum duximus, vobis, quod superest, gratiam et benignitatem nostram caesaream deferentes. Datum in civitate nostra Vienna die de-

Digitized by Google

cima nona Septembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani quinto, Hungariae quarto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

XXXI.

A császári felségnek Verancsics és társai.

Ad sacram caesaream majestatem.

Postremae litterae nostrae ex itinere ad majesta- 1567 sept. 25
tem vestram datae, illae fuerunt, quas Sophia Bulgarorum metropoli Petro Cyppico, nobili Dalmatae, civitatemque Fluminum hac tempestate incolenti, et conversanti in aula serenissimi archiducis Caroli commiseramus, easque majestati vestrae fuisse redditas, non dubitamus, quum confecto negotio cujusdam captivi, a quodam serenitatis ejus insigni aulico sibi demandato, in eandem aulam erat reversurus, curaturusque, ut haedem litterae nostrae ad caesaream majestatem vestram incolumes perferrentur.

Inde continuato nostro itinere, 22. Augusti Constantinopolim appulimus, excepti aulico equitatu satis honorifice, non tamen, uti nobis dicebatur, pro satisfactione principis. Quippe qui non una aut altera cohorte excipi nos voluerat, sed cum toto praetorianorum suorum grege. Nam eotunc inciderat dies Veneris, peculiare Turcis festum, quo templa sua visant, et vacant praecationibus. Accedente huc et incuria quorundam ministrorum, qui nos tempestive pro mandato supremi passae non admonuerant, ut in hospicio, urbi proximo exspectaremus Lucae crasti-

Digitized by Google

nam. Sic consequutum est, ut tumultuarie nobis ab ordinibus praetorianorum obviam prodiretur. Hinc excusationibus multis et variis tam passa, quam caeteri potiores, et interpretes principis usi, persuasum nobis esse contenderunt, principem omnino voluisse, ut quam honorificentissime pro dignitate majestatis vestrae exciperemur, nisi impedimenta, quae jam attigimus, praeter omnem opinionem ejus hoc institutum suum interturbassent.

Quum vero tunc et princeps forte fortuna venatum ire proposuerat, jamque in procinctu erat abeundi, et nos supramodum de via fessi, malignitateque caniculae admodum afflicti, jactatique etiam motu curruum per tam longum iter, brevi aliqua quiete cupiebamus refici, quum interim et munera ex vasculis eximenda, inque suos ordines dirigenda nobis erant: petitam ejusdem quietis facultatem obtinuimus, princeps quoque profectus est venatum.

Nos autem, eo iam absente, sex dierum spatio satis commode refecti, XXVIII et XXIX omnes passas vesirios, cujusque dignitatis gradu servato, adiimus. exeqnutique apud eos legationis nostrae primordia juxta praescriptum majestatis vestrae, et muneribus illis exhibitis, habuerunt nos et faventer et honorifice.

Intenti post in reditum principis, cui dies octavus praescriptus fuerat, nos quoque diutius a rebus vacui, similiter quievimus. Et interim quum vulgatum esset, principem distulisse in urbem reditum, passa supremus per Ibraimum interpretem significavit nobis, optare eundem principem intelligere, quidnam negotiorum attulissemus. Quare nunciaremus ei per eundem interpretem, quo principem edocere

Digitized by Google

posset de omnibus, quaecunque in mandatis haberemus.

Rati nos, convenientius esse, ut ea soli referamus, quam nunciemus, ducti etiam studio ac desiderio, eam instructionis nostrae partem commodius hac occasione exequendi, quae rationem muneris honorarii, jam decursi temporis et bello impediti, concernebat, agnovimus opportunitatem hanc valde esse idoneam, ut ipsum passam uberius instrueremus, quod elapsi anni 1565 munus honorarium minus digne exigeretur, quo tantopere arma illorum per Hungariam saevierint: renunciavimus, nosmet ipsos, quum illi commodum fuerit, ad eum esse venturos, et cum eo coram de postulatis ejus acturos. Quarta itaque die Septembris secundam audientiam, eamque privatiorem, quam primam, petentibus nobis, obtinuimus, quod secreto res nostras tractari curaremus.

Verum quo nomine XXX millia aureorum offerri debuerunt huic primcipi, juxta quod visum est nobis, quando huc appulimus et incepimus multa audire, quae videbantur majestati vestrae et damnum allatura, et dignitatem ejusdem perstrictura, si illa secundum praescriptum instructionis obtulissemus, hoc loco majestatem vestram caesaream humillime censuimus nobis esse edocendam.

Quum enim essemus adhuc in itinere, quidam ex comitibus nostris potioribus generis Turcici, quilibet seorsum perinde ac si aliud aliquid agerent, studium tegentes, interrogaverant nos: quidnam ferremus huic principi, munusne honorarium, an tantummodo simplex munus? Cujusmodi interrogationibus et Constantinopoli tentati sumus. Nec alia omnibus similibus curiosis dedimus, quam quod eos hoc scire

Digitized by Google

non attinebat, et cogniturum principem, quum accepisset, quod attuleramus.

His itaque interrogationibus in majorem considerationem et longe aliam perducti, quam ea erat, quae nobis ex instructione nostra ducebatur, et in qua dudum pro clementi deliberatione majestatis vestrae conquieveramus, rem quoque in altiorem consultationem proposuimus, ac per plures dies super hunc nodum desudavimus. Respicientes enim primum ad vim instructionis nostrae, a qua vel latum unguem recedere nobis non licebat, deinde ad illa etiam omnia, quibus caesarea majestas vestra adducta, hoc ipsum munus gratulatorio nomine exhiberi mandaverat, sperans, uti conjicimus, quod ii liberalitate majestatis vestrae hujusmodi moti caeteris in rebus ejus essent futuri humaniores, faciliores et commodiores: verebamur omnino et ab instructione recedere, et a benigna majestatis vestrae caesareae voluntate quippiam committere alienum. Sed tandem victi justis rationibus, consultius atque honestius fore majestati vestrae caesareae si, dicta 30 millia aureorum nomine muneris honorarii exhiberentur, non autem gratulatorio, cui reliqua affatim erant suffectura, tot scilicet cuppae atque horologia: id in hoc fecimus, quod magis expedire putavimus.

Quia si eadem 30 millia aureorum gratulatorio nomine exhibuissemus, metuendum imprimis erat, quod actis gratiis pro tanto munere gratulatorio, coepissent (ut avarissimi et humanitatis prorsus ignari) etiam honorarium exigere, tamquam debitum, de quo tantopere fuerant solliciti, et illud mitti urserant. Quandoquidem hoc genus hominum nec civilitatis studia agnoscit, nec generosi animi movetur

Digitized by Google

munificentia. Sed quicquid pro tua virtute illi donaveris, peragit quidem gratias, debita non remittit. Quod facile futurum apparebat ex tantis interrogationibus, quae nobis fiebant de memorato munere.

Aliud quoque incidebat inconveniens, si eadem XXX aureorum millia gratulatorio nomine exhibebamus. Nimirum quod multa fuissent, et a Turcis et a Christianis ob tantam muneris magnitudinem in publico jactata, quae nomini, dignitati famaeque majestatis vestrae minus fuissent decora, idque ex eo maxime, si sic evenisset, ut haec XXX aureorum millia gratulatorio nomine fuissent donata, et alia honorarii muneris nomine mox reddi coepissent postulare: quantopere opinione nostra decepti fuissemus, majestas vestra per se se clementer consideret. Quum ad haec et eventu dubio experiri, quod optabamus et sperabamus, tantam pecuniam effundendo sine aliquo certo judicio et rei exitu, periculosum pariter et imprudentum oratorum esse duximus, quibus haud dubie mores atque ingenia bene nota erant.

Quare his atque aliis similibus super hunc nodum, quae huc facere videbantur, sedulo discussis, eadem XXX aureorum millia nomine muneris honorarii, quod exigebatur, Turcae exhibuimus, ut sic et tanta alterius summae jactura evitaretur, et nomini, dignitati, famaeque majestatis vestrae caesareae consuleretur.

Quam Deus Optimus Maximus diu felicem atque incolumem servet. Constantinopoli XXV. Septembris 1567.

Digitized by Google

XXXII.

Ugyanazoknak ugyanaz.

1567. sept 28. Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus, nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles dilecti. [Conquestus est, nobis magnificus fidelis nobis dilectus Nicolaus Doczy de Nagiluichia simul cum fratre suo Gabriele Doczy, qualiter filius ipsius Nicolai Franciscus in servitiis nostris militando, nimirum in exercitu serenissimi principis, archiducis Caroli, fratris nostri charissimi, anno praeterito in Turcicam inciderit captivitatem, quodque certo compererit, eundem esse modo Constantinopoli, et captivum degere apud Mehemetem passam, prout ex ipsiusmet dicti captivi filii sui deploratoriis constat litteris, manu ejusdem propria exaratis, humillime supplicando, quatenus pro eliberatione ejusdem ad vos, ut, qui ea in re multum praestare valeretis, clementer perscribere dignaremur. Nos sane ejusmodi paterni animi erga filium, utpote naturae divinitus inditam affectionem, et sollicitudinem compatienter respicientes, nec non fidelia utriusque, adeoque totius

Digitized by Google

familiae nobis praestita, grataque semper servitia clementer perpendentes, supplicantis precibus, omni ex parte pietati et naturae consentaneis, deesse nequaquam potuimus, ac proinde vobis clementer mandamus: ut quatenus sine impedimento ac jactura negotiorum nostrorum, et absque vestro periculo fieri potest, in supradicto Francisco Doczy eliberando idoneum aliquem modum, sive id pecuniis, sive gratis, sive Turci cuiusdam captivi, si posset fieri, permutatione, faciendum sit, pro vestra prudentia et dexteritate etiam atque etiam investigetis, ipsumque redimatis, vel quacunque ratione eliberare, salvumque patris laribus restituere, et parentis sui gemitus tam pio officio sublevare studeatis, et nulli curae, labori, vel impendio parcatis, quemadmodum vos diligentem operam adhibituros esse non dubitamus, quandoquidem facturi estis in eo benegratam voluntatem nostram.]

Datum in civitate nostra Vienna die vigesima octava Septembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani et Hungarici quinto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

XXXIII.

Ugyanazoknak ugyanaz.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis. 1567. oct. 4.

Digitized by Google

Maximilianus Secundus, favente divina clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles dilecti. [Exponi nobis fecit Catharina Gutschitzen vidua, qualiter ante sexennium mariti quondam sui agnatus quidam nomine Ladislaus Gusith a Turcis captus, et Constantinopolim abductus, adque triremes una cum aliis Christianis misere redactus sit, dicti vero captivi capitaneus, egregius, fidelis nobis dilectus Johannes Krusith tibi Alberto de Wyss de suo proprio peculio centum triginta ducatos ad ejusdem eliberationem reliquerit Constantinopoli, pro quibus ejusdem eliberationem te promoturum esse, memorato capitaneo receperis, quod tamen, quia bellicorum motuum causa hactenus forsan fieri non potuit, humiliter a nobis supplicando petiit, ut ejus promissi te clementer commonefacere dignaremur: id vero, quia ut pium et honestum, petenti viduae denegare non potuimus, vobis simul et seorsim clementer mandamus et injungimus, ut quantum citra negotiorum nostrorum intermissionem et jacturam licet, concessis et legitimis modis, et rationibus, quibus poteritis, supradicti captivi eliberationem suscipere et procurare non intermittatis, sed e durissimis vinculis exemtum, salvum et incolumem reducatis, facturi in hoc omnimode benegratam, et expressam voluntatem nostram.] Datum in civitate nostra Vienna die quarta Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani et Hungarici quinto, aliorum vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

Külön papirszeleten:

Reverendissime ac magnifice. Jussus sum a majestate regia dominationibus vestris reverendissimae et magnificae per postcripta, ut vocamus, significare:

[Quae expensae datae sint Tabellario? Dixit ille se accepisse isthic a] dominationibus vestris reverendissima et magnifica [triginta ducatos, a capitaneo Segniensi accepit sedecim taleros. Sic cum nollet contentari centum florenis, dati sunt ei ducati viginti ultra illos centum florenos] Singkhmoser.

XXXIV.

Ugyanazoknak ugyanaz.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus, nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis. 1567. oct. 4.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles dilecti.

[Conquestus est nobis, fidelis noster dilectus Adamus Gall in Losdorf, quod filium suum Johannem nomine, novemdecim annorum juvenem apud spectabilem ac magnificum quondam Nicolaum Zrinii comitem per aliquot annos ut alumnum habuerit, qui et apud eundem comitem in praesidiis castri Zygethi postmodum expugnati a Turcis captus sit,

Digitized by Google

et quemadmodum ab alio quodam dicti quondam comitis servitore, similiter capto, pro certo comperisset, Budam et Constantinopolim, indeque ulterius ad novem milliaria ultra mare in civitatem Bursiam nuncupatam abductus fuerit, ubi modo apud praefectum sive beghum quemdam Turcicum, nomine Mehemet Tschelebi, in compedibus misere degat. Quapropter humillime supplicando a nobis petiit, quatenus pro eliberatione dicti captivi sui filii tentanda et suscipienda, ad vos perscribere etiam atque etiam dignaremur. Nos sane ejusmodi a natura inditos paterni animi gemituosos affectus et suspiria ob misere captivum filium clementer exaudientes, singulari et christiana compassione moti, calamitosis hisce supplicantis rebus, quem alioquin etiam ob ejus diuturna fidelia ac praeclara obsequia singulari gratia complectimur, ope nostra caesarea deesse noluimus nec debuimus. Ac proinde vobis clementer mandamus et injungimus, ut de statu ejusce captivi filii sui, qui in religionis et christianae fidei nostrae professione constanter (ut perhibetur) hucusque perseveravit, diligenter perquiratis, omnesque, quibus illum, citra tamen negotiorum nostrorum dispendium, redimere et ad nos salvum perducere, vel alioquin in Christianitatem remittere possitis, occasiones legitimas investigetis et arripiatis, quo afflictus idem Adamus Gall opem nostram caesaream nequaquam frustra implorasse, sed levamen et auxilium inde nostrum cum fructu percepisse videri possit, quemadmodum vos pro singulari vestra discretione et industria facturos esse, nihil sane dubitamus, siquidem in eo facturi estis omni modo benegratam voluntatem nostram]

Digitized by Google

Datum in civitate nostra Vienna die quarta Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani et Hungarici quinto, aliorum vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

XXXV.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad caesaream majestatem.

Nos hic multo secus omnia quoad statum lega- 1567. oct. 7.
tionis nostrae offendimus, quam passa Budensis et majestati vestrae caesareae scribebat et nobis Budae loquebatur. Nec mirum est, quod tam blande eliciebat oratores ejus; quia hic intelleximus promissum fuisse illi vesiriatum apud hunc principem, si demandatam hanc provinciam, in eliciendis scilicet nobis, ex sententia confecisset. Idque ut persuaderet magis, eo etiam commento usus est, ne Budensi praefectura moveretur nostrae pacis gratia, quam longe pluris faceret, quam vesiriatum praefecturamque omnium in hoc imperio quantumvis maximam. Haec praemisimus, ut caesarea majestas vestra deinceps istius etiam passae ingenium perspectum habeat, et animadvertat, quantopere et in quem finem ii oratores vestrae caesareae majestatis habere apud se optaverunt et curaverunt.

Quod igitur ad praesentem rem nostri tractatus attinet, difficultas ejus cogit nos esse breviores, quo et celerius illa a majestate vestra cognoscatur, et

Digitized by Google

omnes ejus nodi, quantum fieri poterit, extricentur, nobisque modus ac via quam maturrime detur ad proseqùendum reliqua, quorum ii conclusionem, praeter solitum, mirifice sollicitant. Quod etiam habet in se aliquid considerationis, et inferius clarius attingemus.

Porro itaque, quum paulo ante reditum principis hujus ex aucupio, de variis articulis legationis nostrae cum supremo passa tumultuarie colloqueremur, quosdam vitabamus attingere, ut quietiori tempore et passa reddito nobis benevolo eos tractaremus. Hos ei turcice descriptos, quorum copiam cum praesentibus nostris mittimus, porreximus, suppressa et dilata prorsus omni etiam commemoratione de divisione colonorum, positioneque limitum, ac de distractione arcium Tattae et Vesprimii; subaudiveramus enim in his nos admodum laboraturos et summum negotium habituros.

Die itaque 21. Septembris, salutaturi de more principem, deducti sumus in divanum magna et honorifica pompa, ibique denuo pro oratorum officio eisdem passis salutatis, amicitiaque majestatis vestrae caesareae commendata verbis appositis, attigimus quasi in transcursu, etiam de causa et modo nostri adventus, rogatis paulo diligentius, ut postquam eotunc essent una omnes in tribunali sui principis, vellent ex animo curam capessere afflictissimorum regni Hungariae colonorum conservationis, studiumque etiam vestrae caesareae majestatis in hoc ipsum inclinatissimum ita apud principem suum probare et promovere, ut hae miserae et spoliatissimae Hungariae reliquiae, quomodocunque fieri poterit,

Digitized by Google

potius vel supersint et consistant, quam ex toto evastentur et dilabantur.

Vix supremus passa haec pauca nos eloqui passus, nec tunc de porrectis articulis facta multa mentione, coepit articulum de divisione colonorum, positioneque limitum et de arcium Tattae ac Vesprimii distractione excutere, verbisque pluribus voluntatem principis sui declarare: secus videlicet pacem hanc fieri non posse, nisi in finibus limites ponantur, omnesque possessiones et subditi, qui essent in potestate ejusdem principis, nolle eum ulterius, ut nobis censuales sint tam pecuniarum ae servitiorum, quam etiam rerum quarumcunque aliarum; velleque omnino, ut ab administratione et dominio, curaque eorum manus nostras amoveamus, sed intra limites quieti maneant; nostri vero, qui nobis ab eisdem limitibus erunt reliqui, censuales sint, ut hactenus, in utramque partem, qui videlicet fuerunt censuales; qui vero non, nec imposterum sint. Arces quoque Tattam et Vesprimium distrahendas esse, ne deinceps praedatoribus praebeant receptacula; cogique, ut id fieri velit, etiam sua religione, ne in potestate Christianorum remanerent incolumes, in quibus et templa sua habuerunt, et vota ac orationes Deo Uni Optimo Maximo nuncuparunt. Hisque pro voluntate principis hujus assensu dato, pacem demum futuram.

Nos his, clementissime imperator, auditis, non parum certe perturbati fuimus, maxime autem quum coepissemus eis opponere fidem publicam sub demortui principis ac majorum suorum juramentis, qua eosdem subditos ad tributariam deditionem pertraxerunt: fidem hanc non aliter eis esse servandam, quam

Digitized by Google

aut Valachis aut Ragusinis, et quibuscunque aliis, qui tributi interventu bona et ditiones suas pacifice obtinent et fruuntur illis; nihil quoque caesaream majestatem vestram in expeditione nostra minus cogitasse, quam quod magnitudo hujus principis id divisionis colonorum et positionis limitum esset attentatura; quae res maximae difficultatis foret, nec posset ita commode deduci ad effectum, ut in Hungaria magni tumultus non essent futuri. Et similia argumenta multa. In ea verba passa erupit: Dicere sultanum Selimum, praesentem eorum principem, patrem suum, de hoc statu colonorum, deque pluribus aliis rebus finitimis, quas melius scire debuisset, ignorasse; passas quoque suos primarios, Alym, Hruztanum et plerosque alios, qui ejusmodi statum eorumdem colonorum ratificaverunt, eosque bifariam tot solutionibus et servitiis distrahi passi sunt, mendaces et improbos fuisse. Abrogare itaque se omnes hujusmodi litteras ratificatorias eorum, ut falsas et indignas; patrem vero suum, dum vixit, sic imperasse, uti ipsi placuit, ejusque modis et formis omnibus annihilatis et invalidis factis, se jam sic imperaturum, ut ei libuerit.

Firmiter itaque deliberasse, ne imposterum eidem coloni in sua ditione constituti, bifariam sint obnoxii, census et servitia exhibere, velle quoque poni limites et desertum in medio, arcibus illis duabus disjectis. In quo nodo pariter diu laboravimus, curantes ut simpliciter stare eas permisissent; diutius differentes movere parilitate demolitionis Babolczae et Berzencze; et interim assidue ingerentes illis, armis esse captas, obstareque admodum dignitatem caesareae majestatis vestrae et religionem suam, quo minus eas distrahat, maxime autem, quod tot arci-

Digitized by Google

bus, comitatibus et subditis bello proximo amissis, non esse omnino e dignitate et honore ejus, ut reliquas demoliatur ac destruat; caeterum tanti id momenti esse quod exigerent, ut majestas vestra caesarea mallet Viennam et plures alias similes civitates bello sibi eripi, quam ut easdem arces hunc in modum diruat et solo aequet. Alioqui jam neque nos habere, quid super iis loquamur, quando invitati ad pacem amicabilem, aequam et honestam, nulla aequabilitate de ipsa pace agerent, violenta que nobis opponitur difficultas, nimirum sic velle suam magnitudinem, ut rem irrevocabiliter deliberatam. Disceptatique cum passis hunc in modum diutius, quam per horam et dimidiam, allatae sunt epulae, pransique in eodem divano cum illis, postea. quoque amotis epulis eandem repetivimus disceptationem.

Urgente hic passa, ut assentiremur principis sui voluntati, nobis vero in proposito persistentibus, remque intempestive motam esse saepius dicentibus, daturamque causam magnorum motuum in Hungaria magnatibus et nobilibus, qui utique ex iis deditiis et communibus subditis, vitam exules ex suis arcibus et curiis sustentarent: jactare tunc coepit principis potentiam, et caveremus, ne nostra contumacia indignaretur, remque pacis ad arma verteret. Atque ad haec responsum parantes moderatum, non sine tamen suo acumine: non esse pacificationis amicabilis oratores bello territare, accurrerunt ministri praetorii, assedisse principem in suo anditorio, et exspectare oratores. Mox itaque assurgentes omnes, deduxerunt nos ad principem, ibique exequuti omnia paulo verbis pluribus, quae salutationem, felicitatis precationem, gratulationemque de sublimatione ejus ad paternum

Digitized by Google

imperium, et munerum exhibitionem, oblationemque vicissitudinis officiorum concernebant, respondit princeps: intellecturum se omnia hujusmodi, et facturum omnia, quae pro dignitate sua poterit. Hisque eo mane sic transactis, recta a principe, soluto jam divano, ad hospitium rediimus.

Die postmodum 24. ejusdem Septembris, profecti ad supremum passam, solide intellecturi, quid omnino fieri deberet de utroque hoc articulo, in tam scabrosam controversiam perducto, et quibus modis ac rationibus hujusmodi divisio colonorum, positioque limitum fieri deberet, obiter quoque tentavimus adhuc: desinerent velle arces duas demoliri; demumque, si nihil optabilius post audientiam apud principem habitam super his decrevissent, peteremus facultatem mittendi ad caesaream majestatem vestram veredarium cum informatione difficultatis hujus juxta instructionis nostrae commissionem; quandoquidem nos tantam facultatem non haberemus, sed resolutionem a caesarea majestate vestra exspectaremus.

Tunc passa reliquorum articulorum, quos ei porrexeramus, paucis deliberatione praemissa: offendi vos tantopere Transsylvano non oportere, imbecillem esse, nec esse credibile tanta eum perpetrare, quanta illi apponuntur, et alioqui pupillum et beneficiarium esse sui principis, nec posse aliud eundem principem facere quam fovere et tueri illum. Mansurum itaque in Transsylvania, placereque ut in pace comprehendatur. In ea vero regni parte, quae est a Tibisco ad Transsylvaniam, pacifice partes possideant quae obtinent inpraesentia. Nec in hoc deliberationem aliam fieri posse, et concedere suum principem, ut

Digitized by Google

idem Transsylvanus cum majestate vestra possit de aliquibus arcibus sive bonis extra Transsylvaniam, aequis conditionibus permutationem facere, sic tamen, ut quantum dederit tantum recipiat, ne fiat in regno alienatio, quod est sui principis. Suppressisque nominibus hominum particularium, quae nominatim in diplomatibus principium suorum (uti passa dicebat) ex antiquo more non insererentur, satis esse, omnes tales sub generali vocabulo exprimere: magnates, nobiles ac reliquos omnes cujuscunque conditionis fideles subditos nostros. Quod existimavimus fieri odio Melchiovis Balassae, quo mirifice offenduntur. Praeterea aequum nos postulare, ut Transsylvanus praesentis pacis, si ea concludetur et in illam concesserit, pacta ejus observet. Zathmariensia irrita esse, nec illum potestatem habere quicquam de his, quae possidet, quovismodo alienare seu constituere, quum sit mancipium et zangziachus hujus principis, ac duntaxat usufructuarius omnium eorum, quae in manu habet; si autem accideret, ut bona et subditos caesareae majestatis vestrae damnificare praesumeret, gratius futurum huic principi, si castigatio ejus rejiceretur in illum; alias si ipse primas dannorum causas injecisset, defensionem caesareae majestati vestrae non inhibere.

Probavit quoque, ut si quae accusationes majestatis vestrae ad portam hanc perferrentur, interim nihil crederent, nihil contra eandem decernerent hostile, donec ipsius etiam rationes cognovisset. Assensus quoque est, ut cuilibet partium liceat in solo suo et novas munitiones erigere et veteres reparare. Similiter placuit, ne parvae discordiae finitimorum totam pacem perturbent. Placuit etiam, ut homines

Digitized by Google

caesareae majestatis vestrae, qui hic tenebuntur, oratorum fruantur privilegio, interpretes quot et quales voluerint, dummodo viros secretos, teneant. Eadem ratione in dandis et accipiendis litteris habeant libertatem, sed hoc utrumque cum suo scitu. De tribus reliquis probavit et penultimum et ultimum, verum de diminutione muneris honorarii neque audire voluit. Et licet nos affatim exposuissemus rationes, quanto tamen magis insistebamus diminui illud oportere, eo minus proficiebamus. Principem suum magno suo pudori ascripturum, si ei talia munera quotannis non penderentur, quae pendebantur patri; et legitimo jure belli eas regni partes esse ademptas, quarum amissionem pretextu diminutionis hujusmodi sollicitaremus. Quod bellum et quam jacturam non pertulissemus, si in dependendo suis temporibus eodem munere honorario diligentiores fuissemus. Se itaque valde et pudere et metuere, vel unicam mentionem facere de hoc, suo principi, et mirari etiam admodum, caesaream quoque majestatem vestram, tantum et tam potentem in Christianitate imperatorem, de lucello (sic enim ajebat) millium aureorum esse sollicitam. Nos vero quia jam multa argumenta insumpseramus in his diluendis, tandem (ut verum fateamur) nos etiam aliquanto remisimus, quum vidimus de re nec loqui eos velle, eoque vergere totum negotium, ut caesareae majestatis vestrae existimatio propter tam parvum aes scommatice perstringatur.

Sic percursa memoratorum articulorum deliberatione, hisque etiam de honorario munere protunc in silentium fixis, quod haec male contentis auribus audiebamus, nihil interim de oblatione caesareae liberalitatis majestatis vestrae praetermittentes: passa

Digitized by Google

repetito articulo de divisione communium colonorum, de positione limitum, et de distractione Tattae ac Vesprimii multo acrius coepit loqui, nobisque quasi necessitatem imponendam, ut voluntati principis sui annueremus: esse impossibile, ut princeps decedat ab hac voluntate. Nos, quia jam quaecunque dicere in contrarium scivimus et potuimus, omnia fere consumpseramus, et jam facultatem etiam obtinueramus edocendi de his caesaream majestatem vestram per proprium veredarium, in quo similiter satis torserunt nos, ut pro litterarum credentialium forma, finem his articulis statim eorum arbitratu faceremus: aut eadem respondebamus aut summarie uno verbo dicebamus, nos de conclusione horum articulorum a caesarea majestate vestra pro mandato suo exspectaturos. Nec interim posse quicquam super eosdem articulos nos respondere, postquam eorum princeps huic suae sententiae tam deliberate inhaesisset.

His hunc in modum eotum cum supremo passa actis, monuit nos, ut alios quoque passas singilatim omnes viseremus, et de his ipsis articulis ageremus; se quantum fieri poterit acturum apud principem, ut rem nostram promoveat, cavere tamen interim, ne reliqui passae calumniari se possent, quod ipse nobis faveret detrimento hujus principis, et solus vellet omnia agere. Die itaque XXV. et XXVI. aditis passis pro supremi admonitione, satis superque cum iisdem quoque pertractavimus, nec Pertavo faventiorem habuimus, Ahmatum et Pialym contra, reliquos aequiores, inefficaces tamen, ut sine peculiari passione. Sic luctati et cum iis passis aliis, nihil aliud judicio nostro effecimus, quam quod ad ravim usque declamavimus, et hortamenta tantummodo reportavimus, ut

Digitized by Google

voluntati eorum principis obsecundemus, antequam indignatione ad arma et vim intumescat. Esse enim illum pluribus locis potentissimum, et ubi semel ad bellum devenerit, aegerrime mutaturum sententiam, quod iidem eorum omnes Ottomani principes unum verbum haberent. Ad haec nos nec sollicite jam respondentes, nec admodum attendentes, quod multa elapsis colloquiis effuderamus, modestia et dexteritate non posthabita, instructioni ac rei nobis demandatae incumbebamus. Quam quum nulla ratione de his praecipue tribus articulis, in quibus et horum et nostra cura potissimum versabatur, ex sententia obtinere possemus, adhuc pertentare passam voluimus, num quid melius pro voto nostro in reliquorum passarum colloquio devenisset, postquam nos etiam cum illis colloqui voluerat? An etiam num perstaret in sententia jam nobis toties lata de dictis tribus articulis? peteremusque ad postremum, ut declararet nobis modum et rationem, qua et dimissionem colonorum et positionem limitum fieri vellet, quo caesaream majestatem vestram edocere possemus, eaque tandem decerneret, quid in hoc fieri vellet.

Ultima itaque die Septembris admissi ad audientiam passae, et exequuti verbis appositis, quae constitueramus et hic supra attigimus, non solum eundem passam melius aliquid non decrevisse invenimus, sed omnino eandem quam prius cantilenam coepit occinere, et impossibile esse dicere, ut princeps velit jam a decreto suo super hos tres articulos recedere, nosque jam cogitaremus, obsecundare illi, nisi bellum mallemus, quia aliter pax non consequetur.

Modus autem et ratio, qua ponentur limites et subditi nostri, qui hactenus injuria fuerunt communes,

Digitized by Google

praecidentur et segregabuntur ab iis, quos vos habetis in vestra potestate, haec tenebitur: ut scilicet mons, in quo est sita Agria, primus sit limes, inde discurrendo per Zolnok, per Hatwanum, per Filek, per Wygles, per Lewam, per Strigonium, per arcem Chokakew, et demum usque ad amnem Rignam, sic ut quicquid subditorum ab his limitibus sub eorum ditione esset, una cum Jazigibus et Cumanis cederent absolute illorum potestati, nec imposterum nobis essent censuales. Qui vero ab hiisdem limitibus ad partem nostram remanerent, ii, qui hucusque fuerunt eis censuales, deinceps quoque essent, reliqua in pristina immunitate sua persisterent.

Volentes tunc clarius informari de his, institimus omnibus viribus, ut nobis magis perspicue haec omnia declararet, et in scripto etiam daret, quo majestas etiam vestra facilius rem perspiceret, et deliberaret tali omnia moderamine, quo esset conveniens; quum non ita leviter adducta sit, ut amicitiam hujus principis habere et complecti voluerit. Nihil fecit, nec scimus, an quod noluerit, an quod nequiverit, quia res magni est negotii. Librum tantummodo nobis identidem principis sui ingerebat, non ostendebat tamen, in quo ajebat omnes arces, civitates, oppida et possessiones regni Hungariae esse descriptas. Si itaque nos in hoc minus caesareae majestati vestrae satisfecisse videbimur, supplicamus humillime, dignetur nos clementer habere excusatos, quia summo conatu in hoc institimus, sed aliud ab eo consequi nequivimus. Curavimus tamen, ut mandetur passae Budensi, quo dictum librum ostendat, si opus erit.

Non omisimus etiam summo studio et summis rationibus tam supremo quam caeteris quoque passis

Digitized by Google

declarare, quantae difficultatis erit haec divisio colonorum et positio limitum. Quod certe pacificationis tempore moveri non debebat, quandoquidem haec usurpatio in alterius partis potestatem communium colonorum, magnam principis hujus animi alienationem ab amicitia imperatoris nostri demonstraret, maxime quod vi etiam id, uti toties jam nobis dictum est, fieri debeat, si ultro et benevolentiae via non fiet. Verum ne adhuc duo argumenta intentata relinqueremus, alterum ex nobis, si sic forte caesareae majestati vestrae placuisset, nimirum ut hac regni divisione et praecisione colonorum omissa, omnibus arcibus, tam quae adhuc in potestate nostra sunt, quam quae jam in vestram devenerunt, possessiones et coloni sui redderentur, alterum ex instructione, extrema necessitate compulsi, videlicet, ut postquam incolumitatem arcium Tattae ac Vesprimii caesareae majestati vestrae nollent concedere, jure et amicitiae gratia diruerentur vicissim eorum duae: Babolcha et Berzencze, sic servata hac aequalitate in dejectione harum arcium existimationi utriusque imperatoris satisfieret. Prius itaque omnino negavit, alterum se curaturum obtulit.

Octobris dehinc prima, divano ejus diei soluto, nunciavit nobis passa, obtinuisse se, quod petieramus, ut arces Berzencze et Babolcza, novae et veteris distinctione facta, vicissim diruerentur. Id ea tamen conditione, ut postea nos Tattam et Vesprimium ipsum non instauraremus. Novam autem Babolczam nullam esse erectam, distrahendamque veterem, quae esset ultra Rignam amnem. Quod facilius qui istic sunt, pervidebunt, eaque destruetur cujus casus magis e re nostra erit. Quamquam et de vetere, si adhuc stat, et de nova, si fuerit addita, pari modo agetur.

Digitized by Google

Caeterum actis passae cumulatis gratiis, et caesarea liberalitate majestatis nostrae illi delata, aggressique curam de expediendo jam tabellario nostro, nulla re interim alia remorati, quam ultima deliberatione status Tattae et Vesprimii, cupientes de eo certi aliquid ad caesaream majestatem vestram posse perscribere, de repente noctis jam crepusculo interpres noster Mahmuttus ad nos venit, nuncians passae nomine, ut quas essemus ad majestatem vestram daturi litteras, prius illas ei ostenderemus. Scire se cupere, quomodo tam petitionem suam de Ahmatto Zecieniensi begho, quem instat donari huic principi, quam etiam de omnibus aliis nostris rebus.*) Nos etsi jam de certis indignitatibus expostulati fueramus, quas a quibusdam, malitia ne ministrorum an etiam ignoratione passae, perferremus, nescimus, animadverso tamen hac ex re contemptu plane non obscuro, quo putabamus nimis nos ab eis subjici velle, dum impelleremur ad insolita hujusmodi, quorum tota indignitas in caesareae majestatis vestrae existimationem redundare videbatur, ratique nostri officii nostraeque fidelitatis esse, id injuriae non obaudire, nec nos summitti tantae insolentiae, renunciavimus passae perturbatiore animo: Id nobis novitatis admodum grave et injurium esse, qua aperte nos capi sub jugum quoddam sentiebamus, ex eaque etiam ad caesaream majestatem vestram nobis hic subactis, subjectionis quiddam erat perventurum, quam adhuc nemini unquam subjectam fuisse, a tota vero Christianitate coli ac suspici; nosque etiam eandem huc misisse, non ut subditorum more pacem peteremus, sed invitati, vocatique

*) Kimaradt: ‚scripseramus' vagy más rokon értelmü ige.

Digitized by Google

amicabiliter, sub aequis et honestis conditionibus tractaremus. Aliter si nobiscum ageretur, nostraeque litterae excuterentur hunc in modum, qua insolentia et vi retroactis annis nunquam domum Ottomanam fuisse usam: nos nec tabellarium nec litteras ad majestatem vestram esse missuros. Et si quid obstinatius in nos committere vellent, mori prius esse paratos, quam honori ac dignitati imperatoris nostri defuturos, non aegre insuper laturos, si infectis rebus domum nobis esset redeundum. Ablegato interprete cum his quae eloquuti eramus non dejecto spiritu, ut intelligeret passa, esse nos oratores totius Christianitatis imperatoris, velleque ita haberi, ut deceat tanti principis oratores, etiam si majora et graviora in nos creparent.

Intenti post in responsum ad hujusmodi, die sequenti summo mane idem interpres ad nos rediit et longe mitiora nobis retulit, quam arbitrabamur. Passam significare: simus bono animo, a nulla vi nobis esse metuendum. Nos neque contemptu peti neque sub jugum mitti. Et caesareae majestatis vestrae amicitiam et existimationem apud suum principem eo loco esse, quo summi Christianorum imperatoris et esse et haberi debeat; nec alio animo cognitionem litterarum nostrarum desiderasse, quam simplici, et ut potuisset principi suo aliquid de his dicere, si se requisisset. Sic et hac tragoediae nostrae parte ad suum finem deducta, tabellarii expeditionis curam quietiore animo repetivimus.

At jam caesarea majestas vestra informata humillime a nobis de difficultate divisionis colonorum, et positionis limitum, dignabitur quam maturrime, clementerque et deliberare et commissionem ad

Digitized by Google

nos transmittere, ne ii novas aliquas de eadem suspiciones sibi proponant. Quia mirum est, quantopere anhelant, ut haec pax nostra celerius concludatur.

Quia vero sacratissima majestas vestra clementer nobis in instructione mandavit, ut de difficultatibus ad eandem remissis opinionem quoque nostram scriberemus, quid scilicet nos facto opus esse putaremus: de duabus arcibus non est, quod prolixius loquamur, postquam sic rem earum peregimus, ut ad postremum jussi fueramus. Et certe ita pro earum incolumitate ac pro dignitate caesareae majestatis vestrae laboravimus ut prope dimicaverimus; sed hostis tumidus et potentia fretus nullis argumentis, nullis justissimis et verissimis rationibus flecti potuit, fecimusque, quod potuimus.

De colonis vero dividendis et ponendis limitibus, difficile et periculosum est vel os aperire. Quae tamen cum venia pro captu nostro dici possunt: si divisionem hanc colonorum, et positionem limitum caesarea majestas vestra concederet, ut damnosum et turpe esset non solum apud exteros, sed etiam apud domesticos, ita manifeste quodammodo appareret, quod caesarea majestas vestra eas eidem hosti regni partes non solum excusabilibus aliquibus causis concessisset, sed etiam parum probabilibus contulisset. Unde imposterum et pace in bellum aliquando redeunte facilius in pauca reliqua invaderet, et jure etiam quodam sibi super hiisdem partibus arroganter vendicato, illud insuper jactare, novis aliquibus rerum causis postulantibus, non omitteret, sibi a caesare et rege Maximiliano II. regnum fuisse traditum, eoque se non solum belli sed etiam collationis ejus jure potiri. Quod non posset caesareae majestati

Digitized by Google

vestrae accidere, nisi cum existimationis suae magno praejudicio.

Accederent huc et magnatum ac nobilium querimoniae; non silerent etiam militares ac minores populi, et interim posset etiam contingere in tanta rerum publica desperatione ac tristitia, ut, destituta caesarea vestra majestate, in varia universi dilaberentur praecipitia, maxime autem ad Transsylvanum. quem vel velit mundus, vel nolit, hic princeps et ii passae tuentur, quantum omnes eorum favores et vires possunt, suo certe, praecipue, non ejus beneficio. Taliaque etiam suscitari possunt caesareae vestrae majestati ab iis, qui offenduntur Austriacae domus amplitudine, quae majestatem vestram supra modum perturbarent.

Verum, clementissime inperator, non desunt etiam contraria argumenta, quae diligentius pensitata viderentur esse admissibilia, quodque hosti possunt concedi aliqua, nunc rebus nostris ita languentibus. Hujusmodique argumenta, ut paucis percurramus. Non ignorat majestas vestra, quod ab eo tempore, quo hae deditiones subditorum coeptae sunt fieri, apud etiam defunctam majestatem fere nullius earum utilitates fuerunt considerationis. Unde finitimis praefectis jus cum officio dabatur, ut easdem villas in subsidia militum distribuerent, seque etiam illis juvarent. Quae subsidia etsi multo utiliora erant quam stipendia, similibusque extorsionibus ipsi etiam praefecti supra modum ditarentur, vestris tamen majestatibus non aliud commodum proveniebat, quam quod hac ratione possessio utique aliqua regni retinebatur, verum ita retinebatur, ut saginatis aliquot militibus, haidonibus, et similibus aliis vagis hominibus, praeda

Digitized by Google

viventibus, qui furtive excurrebant per hujusmodi deditios, tantum abest, ut servarint majestatibus vestris vel in parte aliqua regnum, ut hostibus saepissime lacessitis, multo certe plura, similium hominum culpa ad hodiernum usque diem de eodem regno amissa sunt, quam virtute recupérata et conservata, nec interim vel unica stipendia majestatibus vestris relaxarunt, quum ipsi tanta commoda caperent de subditis deditiis.

Huc et illud accedente, quod foedera etiam cum Turcis retroactis temporibus habita, nulla fuerunt diuturna, sed percussis tantummodo, et eorum transactionibus visis, paulo post ab iis ipsis semper fuerunt perturbata. Quod praecipue nunc quoque in causa est, quod hic princeps adeo contumaciter inhaeserit et incubuerit in hanc sententiam, ut scilicet memorata divisio colonorum, et positio limitum fiat, caesareaque majestas vestra ac sui omnes prorsus eximant manus ab eorum vel cura vel administratione, nec quisquam eos, ut hactenus, ad solutionem censuum, servitiorumque exhibitionem adigere praesumat. Idque sic apud suum principem, dicebat passa, esse decretum, ut, nisi cum eo amicabiliter de hoc, uti petit, in tractatu pacis hujus transigetur, omnibus aliis consiliis suis inpraesentia posthabitis, bello se usurum et curaturum, ne victoriarum paternarum fructus hostes obtineant.

Hoc autem quod idem princeps conari et perficere nequeat, esto quod multi sint, intima principum ignorantes, qui dictitent, vires horum nunc esse fatigatas et exhaustas ferme bellis proximis, principem vero militiam aversari, delectari otio, pleraque imperii munia negligere, Persamque molestum habere, et alia

Digitized by Google

in hanc sententiam multo plura: trivialium hominum opinionibus innituntur, nostro quidem judicio quemcunque etiam fatigati atque exhausti audebunt excipere. Nos autem quoties jam experti simus hanc aleam, totius regni Hungariae amissio testatur. Et si adhuc vel semel non verebimur experiri hoc periculi, multis hac tempestate domi nobis ad haec tentanda pro voto non respondentibus, facile fieri posset, (quod Deus avertat) ut cum dedititiis reliquos etiam amitteremus.

Si huc illud etiam ascribemus, quod ad jus armorum attinet et passa principem suum imprimis et summa sollicitudine urgere ait, maxime quod nostri in ejus ditione hactenus tam libere per utramque ripam Danubii usque in Syrmium, per Tibisci vero alteram Titulium usque, et deinde in Bacciam et Colloclam praedabunde excurrerunt et extorsionibus (ut ipse dicit) subditos suos armis paternis acquisitos vexari aerummisque afficere; haud dubie, si quod partibus judicium daretur, hac via etiam (passa dicebat) quod voluntas principis ejus probaretur et adjudicaretur illi totius causae meritum.

Adde etiam, quod successiva jura in hoc Ottomanorum principum imperio (quod idem passa saepius ingerebat) nullum locum, nullum usum, nullas leges habent. Armis et parricidio avitum imperium sortiuntur. Et illud sic regunt atque gubernant, reficientes antecessorum modos et formas, prout cuique alia atque alia placuerint ac displicuerint, et commodiora sibi videbuntur. Unde et identidem hortatur nos, relinqueremus vetera, et cum novo principe nova moliente concordaremus, et accomodaremus nos novis ejus institutis. Scientes propterea, quod paterna fides

Digitized by Google

Hungariae data subditis de quorum statu nunc agitur, immo neque etiam juramenta eundem suum principem ligant, quae omnia cum eodem simul decesserunt, et se jam suis usurum juribus et authoritate quoad vixerit, posterum cura non teneri, quae esset in Dei et gladii potestate.

De argumentis nostris, quibus hujusmodi rationes diluere et extenuare conati sumus, et multa et non invalida fuerunt, jamque superius quaedam attigimus, eisque propter brevitatem omissis, posteaquam satis jam abunde ostendimus difficultates tantae controversiae, finem tantummodo opinioni nostrae, quid faciendum fore arbitraremur, expediemus. Illud vestrae caesareae majestati et dominis regnicolis non putantes pro ratione temporum omnino esse rejiciendum: nimirum si huic principi longinqua remitterentur libera, limitibusque militaribus hominibus deductis et constitutis, reliqua apud utrosque suae cuique arci restituerentur, cessaret quoque imposterum deditionum faciendarum coactio, et quique, tam eorum quam nostri subditi, suis duntaxat dominis et census et servitia pendant, non bifariam ut hucusque.

Atque haec tametsi non omisimus passae proponere nostro duntaxat nomine, idque in eum modum, si caesareae majestati vestrae placuisset nostra opinio, nec displicuisset ipsi passae aut suo principi: sed frustrati sumus, nec admisit hunc etiam modum, volens omnino, ut qui coloni cedent illis, ipsis solis serviant, et pendenda pendant, nostri solito more bifariam. Quod et iniquum est et nefarium, nec ullo modo admittendum, cui conditioni etiam nos hic summo conatu refragati sumus. Caeterum majestate vestra caesarea de difficultate hujusmodi humillime infor-

Digitized by Google

mata celerem deliberationem exspectamus. Et jam privata quorundam exequemur.

Oratori Gallo venerunt pro hoc principe et supremo passa munera quaedam pauca, cuppae, pelves, gutti, salini, candelabra et id genus alia cum certo numero vestium panni serici et lanei preciosioris. Quorum valor est, ut refertur nobis, quinque circiter millium coronatorum. Quarta hujus mensis convenit passam. Imperatorem 12. hujus conventurus et exhibiturus munera. Instat pro classe in Corsicam deducenda. Affectat quoque nuptias filiae Petri vojvodae Transalpinensis et eum principatum, potitusque utroque desiderio multas legiones Ugonottorum cum rebus et familiis suis passae pollicetur, affirmatque quod ex harum provinciarum altera Philippo regi, ex altera caesareae majestati vestrae admodum noceri poterit.

Pergit etiam (sicuti ante scripseramus) pacem hanc turbare, et si voti compos non fuerit, Ugonottos quoque cum rege suo in eadem comprehendi curat. Homo est juvenis, annorum circiter XXVIII. et ingenio valde volubili, ac plane toto Gallico, cujus pleraque passam ridere ajunt, caeterum respondit illi ad haec praesentia: Classem nunc caesari suo esse necessariam. Nec licere Turcis Ugonottorum, quicunque sint illi mortales, aut similium quorumvis hominum privatorum nomina indere in diplomata principum familiae Ottomanae. Desineret itaque de Ugonottis cogitare. Regis tamen habiturum se rationem si caesareis oratoribus persuaderi poterit. Habemus etiam ex optimo loco, vereri Gallos, ne majestas vestra pacificata cum hoc principe, conjugioque Anglicano consequuto, bellum eis moveat propter quasdam im-

Digitized by Google

perii civitates, neve eadem in majus amplificari queat. Unde, ut astruat suas fantasias, retulit quoque passae, magnas turbas in imperio exortas esse contra caesaream majestatem vestram, sectasque Flandricas denuo invaluisse et ducem Alvam magnis periculis in ea provincia conflictari.

Simili modo passa quoque sua sponte in cursu nostri colloquii dixit nobis, idque jam secundum, timere Venetos caesareae majestatis vestrae magnitudinem, maxime si pax ista concludetur. Ideo optare, ut etiam ipsos curaret in hanc ipsam pacem comprehendi, quo securiores esse possint de limitibus, quos cum majestatibus vestris habent. Marinus tamen de Caballis, dum hic esset et multa indigna sustineret, ajunt quidam boni viri, semper palam negasse, oratores majestatis vestrae ad hunc principem esse venturos. Verum ubi primum accepit, eosdem esse jam in itinere et venire cum muneribus, subito tam praecipite coepit urgere expeditionem, ut litteris etiam transactionis eorum, pro quibus a senatu venerat, non omnino confectis, e republica uno et XX. millibus aureorum dimissionem extorsit et recessit non sine variis populi scommatibus, varie interpretantes id festinationis tam intempestivae ob adventum nostrum. Caveruntque valde apud nos, qui haec de Gallo et de Veneto nobis retulerunt, ut secretissime teneantur, non solum hic, sed etiam istic.

De Persae motibus non pauca afferuntur, sed valde cuncta occultantur; orator autem ejus jam a VII. mensibus vulgatur quod sit in itinere, locumque nominant ad quem pervenerit, sed his adventus ejus reciprocat, ut Siculum fretum, jamque praeter

Digitized by Google

Turcas nemo venturum dicit. Nec de eo aliud scribere possumus, tanta sit de adventu ejus incertitudo. Classis solita diligentia et sollicitudine adornatur. Princeps cogitat intra XXV. dies Hadrianopolim. Nos sequi ne volet, an non, ignoramus. De Bebeccho, de bonis ejus, ac de arce Mwnkach nulla prorsus adhuc facta est mentio, nos etiam siluimus. De Zigeto ac Giula quoque caute mentionem feceramus, ut habemus in instructione, sed ulcus ungue attigimus, neque cogitari volunt de his arcibus. Meminimus etiam apud passam de pacis tempore, opportunitates hic postulare, neve nos coepissemus loqui de dicto ejus tempore, vitantes gentis intemperies, persuasurique majestatem vestram, sinceriter pro pace ageret,*) respondimus: eandem id in vestrum principem rejecisse, ad quot annos voluisset, vel etiam utriusque vita durante, sed quia de hoc tractabitur in conclusione, nullum amplius verbum fecimus.

Caeterum miratur passa, quod majestas vestra postulatos captivos beghos huic principi dono non miserit. Ait enim, quod plurimum gratificata fuisset illi, addidissetque etiam facilitatis aliquid in eo ad complacendum petitionibus vestrae majestatis. Circumivimus hunc articulum, quantum potuimus, summa cura, et conati sumus id ei tollere desiderii juxta eam formam, quam instructio praescribit nobis, sed nihil effecimus. Et quia jam Mahmut se redimerit, instat omnibus modis, ut Ahmatum Zeczeniensem beghum mittere velit. Ait, hoc tempore suo principi majestatem vestram, rem gratiorem non posse facere. Cui nos etiam humillime supplicamus, ut dignetur grati-

*) Közbenszúrt zagyva sorok.

Digitized by Google

ficari isto captivo, huic et principi et passae, ne forte remittent aliquid de difficultate praesentis nodi; aut si nihil aliud obtinebimus, petemus pro eo juvenes nobiles in inclusa scheda descriptos. Proximis etiam diebus ciausus quidam in oppido Tur captus dicitur esse ab Agriensibus et ad majestatem vestram deductus, Turcis quibusdam et Transsylvanis, qui eum deducebant, pessime habitis, quod Transsylvanus summa celeritate significavit passae, quo est valde perturbatus. Nos tamen ita egimus, ut super hoc majestatis etiam vestrae exspectaretur informatio. Assensus est passa, et optat reddi omnem praedam, et ciausum huc mitti; interim tamen operae pretium erit, ne hi casus incidant, et puniantur etiam serio aliqui, ut, quae nos hic affirmamus, istic effectibus comprobentur. Alias frustra hic nitemur. Fineque his nostris posito, sacratissimam caesaream majestatem vestram Deus Optimus Maximus quam diutissime incolumem et felicem servet, nobisque clementer ignoscat, quod rarius scribimus. Nam hic hoc tempore omnibus publicis hominibus quoad mittendas litteras omnia sunt astricta et inhibita. Constantinopoli, 7. Octobris 1567.

Digitized by Google

XXXVI.

Bornemisza Pál, erdélyi püspöknek Verancsics.

Ad reverendissimum dominum Transsylvanensem.

1567. oct 7. Ego beneficio Dei vivo et bene valeo, quamquam post aegritudinem non omnino levem. Hoc scribo, ne credat rumoribus, si quid de me secus isthuc pertulissent. Quandoquidem tunc etiam, quum paulo interdum fuerim debilior, nihilo infirmius gessi rem mihi demandatam, quam si fuissem firmissimus; speroque quod in posterum quoque valebo magis pancratice, nec opera mea majestati caesareae, domino nostro clementissimo desiderabitur, modo rem haberemus cum hominibus mitioris et aequioris genii.

De hoc tamen satis, nec publica a me exigat, quae intelliget a caesarea majestate, quae quidem talia sunt, quae plurium dominorum consiliariorum et magnatum censura debebunt excuti, et decerni quae erunt decernenda.

Interim reverendissima dominatio vestra habeat mea omnia commendata et occasione oblata scribat etiam aliquid de vestris rebus, addet quoque quid egerit reverendissimus dominus Strigoniensis de resignatione mea praepositurae Turocensis in meum nepotem; quid etiam de domino Sbardellato, et demum de omnibus aliis, de quibus scribi poterit. Dalmadinum commendo, et optate ac feliciter valere. Constantinopoli 7. Octobris 1567.

Digitized by Google

XXXVII.

Mihály testvérének Verancsics.

Ad Michaelem fratrem.

De statu vestro et incolumuitate dubius, quum a 1567. oct. 12.
digressu nostro ex Pannoniis prorsus de vobis nihil usquam intellexerim, et quum desiderio salutis vestrae majus non habeam, videte quo moerore animus, qua amaritudine cor meum torquetur. Vos autem, ne similem angorem perpeteremini, quum aequo erga me affectu sitis, jam binas meas ad vos ex hac urbe dedi, haeque erunt tertiae. Quarum si vel unae tot maria incolumes enavigaverint, illabenturque in manus vestras, et diligentiam meam in scribendo non defuisse vobis cognoscetis, et de salvo statu meo nihil, quoad hoc tempus, dubitabitis.

Proinde expeditio quoque nostra non proferetur longe, reliquis enim prope omnibus ex sententia transactis, pauca quaedam proximo quatriduo per peculiarem veredarium ad caesareae majestatis deliberationem propter nodos, quos habeant, transmisimus, atque ea ubi redierint caesareo digesta judicio, conclusioni totius legationis incumbemus, et reditum curabimus.

Vos tamen, non curata interim vel tardiore vel celeriore expeditione nostra, quibuscunque viis poteritis, nec enim de republica inter nos agimus, detis operam, ut vestris litteris certior fiam, quid sit de vobis

Digitized by Google

quid de tota domo, et quam recte cum Petro transegeritis. Quid item de Hungaricis rebus habeatis, quia ne illinc quoque quicquam adhuc litterarum accepimus. Hinc autem tam aegre dantur, quam ex eo loco, in quo succurrit nulla redemptio. Vale cum magnifico domino capitaneo Michaele Luceio et cum tota ejus ac nostra domo. Constantinopoli, 12. Octobris 1567.

XXXVIII.

A császári felségnek Verancsics és társai.

Ad caesaream majestatem.

1567. oct 24. A die septima hujus mensis, qua Eduardum ad caesaream majestatem vestram cum difficultatibus de articulo dividendorum communium colonorum et ponendorum limitum in regno Hungariae expedivimus, in eo duntaxat occupamur, ut articulos pacis in ordinem redigamus, exspectantes interim quid caesarea majestas vestra super his deliberabit, quae ad eandem data sunt Eduardo. Quae quum sint difficillima et plena malitiae hostilis, tum certe deliberatione indigent non praecipiti, sed matura et plurifariam perspecta. Nam hostes illud potissime captant, ut dedititios suae duntaxat potestati vendicent sine negotio, eosque ita demum sibi muniant quaqua versus limitibus, ut ad reliquum Hungariae obtinendum, duo duntaxat illis supersint: Agria, Dravaeque ac Murae interamnium; Rigna autem amne ita pauca illa, quae circum Balatonem lacum et in illis satis angustis tractibus vestrae majestati restant, excludant, ut re-

Digitized by Google

liquum Croatiae facile potestati suae subjiciant et in Stiriam atergo Rignae securissime excurrant, populenturque omnia obvia. Hoc autem consilium hostium vel ex eo deprehenditur, quod necdum pace conclusa, quam tractamus, ipsi jam dudum dedere mandata ad finitimos beghos, ut quique eorum arceant nostros a dominio communium colonorum, inhibeantque et Agriensium venditionem vinorum in Jazigum Cumanorumque possessionibus, et census ac servitia eos colonos, qui ultra Rignam sedes habent, pendere majestati vestrae non permittant Quod etiam ex litteris proximis caesareae majestatis vestrae intelleximus. Ideo haud dubie ardua est tantae difficultatis deliberatio, quod in parte altera valde sit damnosa, in altera vero periculosa, qua hostes bellum minantur, si conditioni postulatae non assentiemur.

Quantum autem hostes hoc tempore bellum terrestre gerere possint, multa et nos ipsi cernimus, et referuntur ab aliis, sed vix ulla ratio est, qua id facultatis nunc habere possint, quacunque enim proxima expeditio ducta est, ubique omnes populos ad extremam egestatem redegit, sic ut possessiones etiam quam plurimis in locis deletae fuerint. Quia ultra quod initio belli omni frumento spoliati, pecuniaque censiti fuerint, et exercitum magna ex parte sequi sunt compulsi, omnes quoque ordines militares, quemadmodum alii aliis, iter agentes succedebant, gratuita annona et pabulo ii, qui domi remanserant, coacti sunt fovere. Hincque factum est, quod neque sementem facere potuerint, tot incommodis pressi. Unde et Turcae quidam amici nostri retulerunt nobis in hanc sententiam: hos nunc terrestri bello vacare non posse, quod panem non habeant, et propterea, velint, nolint,

Digitized by Google

facturos vobiscum pacem. Quandoquidem et Persae certis apparatibus perturbantur, qui cum quibusdam vicinis Arabibus inito foedere, nihil minus, quam de oratore huc mittendo cogitaret, et valde intentum esse delectibus faciendis. Nec deesse rumores, loca quoque jam hujus principis nonnulla expugnasse et caedem in praesidiariis ejus fecisse. Quae omnia quantum habeant veritatis, adhuc in incerto est, sed tamen his de rebus palam hic omnium ora loquuntur, spesque accisa omnis est de adventu oratoris ejus. Quod iis (uti multi dicunt) magnam belli significationem facit, suntque admodum ex ea parte solliciti.

De maritima expeditione multi varie opinantur, sed nemo adhuc quicquam vere affirmat, quo sit destinata, utcunque et de Cypro ac Melita, et de quibusdam aliis locis vulgo circumferatur. Et tametsi jam 163. triremes habeant, omni fabrili opere absolutas cum omnibus suis attinentiis, quia tamen nondum imperati sunt remiges nec alia navium genera expediri jussa vehendis munitionibus et commeatibus, desieruntque etiam a sollicitudine, quae proxime circum easdem triremes expendebatur, omnes arbitrantur, generalem aliquam expeditionem non futuram, nisi si LX. aut LXX. triremium, maritimorum locorum gratia tuendorum; utque ostendant Christianis, nihil illorum nec viribus nec animo ad belligerandum decedere. Haec ex bono loco.

Heri autem hic princeps profectus est Hadrianopolim. Quid ibi hoc hiemis tempore acturus, non multis constat, sed quidam ajunt, quod in gratiam affinium foeminarum, quas zultanas vocant, quae sunt in omnium passarum conjugia distributae; quidam vero, quod propter venationes et aucupia, quodque ibidem

Digitized by Google

totam brumam decrevisset exigere. Nos veremur, ne ob eam causam, ut bello minitetur Hungariae reliquiis, quasi jam Hadrianopoli erit in procinctu aggrediendi bellum, si proximis ejus postulatis caesarea majestas vestra non annuerit. Jussum autem est, nobis quoque, ut eodem sequemur principem, ibique exspectemus deliberationem caesareae majestatis vestrae super his, quae ad eandem data sunt Eduardo.

Caeterum litteras majestatis vestrae penultima Augusti datas XII. Octobris instantis a supremo passa nobis redditas incolumes quidem accepimus, sed valde sero; nescimusque an hujus, an Budensis passae tam diuturno tempore detentae fuerint ergastulo. De quo etsi loqui non praetermisimus, causam tamen certam non potuimus assequi. Eaque cura intermissa, qua frustra torquebamur, excursiones et praedas post discessum nostrum in omnibus ferme nostris confiniis per finitimos beghos factas, quas hisdem in litteris inclusas accepimus, Turcice descriptas eidem passae exhibuimus, nec praetermisimus oratione quoque magis perspectas illi reddere, petentes et mandata nova, ut praesentes induciae integrius servarentur, et ut omnis praeda maxime autem hominum et jumentorum restitueretur. Quod et majestas vestra apud suos esset curatura, si quid ipsi etiam similium praedarum ex ditionibus Turcicis habuissent. Sed quid tandem apud eundem passam profecerimus, nondum videmus. Nam initio impingens in castellorum Bathyan, Segesd, et Zabatkae instaurationem. cur scilicet, hoc non liceret illis in eorum ditione, ferocius aliquandiu, induciarum oblitus aut etiam earundem nolens omnino meminisse, declamitavit; nosque vicissim opponentes responsa necessaria, vix-

Digitized by Google

tandem persuasimus, sic has praesentes factas esse inducias, ut dum pax solida concludetur, et armorum usus inter partes cesset et fortalicia nulla reparentur, sed omnia in eodem statu apud utrosque fines permaneant, in quo initarum induciarum tempore fuerunt.

Vertit hinc sermonem ad articulos querimoniarum, eosque subridendo coepit ironice ordine excutere et diluere, impossibile esse dicens, quod Musulmani vel unica mandata principis sui obaudirent, nec parerent eis. Excursiones, et depraedationes has non esse veras, et Christianorum esse figmenta. Ubi vero dixeramus in festo divae Magdalenae congregatos fuisse Turcas Sclavoniae finitimos supra mille equites sub Gora, X. personas captivas fecisse, et supra LXX. capita pecoris majoris abegisse; die quoque 24. Augusti duos beghos collecto circiter trium millium equitum et peditum numero, bombardisque instructos campestribus, castellum Zakan diem et noctem oppugnasse, frustratosque recessisse, exclamavit spiritu prope quodam actus: Et quid (inquiens) vos giauri timorem hunc non animadvertitis, quo vos Deus afficit? Ex decem aut duodecim Musulmanis, quos in vos idem immittit Deus, perstricta vobis et mentis et oculorum acie, duo et tria millia eos vobis videri facit. Ubi igitur finitimi beghi, quos vos nominatis, tot equites et pedites facere queant? Ad quae respondimus utique aliqua simili ironia, sed uti vidimus eum quasi irridere querimonias nostras, nosque velle eludere ineptiis hujusmodi, ad gravitatem muneris nostri compositi, diximus: Domine passa de sanctitate vestrorum militum, deque gratia, qua polletis apud Deum, nos non agere, verum neque imperatorem nostrum cum vestro tractare ludicra. Duo

Digitized by Google

vel tria, quae dicitis commisisse nostros finitimos, coelum ipsum completis clamoribus, nosque capitis reos facitis; vestri pluries quam vicies tot perpetrarunt, quae neque credere, neque audire vultis, et insuper habetis pro figmentis, et pro rebus minime veris, dictitantes, Christianis (ut Musulmanis) fidem non esse adhibendam. Ideo omittamus et nos ludicra, vestraque illustrissima dominatio curet mandata ad Budensem passam, ut de his cum caesareae majestatis hominibus cognoscant; cognitaque omnium rerum veritate jubeat primum observari inducias, deinde praedam restitui; nosque hic, quae ad concludendam pacem spectant, tractemus sine istis frivolis disputationibus.

Post haec Transsylvanum etiam non praetermisimus, ut ei quoque mandetur serio, ne tumultuetur extra Transsylvaniam, suosque apud se retineat. Quia alioqui ipse viderit, quidquid incurret, si caesaream majestatem vestram lacessere non desierit. Respondit passa: haec omnia se facturum, quum erit Hadrianopoli. Sed quantum videmus, frustra quis eis in odium adducit Transsylvanum; suis commodis illum mordicus tuentur. Unde nos etiam diceremus humillime, ut interim, donec pax concludetur, majestas vestra caesarea summo studio retineat illa, quae habet intra Tibiscum et Transsylvaniam, nec desit suae et suorum defensioni, si idem Transsylvanus non conquieverit. Quo casu, si Huzth quoque haberi poterit, occasionem non esse praetermittendam putaremus, sed sic, si primae ab eo porrigerentur causae. Nec id quidem immerito, ut cum Cretensibus cretizetur, nam quum de Transsylvano agere coepissemus et dixissemus, praefectos ejus jactantius se se gloriari: datam sibi a domino suo

Digitized by Google

fuisse potestatem recuperandi et Banyam et Erdeud et quae inibi sunt reliqua, addidissemusque, sic nunquam pacem firmiter constaturam inter nostrum et eorum caesarem, si Transsylvano tanta licentia dabitur grassandi in caesareae majestatis vestrae ditione; admodum frigide, nec pro exspectatione nostra, nec pro eventu pacis respondit, adjiciens, haud quaquam se dubitare, quod Transsylvanus libenter recuperaret et Banyam et Erdeud et omnia alia, quae in illis locis, ut sua, antea obtinebat, si posset: sed sine nobis non poterit. Respondimus: hoc expresse esse contra praesentes inducias, sub quibus nihil hujusmodi novitatum vel nobis vel illis attentare liceat. Ea autem quae Transsylvanus asserit esse sua, quomodo in jure usurpare sibi queat, si nec patri ejus ea fuerunt propria, quae in Hungaria potestati suae subdiderat, et malis rationibus acquisiverat?

Sic et his studiose intercisa disputatione, quia videbamus, etiam Transsylvano factam fuisse potestatem recuperandi aliquid amissorum sub hoc tractatu pacis, quemadmodum et Turcis, qui nunc novas deditiones colonorum urgent, et captant, ut pleraque loca alia, ita et castellum Zakan propter Dravi et Murae interamnium, ut sub hoc etiam tractatu pacis detrahant aliquid nobis, uti saepe fecerunt aliorum foederum temporibus, quibus multa amisimus et lucrati sumus nihil, sic hoc exemplo, quid vestram quoque majestatem deceat bono jure facere, si hujusmodi dolosis praxibus vel a Transsylvano vel a Turcis provocabitur, majestas vestra novit.

Postremo quoniam passa interdum nos durioribus, nec adeo convenientibus caesareorum oratorum conditioni verbis perstringit, non sine gravi nostra

Digitized by Google

perturbatione, latere majestatem vestam noluimus, usique interim modestia, et re, quasi non intellecta, studiose praetermissa, aculeata hactenus pro ejus intemperantiae merito non sumus ausi respondere, ne forte turbaremus aliquid, quod caesarea majestas vestra turbari nollet. Supplicamus itaque, ut clementer dignetur nos instruere, quid posthac in hoc nobis agendum erit; num haec tolerabimus, nec ne? Nam ut est agrestis homo maxime, ita et superbus est quam maxime. Nosque haec habuimus inpraesentia, quae ad caesaream majestatem vestram humillime scriberemus. Quam Deus Optimus Maximus diu servet incolumem et felicem. Constantinopoli 24. Octobris 1567.

XXXIX.

Verancsicsnak és társainak Maximilián császár.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus, nobis dilectis, episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis. 1567. nov. 17

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus imperator semper augustus, etc.

Reverende devote, nobiles, fideles nobis dilecti. — Existimamus te Albertum de Wyss meminisse, quod antehac tibi commendaveramus eliberationem cujusdam Casparis Guspari, qui ad Gerbas captus et Constantinopolim ductus fuerat, ubi etiamnum detineri dicitur; pro quo, cum jam denuo fuerimus humiliter interpellati, et nos afflictis istis hominibus, qui

Digitized by Google

nobis et domui nostrae fideliter servierunt, et dum bonam nobis operam praestare satagerent, duram quoque captivitatem inciderunt, ex innata nostra benignitate opem nostram non possimus denegare, vobis jam semel*) ejus eliberandi curam demandandam duximus, jubentes et mandantes, ut si poteritis commode et sine negotiorum nostrorum impedimento, libertatem ejus apud serenissimum Turcarum imperatorem aut illustrissimum ac magnificum Mehmeth passam, vel alibi promovere, nomine nostro pro illo intercedatis, miserumque auxilio vestro non destituatis.

Similiter vobis etiam clementer commendamus eliberationem cujusdam Hispani, Lopecotan Caravayal vocati, qui sese, cum esset capitaneus unius cohortis peditum, ante novem annos in servitiis serenissimi et catholici Hispaniarum regis, fratris et patruelis nostri charissimi, in conflictu ad Mostogan habito, periisse, et cum octo annis fuisset in potestate vicerepis Algirensis, tandem ab eo se serenissimo Turcarum imperatori isthuc dono adductum asserit; pro fraterno namque amore, qui nobis et dicto serenissimo regi invicem intercedit, non gravate etiam alter alterius subditis atque fidelibus, ubicunque possumus, opitulamur. Et in hoc exequemini benignam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna die decima septima Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani et Hungarici quinto, Bohemiae vero decimo nono. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. Maximilianus m. p. M. Singkhmoser m. p.

---

*) Az eredetiben, talán tollhibából: ‚simul'.

Digitized by Google

XL.

Ugyanazoknak ugyanaz.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis[1567. nov. 22.] dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratorſbus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis.

Verancsics kezével: Redditae sunt Hadrianopoli 13. Januarii 1568.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, nobiles, fideles nobis dilecti. — Accepimus ab Edouardo de Provisionali litteras vestras die septima proxime praeteriti mensis Octobris datas, una cum exemplo earum, quas antea, nempe [decima octava Septembris per viam Venetam] ad nos dedistis, nobis quidem in hunc usque diem nondum redditas. Ex his autem cognovimus, quae vobis in ista vestra legatione a die, qua vos, episcope, et Christophore a Teuffenpach, Constantinopolim appulistis, eatenus quotidie occurrerunt, quatenus in demandata vobis pacis tractatione progredi potuistis, in qua licet neque nos tot et tam graves difficultates exspectabamus, quia tamen vos rem omnem, ea qua potuistis fide atque diligentia tractavistis, hos etiam vestros fideles conatus non improbamus, sed benigno animo suscipimus.

Et quod ad rem ipsam attinet, animadvertimus, plerisque conditionibus, quas in instructione vobis

Digitized by Google

data complexi fuimus, et vos primario serenissimi Turcarum imperatoris consiliario illustrissimo Mehmeth passae descriptas obtulistis, datum fuisse locum, sed adhuc tria praecipua capita in controversia esse posita, de quibus cum non fuerit vobis integrum certi quicquam polliceri atque concedere, ad nos humiliter referendum duxistis, utputa: de diruendis arcibus et castris Tatha et Vesprimio, de positione limitum et divisione villarum communium; quantumvis, sicut appareret ex litteris vestris, serenissimus imperator Turcarum et passae consiliarii ejus magna animorum obfirmatione conati sint super iisdem a vobis virtute litterarum vestrarum credentialium certum et absolutum, ac desiderio et voluntati ipsorum congruum responsum et promissionem extorquere.

Quae quidem tria capita, cum valde sint ardua et nonmodo statum, quietem et permansionem regnorum et dominiorum nostrorum ac maxime afflictarum Hungariae reliquiarum concernant, sed dignitatem quoque et existimationem nostram tangant, non potuimus ea ita perfunctorie et obiter percurrere, sed matura et accuratissima deliberatione opus habuimus, adeo, ut etiam plusculum in capienda resolutione temporis insumptum sit, et cursor hic noster serius fortassis, quam sperabatis, ad vos recurrat.

Et quia in his tribus litigiosis articulis primus est ille, in quo petitur demolitio Thatae et Vesprimii, ac vicissim offertur destructio Babolchae et arcis Persentz, super eo etiam primo loco respondebimus, vobisque animum et voluntatem nostram declarabimus.

Nimirum [non dubitamus, vos haud obscure intellexisse ex ea, quae vobis data fuit, instructione, nos ad demoliendum, nedum restituendum ullum locum,

Digitized by Google

quem in nostra nunc potestate habemus, non admodum esse inclinatos, cupereque istiusmodi molestia, si unquam fieri queat, prorsus levari, nisi vicissim ex parte Turcarum alia loca, quae non sint inferioris momenti, destruerentur, atque sic utriusque nostrum aequalis esset conditio. Ubi nos quoque admonuimus, Vesprimium absque insigni jactura et periculo adjacentis ditionis nostrae desolari minime posse, de Thata vero et aliis nonnullis leviusculis arcibus nos forte non ita acriter reclamaturos, si vicissim etiam ex Selymi parte similia loca a nobis nominanda diruerentur. Ideoque voluimus etiam, oriente disputatione de arcibus et locis hinc inde demoliendis, Turcis diligenter inculcari aequabilitatem conditionum inter amicos servandam, atque ex ipsis Turcis intelligi, quaenam loca ipsi e diverso sint demolituri, pertentando animos illorum, num spes aliqua sit, eos adduci posse, ut supradictas arces Babolcham et Persentz, alias in illo districtu sitas diruerent, ita tamen ut ne quid certi in hoc puncto concluderetis vel polliceremini, sed voluntate Selymi penitus perspecta, rem omnem cum opinione et sententia vestra integram ad nos per litteras referretis, nostramque desuper resolutionem exspectaretis.]

In hac [sententia et desiderio effugiendi scilicet, si unquam fieri possit, hanc dictorum duorum locorum destruendorum necessitatem et molestiam, nunc quoque persistimus, et quo magis de ea cogitamus, eo magis ab istiusmodi demolitione, vel maxime Vesprimii abhorremus. Nam licet Selymus et Mehmeth passa ad instantiam vestram et spem ipsis super destructione Thattae et Vesprimii per vos factam, vicissim obtulerint, se demolituros Babolcham et Per-

Digitized by Google

sentz, tamen magna est inter nominata ista nostra et illorum loca inaequalitas et nulla pene facienda comparatio. Etenim Turcae, dirutis Babolcha et Persentz. nihil plane et valde parum incommodi sentient, cum haec propter angustiam non possit capere magnum praesidium, nulliusque ferme Turcis sit usus, alteram vero, Babolcham scilicet, veluti ruinosam et invalidam, collapsis duobus in locis moeniis, ut non possent, ita nec in animo habuerunt retinere. Sed quamvis id in Porta ista negatur, a regione ejus in ulteriore ripa fluvii Rigna oppidum Babolcha erexisse et quatuor vicinis sanziacchis. designata unicuique eorum sua portione, demandasse perhibentur, non alium in finem, quam, ut postulante necessitate non simplex tantum praesidium militum ibi interteneatur, sed quandocunque eis libitum fuerit, confluentibus illuc cum copiis suis dictis quatuor sanziacchis, species justi exercitus ad invadendam ditionem nostram illic alatur, habita commoditate pontis in flumine illo sub ipsa nova Babolcha; quam etiam ob causam, ut scilicet in eventum, quo destruenda foret aliquando Babolcha, sicuti jam dudum hanc demoliticnem animo volvisse videntur, haberent similem vel aliam magis idoneam opportunitatem: proxime praeterito aeque anno castellum novum in possessione Barch vocata ad confluentem Rignae et Dravi erexerunt, ut ibidem non solum peditum et equitum praesidium interteneant, sed classicum quoque apparatum nazadarum ac aliorum navigiorum habeant, quorum opera ac praesidio tum liberum in utroque flumine vadum habere, tum absque impedimento per Dravum adverso flumine ascendere et quacunque illis libitum fuerit, longe lateque in ditionem nostram praedatum excurrere queant. E diverso

Digitized by Google

autem nos, deletis Vesprimio et Thata, longe graviorem jacturam sumus facturi, siquidem multo majoris est momenti, quam Babolcha et Persentz. Quapropter si vel Thata vel Vesprimium duntaxat, vel utrumque simul pro parte nostra delendum foret, ipsi quoque deberent Turcae vice versa praeter Babolcham veterem ac Persentz, novam quoque illam munitionem, ut dictum est, ultra Rignam extructam, una cum praedicto novo castello in possessione Barch erecto diruere.]

Cum [igitur plane persuasum habeamus, vos memores instructionis vestrae, Turcis hanc spem, quam eis injecistis, diruendi Vesprimii et Thatae, non aliter quam a vestra parte sponte atque sub ratificatione nostra dedisse, nobisque rem omnem integram conservasse, volumus proinde, et clementer jubemus, ut Selymo seu Mehmet passae, ac caeteris passis consiliariis ejus jam memoratas difficultates, et maxime inaequalitatem locorum utrinque diruendorum, nostris multo majoris momenti existentibus, diligenter explicetis, et iterum atque iterum inculcetis, ostendendo: quo magis loca nostra illorum commoditate et opportunitate exsuperent, tanto plus etiam habere indignitatis, si iis tam facile cedamus, nostramque ditionem ac fideles subditos dictorum locorum praesidio atque refugio denudatos in extremum discrimen conjiciamus, ac Turcis diripiendos, captivandos et opprimendos ultro objiciamus; aequitati vero et rationi consentaneum esse: si Selymus sincere et ex animo cupiat nobiscum pacem facere et bonam, veramque amicitiam contrahere, sicuti sese velle, manifeste declaravit, et nos hujusmodi declaratione moti et freti oratores nostros hanc ob causam ad

Digitized by Google

serenitatem ejus ablegavimus, ut quemadmodum decet, bonos amicos, condignam quoque rationem ducat dignitatis et existimationis nostrae, cui voluntaria ista destructio locorum nostrorum tanti momenti procul dubio aliquid tenebrarum offunderet, praesertim cum ultro videremur serenitatis suae praefectis, ac militibus maximam commoditatem praebere, ditionem nostram, pace ut solent, non curata, assiduis incursionibus, rapinis et caedibus vastandi et occupandi.]

Itaque [his et aliis rationibus, quas secundum vestram eximiam solertiam et industriam, pro qualitate loci et moribus gentis, ad rem facere judicaveritis, ulterius omni studio laborare et eniti, nihilque prorsus intentatum relinquere debebitis, ut Selymus ab hac petitione desistat, dictaque loca nostra in futurum etiam erecta stare patiatur, affirmando, non esse quod dubitetur haidones, plagiarios vel praedones in istis locis deinceps receptum habituros, seu ditionem Turcicam inde infestaturos, esse, siquidem probe curaturi et prospecturi simus, ne quisquam ex praesidiariis illorum duorum locorum quicquam, quod induciis, paci et bonae vicinitati minus conveniat, moliri praesumat, sed potius, ut illi in sua se statione pacifice contineant, nec quidpiam damni ditioni Turcicae inferant; ita ut plane credamus, serenitatem ejus posthac non habituram in hac parte justam conquerendi causam, dummodo nostri a serenitatis suae praefectis et militibus ad arma non provocentur.]

Sin autem [Selymus et passae ejus ab hac petitione et sententia nullo modo possent dimoveri, in quo tamen vobis omni cura incumbendum et facile nequaquam cedendum erit: tum demum gradatim procedendo imprimis, nomine nostro concedatis solam

Digitized by Google

Thatam sub hac conditione ut vicissim ex parte ipsorum Turcarum Babolcha vetus et nova, ac Persentz prius diruantur.]

Quod [si tunc Selymus et ejus passae consiliarii nec solius Thatae demolitione contentabuntur, sed Vesprimium quoque diruendum omnino contendent, nec aliter in tractatibus pacis ulterius progredi volent, sed eos sese abrupturos et ad arma redituros interminabuntur, quos tamen omnibus rationibus placare, et a proposito isto removere studebitis, tunc demum si secus fieri nequeat, ne propterea tractatus isti disturbentur, illis pro Vesprimio demolitionem arcis Palotae offeratis, ea tamen conditione, ut ipsi Turcae hoc casu non solum et novam et veterem Babolcham, ac arcem Persentz cum supradicto castello in possessione Barch erecto destruant, verum etiam castellum Kakath in ripa Danubii e regione Strigonii situm deleant, quoniam quidem ex eo Turcae tum pacis et induciarum, tum belli tempore non desinunt in ditionem nostram versus civitates montanas, nostram ac totam circumjacentem illam regionem excurrere, omnesque illos comitatus depopulationibus, invasionibus, extorsionibus et violentiis omnis generis vexare.]

Et quando [etiam hanc oblationem diruendae Palothae pro Vesprimio Selymus et passae ejus acceptare nollent, sed Vesprimii destructioni insisterent, eamque urgere pergerent, vos e diverso debebitis illis acerrime, posthabitis quibuslibet illorum contentionibus, minis, et jactationibus, adeoque ad extremum usque conatum reniti, nihilque intentatum relinquere, quo nobis Vesprimium salvum et incolume conservetis.]

Digitized by Google

Verum, [si frustra moto omni lapide, neque permutatio ista Palothae cum Vesprimio obtineri poterit, quin immo certo constiterit, pacem et concordiam aliter confici minime posse, sed vel Vesprimium diruendum, vel certissimi, gravissimique belli aleam nobis jam statim denuo subeundam fore: tum denique, et non prius; poteritis nomine nostro, omissa jam dicta oblatione destructionis Palothensis, concedere demolitionem Vesprimii una cum Thata potius, quam universum pacis tractatum abrumpere. Ita tamen, ut vice versa quoque Turcae supranominata loca, utputa: veterem et novam Babolcham, Persentz et castellum in Barch possessione anno praeterito constructum, una cum castello Kakath e regione Strigonii sito diruant.]

Item ut [pagi, qui jam possidentur ad Thatam et Vesprimium, vel Palotam, nihilominus in posterum etiam nobis ac fidelibus subditis nostris ad eas arces et loca, ad quae deinceps deputabuntur, census et servitia sua praestent, neque eis in hoc a praefectis et militibus Turcicis quidquam impedimenti vel molestiae exhibeatur, neque etiam alias ulla eis vis et injuria quoquo modo inferatur. Et hoc intelligendum est etiam de villis et possessionibus ad Thatam pertinentibus, in eventum, quo Turcae solius Thatae demolitioni acquieturi essent.]

Caeterum [si forte Selymus et passae ejus admitterent destructionem novae Babolchae ac castelli in Barch possessione erecti, excepta munitione, quae jacet in oppositione Strigonii, poteritis, posteaquam accuratissima et instantissima tractatione praehabita, manifeste apparebit, amplius quicquam obtineri non

Digitized by Google

posse, ab hac quoque petitione, destruendi videlicet dicti castelli Kakath desistere].

Praeterea [hoc loco illud etiam considerandum est, et expressis verbis ac idonea cautione, seu stipulatione interposita, diligenter providendum, ex quo Turcae. qui, judicantes fortassis nos ex suo ingenio, nolunt in locis ex parte nostra diruendis postmodum quidquam novi construi et muniri: ut ipsi quoque pro supranominatis arcibus et castellis, quae ex ipsorum parte erunt delendae, imposterum, durante pace, nullam faciant novam munitionem vel iisdem in locis ubi nunc sunt ea, quae debent destrui, vel in aliis, ubi parem aut majorem commoditatem, invadendi et infestandi ditionem nostram habere queant; sed absit omnis fraus et dolus, nec valeat hoc loco praetextus articuli illius, in quo, sicut inferius sequetur, utrique parti conceditur libera facultas in proprio solo et territorio muniendi et aedificandi.]

Porro [caeteri duo articuli longe omnium sunt difficillimi. Quantum enim ad limitationem in finibus faciendam attinet, ipsimet quidem non ignoramus, quod pro firmitate pacis valde sit necessarium constitui certos fines et terminos, quos vetitum sit utriusque partis militibus armata manu transscendere, sed modus istiusmodi limitationis gravis est ac multis difficultatibus implicitus. Quam enim vobis proposuit limitum distinctionem supremus Selymi consiliarius, a nobis acceptari nullo modo potest. Tali namque leonina partitione facta, plures etiam arces cum maxima ditionis nostrae in Hungaria parte, quae nobis hucusque divina benignitate belli tempore salvae et incolumes remanserunt, ex manu et potestate nostra, praetextu momentaneae et incertae pacis distraherentur,

Digitized by Google

et sic paulatim sine armis universo isto nostro Hungariae regno exturbaremur, cum summo nostro ac universae familiae et posteritatis nostrae dedecore, atque adeo irreparabili totius Christianitatis jactura. Id quod integritati nostrae, qua ad hosce tractatus accessimus, minime congruit, et propterea limitationem istam, cujus mentionem fecit Mehmeth passa, salva dignitate et tuta conscientia nostra acceptare nequaquam possumus. Et aequum sane est, ex quo Selymus postulatis ejus de destructione Thatae et Vesprimii religionem suam praetendit, ut a nobis etiam nihil requirat, quod a nostra religione sit alienum.]

Ad haec [non videmus, quomodo possit de hoc negotio aliter, quam in re praesenti agi et tractari: nam antehac quoque divi quondam domini genitoris nostri, augustae memoriae, ac serenissimi imperatoris Solymani tempore judicatum fuit, limites utriusque partis rectius, commodiusque discerni non posse, quam per commissarios ex utraque parte ad id destinandos, viros probos, graves, mansuetos et rerum agendarum expertos; quam sententiam nos quoque secuti, vobis in instructione nostra significavimus, operae pretium fore, postulantibus Selymo et Mehmeth passa, in finibus certos utrinque constitui limites, ut id negotii commissariis ex utraque parte pari numero deligendis demandaretur, qui circumeuntes confinia, servata aequabilitate et justitia, in re praesenti viderent et cognoscerent, quomodo poni et constitui queant certi notabiles et utrique parti tolerabiles limites ac termini, intra quos milites utriusque partis sese contineant, et ultra illos, praesertim armati evadere non ausint. Atque exinde rem omnem ad suos

Digitized by Google

principes referent, quo postmodum uterque nostrum, cognita ejusmodi relatione, nos invicem de sua quisque sententia et voluntate, medio et opera oratorum seu nunciorum edocere, ac denique desuper transigere et concordare possemus. Id quod vobis postulandum et diligenter tractandum nunc iterum injungimus et mandamus.]

Eadem [ratio est de divisione villarum communium, in qua conatur etiam nos Selymus seu Mehmeth passa, praetextu libri illius sui, quem allegat, supra modum praegravare. Quid enim dici vel cogitari potest minus aequabile, quam quod serenitas ejus nolit subditos et colonos in sua ditione existentes, qui hactenus nobis ac fidelibus subditis, praefectis ac militibus nostris, perinde ac Turcis censuales et tributarii exstiterunt, imposterum quoque ad utramque partem census et servitia pendere, nostros vero subditos et colonos, qui positis limitibus in nostro territorio existere dignoscentur, si hactenus ad utramque partem serviverint et census praestiterint, in futurum etiam ad id nihilominus teneri. Haec est certe differentia maximi ponderis, de qua non poterit etiam rectius transigi et concordari, nisi ipsa quoque ad futuram transactionem commissariorum super positione limitum utrinque deputandorum rejiciatur. Itaque vobis omni cura ac studio connitendum erit, ut Selymus et passae consiliarii ejus concedant, quod hoc quoque communium pagorum et subditorum dividendorum negotium commissariis utrinque deputandis demandetur, qui nimirum, situ, statu et qualitate omnium communium villarum et possessionum, quae hucusque ad utramque partem servire, censusque praestare consueverunt, cognito, perspecto et considerato, cogi-

Digitized by Google

tent, deliberent et placide tractent inter se, absque tamen alterutrius nostrum obligatione et praejudicio: An, et quomodo divisio aliqua honesta, justa et aequabilis talium locorum et colonorum possit in omnibus regni confiniis fieri atque institui, ita, ut neutra pars gravetur, sed aequalis existat utriusque nostrum conditio? Qui quidem commissarii postea hoc quoque negotium ad nostram et ipsius Selymi ratificationem, vel ulteriorem tractationem et conclusionem referant.]

Donec [autem ista omnia per commissarios illos fuerint acta et gesta, atque a nobis et a serenissimo imperatore Turcarum, procedente ulteriore tractatione, denique ratificata et approbata: pax nihilominus quoad reliqua concludatur, et hinc inde mutuis confirmationis et ratificationis litteris firmetur, stabiliaturque. Hoc pacto expresse adjecto, ut interim quoad ista duo puncta tam definiendorum et componendorum limitum, quam villarum et colonorum communium dividendorum, res omnis in eo maneat statu, in quo nunc est, ac ditio et subditi, qui hactenus fuerunt communes, imposterum etiam ita existant, cum praestandis servitiis, tum et solvendo justo, ac eo, qui tempore primae occupationis impositus fuit, censu, juxta ea, quae antea quoque in hac parte conclusa et declarata, atque partim in prioribus etiam litteris pacis comprehensa esse dignoscuntur; ipsique subditi ad novas deditiones faciendas non sollicitentur, neque cogantur, quin et certa poena constituatur in illos, qui miseram plebem novis subinde et majoribus, quam ab initio factae occupationis pendere soliti fuerunt, exactionibus gravare praesumpserint. Quoniam nobis relatum est, in magnam summam excre-

Digitized by Google

visse census miserorum colonorum primam illorum deditionem, ex quo Turcae contentari nolint ordinariis solutionibus et servitiis, ea in dies magis, magisque augeant et multiplicent, et maxime in mutationibus praefectorum, spahyorum et besliarum. Quandoquidem omnes ferme, qui succedunt antecessoribus suis, novas et graviores contributiones, census et servitia injungere consueverint, id quod fieri nequaquam convenit.]

Itaque [agite jam et omnem curam atque diligentiam adhibete, non solum apud Mehmet passam et collegas ejus, sed alios quoque officiales istius Portae, quos prae caeteris apud Selymum gratia pollere cognoveritis, quo serenitas ejus matura sententia sua, quoad articulos istos de limitibus et possessionibus communibus, hanc potius viam eligendorum commissariorum nobiscum ineat, rebus omnibus interea in hoc statu, quo nunc versantur, relictis. Et quo magis hoc Mehemet passae persuadeatis, operae pretium fuerit, illi saepius de nostra beneficentia, qua laborem et studium illius haud dubie compensaturi simus, si huic negotio ex animo faveat, atque id ad optatum et felicem finem deducat, prolixe polliceri, prout vos haec omnia summa fide, cura et sedulitate tractaturos esse, non ambigimus.]

In caeteris [conditionibus, quas Mehemeti passae scriptis comprehensas obtulistis, jam etiam responso desuper accepto, parum nobis occurrit difficultatis, sed plerasque benevole probamus atque admisimus.]

Imprimis [enim placet nobis, Transsylvanum ea ratione in hac pace comprehendi, ut in ea regni Hungariae parte, quae Tibisco et Transsylvaniae interjacet, alteruter nostrum, quidquid ad praesens possidet, deinceps etiam pacifice retineat, una

Digitized by Google

cum reliquis conditionibus, quae huic articulo in litteris vestris videntur esse adjectae.]

Similiter [probamus etiam illa, quae constituta sunt, ne quid ad quamlibet accusationem hostiliter contra nos decernatur, donec fuerint etiam nostrae rationes auditae. Item de munitionibus in proprio alterius partis solo aedificandis (salva tamen conditione et reservatione supradicta, in eventum, quo hinc inde ad demolitionem supradictorum looorum deveniendum foret.) Sic quoque placet declaratio facta super eo, ne scilicet parvae discordiae finitimorum totam pacem perturbent. Item de libertate et privilegio oratorum nostrorum, maxime in tenendis interpretibus ac recipiendis, mittendisque litteris.]

Quin [et bene factum est, quod de diminutione muneris honorarii, posteaquam semel negatum fuit, immo nec facultas data de ea loquendi amplius, non restiteritis.]

Caeterum [pacis tempus, consultum erit, ut certo annorum numero omnino definiatur, sive ea in octennium vel decennium, sive longius extendatur, neque ad alterutrius vitam duntaxat constituatur.]

Quod [autem scribitis, Mehmet passam miratum esse, quod non miserimus Selymo dono beghos captivos, qui postulati fuerunt, ac instare, ut quoniam Mahomuth Albensis jam se ipsum redemerit, saltem Achmat Secheianiensis dimittatur, et Selymo donetur, quod vos quoque fieri humiliter suadetis et supplicatis, in eo certe consilium vestrum sequi non possumus. Intellexistis enim jam antea, hunc beghum Zecchianiensem non esse in potestate aut manu nostra, sed consiliarii nostri et exercitus in superioribus regni partibus supremi capitanei, Lazari de

Digitized by Google

Schwendi, qui eum aere suo a militibus mercatus est, ut ejus permutatione Christophorum a Laubenberg capitaneum arcis Erdewt,et Joannem Villey eliberaret, quod se perfecturum receperat. Pactus insuper ultra jam dictorum duorum captivorum eliberationem pretium redemptionis aliquot millium florenorum, quamvis conditionem hactenus istam adimplere nequiverit, eo quod infelices illi duo captivi dicantur misere et crudeliter fuisse trucidati. Cum igitur rem alienam cuique donare non possumus, requirendus est omni studio Mehemet passa, ut non ipse tantum acquiescat, et quod a nobis praestari nequeat, tam enixe non postulet, sed imperatorem quoque suum de hac difficultate edoceat, atque ut serenitas ejus similiter acquiescat, authoritate sua perficiat. Pollicendo, quod alioquin,si quis esset vir Turca praecipui alicujus nominis in potestate nostra, quod firmata pace, serenitati ejus dimissione illius gratificari minime gravaremur.]

Hac igitur [accepta honesta et aequissima declaratione nostra, super memoratis tribus gravissimis difficultatibus per Mehemet passam in medium propositis, vestrum nunc erit, omnes prudentiae, diligentiae et industriae vestrae vires ac nervos intendere, quo sublatis ejusmodi difficultatibus, ea, quam in praemissis commonstravimus, via et ratione hisce tractatibus finis imponatur, sedulo et accurate explicando ac iterum, iterumque inculcando, tum saepe dicto Mehmeth passae, tum collegis ejus et aequitatem hujusmodi responsionis, declarationis, et petitionis nostrae, iisdemque subinde sedulo suggerendo et ob oculos statuendo spem largitionum et commodi et emolumenti, quod ex hac pace percepturi sint, nihilque eorum praetermittendo, quibus tandem animi illorum

Digitized by Google

expugnari, atque ad promovendum juxta praemissa optatum hujus pacifica-tionis exitum adduci posse videbuntur.]

Et quoniam [haud dubie Turcae in tractatione, et quoad articulos illos adhuc in controversia existentes, respicient ad statum rerum Persicarum, et ut illae sese dederint, ita ipsi erga nos quoque sese faciles vel difficiles exhibebunt: proinde vobis itidem maximopere curandum est, ut illarum rerum statum exacte habeatis exploratum, et vos quoque ad eam actionem vestram, tum cedendo, tum acrius renitendo conformetis.]

Ad haec [diligenter mementote in conclusione istius pacis eorum, quae vobis mandavimus de comprehendendo in hac amicitia serenissimo et catholico rege Hispaniarum, fratre et patruele nostro charissimo, juxta tenorem instructionis vestrae, siquidem facile conjectura potestis assequi, quod pro mutua nostra arctissima conjunctione, rerum serenitatis ejus non abs re singularem curam gerimus.]

Postremum [licet fortassis sit supervacaneum, vos denuo admonere omnium eorum, quae continentur in vestra instructione, quam utique arbitramur, vos dies noctesque in manibus versare, et animis prorsus infixam tenere, tamen paterna cura, quam gerimus, pro omnibus fidelibus subditis nostris, ac universa Christianitate, quodammodo nos cogit in hoc universali negotio maximopere esse sollicitos. Itaque vos gratiose et benigne requirimus, uti negotium hoc pacificationis ita caute et considerate tractetis, ut necubi ullo in articulo videantur exclusi vel silentio praeteriti fines regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae ac provinciarum serenissimorum atque

Digitized by Google

charissimorum fratrum nostrorum, sive ei sint in terra continenti, sive ad littus maris, sive alias ubilibet existentes. Sed quaecunque in praecedentibus continentur, generaliter ad omnem Hungariam cum annexis regnis et provinciis, et serenissimorum fratrum quoque nostrorum dominia terrestria et aquatica referantur. Uti nobis summa vestra fides, sollicitudo, industria et prudentia plane pollicentur; qui in his omnibus executuri estis benegratam et expressam voluntatem nostram omni gratia et benignitate recognoscendam.] Datum in civitate nostra Vienna die vigesima secunda Novembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani et Hungarici quinto, Bohemiae vero decimo nono. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. Maximilianus m. p. M. Singkhmoser m. p.

Postscripta: Vobis etiam clementer significandum duximus, interea, dum conscriberetur responsum hoc nostrum, [allatas esse litteras vestras, quas simul una omnes decima octava Septembris die anni praesentis per viam Venetam ad nos dedistis. Paucis vero diebus ante accepimus etiam illas, quas tu Alberte solus ante adventum collegarum tuorum undecima Augusti scripsisti, una cum harum et priori quoque tuarum, scilicet undecima Julii datarum duplicato. Item quas vos duo, Episcope et Teuffenpach, ex itinere quarta Augusti conscripsistis]. Datum ut in litteris.

Post-postscripta: Vos etiam clementer admonemus, ne posthabeatis curam [eliberandi capitanei Hieronymi Fabiani,] de quo vobis in instructione vestra itidem mandatum dedimus.

Sic quoque vos clementer admonemus [eliberationis Dominici Zeffy], de quo itidem in instructione vestra mandatum accepistis. M. Singkhmoser m. p.

Digitized by Google

XLI.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián császár.

1567. nov. 25. Reverendo, ac egregio, Antonio Verantio, episcopo ecclesiae Agriensis, ac perpetuo comitatus Hewesiensis comiti et Christophoro a Teuffenpach, consiliariis et apud imperatorem Turcarum oratoribus nostris destinatis, fidelibus nobis dilectis.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator ac Hungariae, Bohemiaeque rex, etc.

Reverende, ac egregie, fideles nobis dilecti. — Cum majorem pecuniarum summam per cursorem nostrum praesentem Eduardum illuc vobis mittere non potuerimus, accipiet's ab ipso mille ducatos in auro, reliquum, quod vobis in sumptus quotidianos necessarium fuerit, propediem per cambium Venetum vobis eo curaturi sumus. Id quod vobis benigne significandum duximus. Datae in civitate nostra Vienna, vigesimo quinto die Novembris anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum Romani sexto, Hungariae quinto et Bohemiae decimo nono.

Postscripta : Addimus superiori summae mille ducatos ita, ut duo millia per cursorem sitis accepturi, ea conditione, ut Alberto de Wyss mille thalleros de ea summa debeatis assignare, reliquum, hoc est: mille noningentos coronatos, per dictum cambium

Digitized by Google

vobis curabitur. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium. Steineberg m. p. Hieronymus Beck a Leopoldstorf m. p. Hueber m. p.

Wirdt Inen durch den Venedischen Wexl alspalt richtig gemacht werden.

XLII.

Dornberg Vidnek Verancsics és társai.

Ad magnificum dominum Vitum de Dorimberg oratorem caesareum.*)

Nos jam hic sextum agimus legationis hujus nostrae mensem, exspectantes adhuc a caesarea majestate responsum super his, quae proxime ad illius deliberationem transmisimus, et quoniam persuasa caesarea majestas erat, intra trimestre tempus finem hujus ipsius legationis fore, nihil tunc de ulteriore provisione nostra transactum fuit. Unde nunc jam non mediocri penuria sumptuum laboramus, emergentibusque interim certis legationis memoratae difficultatibus, de quibus neque cogitatio fortasse habebatur quum expediebamur, per veredarium, quem ad caesaream majestatem ejus 7. Octobris destinavimus, summa et supplici diligentia intercessimus, ut eadem digraretur mature nobis providere, idque in urbe Veneta, in qua acceptae a nobis hic pecuniae summa per cambium reponi ac persolvi deberet, nisi forte alia hujus rei ratio inveniretur, qua camera majestatis ejus jactura foenoris non gravaretur, quod esset multo consultius. De quo quum ad magnificam quoque 1567. dec. 7.

*) Velencsében.

Digitized by Google

dominationem vestram XXIV. ejusdem Octobris scripserimus per clarissimi baili Veneti tabellarium, adhuc tamen nec a caesarea majestate, nec magnifica dominatione vestra quicquid vel nuncii vel litterarum super hoc habuimus.

Astricti itaque interim curam habere de sumptibus, jam sesquimensis est, quod in hac arena desudamus, nec profecissemus quicquam, quascunque vias inveniendae pecuniae tentassemus, etiam diutius, nisi in egregium virum Benedictum de Gagliano, civem Galatanum incidissemus, qui nobis ultro, prope nec rogatus multum, de mille quingentis coronatis venetae cusionis providit nomine cambii, qui eidem istic in manus Dominici de Gagliano fratris ejusdem reponerentur et persolverentur.

Nos vero habentes certam fiduciam, quod hoc medio tempore caesarea majestas ejus jam de instituendo hoc ordine clementer mandaverit, illud ipsum cambium ad magnificam dominationem vestram direximus, rogantes eandem quam maxime possumus, ut si idem ordo providendi nobis jam sit institutus, curet, hoc acceptum 1500 coronatorum amicis nostris, nimirum Dominico et Benedicto de Gagliano, sine omni dilatione ac mora juxta litteras nostras cambii reddi, persolvi ac reponi.

Et si fortasse de memorato ordine nihil est adhuc constitutum, utique magnifica dominatio vestra non gravetur interim modum aliquem apud mercatores Viennenses invenire, et dare operam, ut iisdem bonis viris satisfiat, et persolvantur dicti coronati mille quingenti, obligatis etiam nostris privatis facultatibus vigore praesentium nostrarum litterarum, si fortuna aut is ordo non concederetur aut differre-

Digitized by Google

tur, donec denuo super eodem ordine ponendo eadem caesarea majestas a nobis summisse informetur et admoneatur. Nam si in hac tam mediocri pecunia rehabenda iidem amici nostri fallerentur, hic et caesareae ejus majestatis et omnium oratorum ejus omnino labefactaretur imposterum existimatio.

Ne igitur nostra etiam nobis de magnificae dominationis vestrae erga nos voluntate inanis cedat fiducia, iterum rogamus, succurrat nobis in hoc negotio, ac etiam ignoscat, si illam hujusmodi petitione gravaverimus, necessitate enim ad hoc audendum coacti sumus. Curabimus tamen omni propensitate et studio, ut vicissim non desimus gratitudini, quacunque id officii ab eadem et nunc et inposterum promereri poterimus.

Nihil interim habentes novi aliud, quam quod recens allatum est, principem hunc intra praesentem mensem Constantinopolim rediturum ob Persae et quorundam Arabum, Babyloniis vicinorum, motus, momenti et periculi non exigui, qui si non sedabuntur cura, quae ab iis in hoc magnopere intenditur, et bellum consequetur, cujus jam significationes quaedam vulgo videntur apparere, minora de classe statuentur, Cyprus quoque hoc tempore non periclitabitur, sed si ea insula erit tentanda aliquando, totas vires in eam afferent, securi prius a nostris et a Persae armis. Nos autem adhuc in exspectatione sumus eorum, quae ad caesaream majestatem deliberanda transmisimus, uti jam superius attigimus. Nec restat aliud, quam ut magnifica dominatio vestra optime ac felicissime valeat. Constantinopoli 7. Decembris, 1567.

Digitized by Google

XLIII.

A királyi felségnek Verancsics és társai.

Ad sacram caesaream majestatem.

1567. dec. 21 Non dubitamus desiderari a caesarea majestate vestra in scribendo nostrum officium, quandoquidem in quinque mensibus non plures, quam quaternas cum his dedimus, quum denas etiam intra tantum tempus dare debuissemus. Verum si majorem facultatem haberemus scribendi crebrius, hoc certe nostrum officium desiderari non pateremur, eaque uteremur diligentia, quae majestati vestrae probaretur, et nostro muneri conveniret; sed hoc tempore adeo hic oratoribus majestatis vestrae omnes hujusmodi commoditates praeclusae sunt, ut et rarius scribimus, et viis longioribus ac tabellariis dubiis, quia alienis, cogamur uti. Ad haec vero, quoniam nec sumptibus adeo uberibus instructi sumus, (quod cum venia dicimus) qui et domesticis necessitatibus nostris sufficerent propter caritatem annonae, quae nunc per totam Asiam, Syriam, Aegyptum et per omnes fere alias provincias hujus principis, asseveratione publica grassatur, et aliis nostri muneris functionibus commode obeundis suppeterent, haud quaquam propriis, occultis et subitarie necessariis veredariis gerere rem nobis demandatam queamus, via interdum agimus Veneta, satis animo ancipiti, num reddantur, nec ne, ut omnino non sileremus, et a missione litterarum cessaremus, minime

Digitized by Google

interim ignorantes, quod et viarum longiore intercapedine et eorum negligentia officii, quibus dantur, tardius perferrentur.

Non obstantibus tamen his difficultatibus, utcunque potuimus, jam binas nostras eadem via dedimus, nec praetermisimus ad magnificum quoque oratorem Venetiis residentem scribere, sed ad hoc usque tempus, nec a caesarea majestate vestra, nec ab ipso oratore quicquam ad has memoratas litteras nostras accepimus; dubitantesque, suppressas esse aut non admodum venisse gratas aliqua nostra culpa, nequimus non esse tristes. Idque ea imprimis causa, ne qua in parte accusaremur negligentiae. Sed remittentes haec omnia in benignissimum sinum vestrae caesareae majestatis, humillime confidimus, eam clementer interpretaturam et curaturam etiam, ne posthac hujusmodi excusationibus uti possimus.

De novis autem rebus hujus temporis paulo prolixius disseremus, ut plenius majestas vestra informetur, et summarie habeat, quae hic agantur. Tria nunc videntur esse in medio, quae horum bellicae alicujus expeditionis deliberationem intra occultius, diuturniusque silentium premunt: Dubia Persae amicitia, nostra adhuc incerta, et Cypri non adeo levis ad expugnandum ratio, uti fortasse initio cogitaverant. Nec praeterea oratoribus, quantumvis industriis et liberis, facile est ad veram cognitionem pervenire, quorsum tandem convertent impetum, nedum nobis, qui tali servamur sub custodia, ut maxime curent, ne qui ad nos ingrediantur, a quibus de publicis eorum rebus possemus aliquid assequi.

Et quoniam legibus suis cogantur assidue operam bello dare, ea primum tuendi gratia, quae jam

Digitized by Google

adepti sunt, deinde ut imperium quoque latius propagent, teneantque et suos populos rei militaris, et externos metu sollicitos, in Cyprum maximis animis conspiraverant, laborabantque summo studio, ut facta nobiscum pace, Persaque sedato, sic demum apud insulam Cyprum fortunam totis viribus experirentur. Verum si perrexerit Persa in inceptis, certum est, quod et cogitationem Cypri intermittent, et curabunt (uti poterunt) nostram pacem. Sic amici, rerum peritiores judicant ac referunt, in Persamque omnes conatus armaque convertent, cujus quidem turbulentiis multo magis commoventur, quam quorumvis aliorum hostium. Et hoc propter quandam discrepantiam religionis, quam inter se habent, et propter studia omnium Asiaticorum, quae gerunt erga illum propensissima, erga se vero perquam aliena.

Igitur ne Persa successus aliquos sibi facere ac firmare possit, etiam minimis ejus motibus Ottomani maxime perturbantur, et maturant illis occurrere. Quare nunc etiam inde potissimum pacatiora quaepiam exspectant, ut postmodum ea nobiscum transigant, et de Cypro videant, quae magis e re ipsorum fore judicabunt. Quum autem sine omni dubio in armis sit ipse Persa, nec desistit fines hujus principis infestare, quod vel ex plurimis querimoniis confirmatur, quas earum regionum populi indies jam contra illum afferunt ad hunc principem, fiuntque ab iis occulti quidam delectus ex Asiaticis praesidiis, eoque mittuntur, ut interim Persae vim saltem distineant, si inhibere et propulsare nequiverint, donec maturius tempus serio belli gerendi veniat, et generalis illuc apparatus deduci possit: non sunt omnino vana, quae de eodem Persa nunciantur. Accedente huc et illud,

Digitized by Google

quod recens allatum est: principem quoque hunc brevi Constantinopolim rediturum, ut solidiorem curam adhibeat motibus Persicis comprimendis, si forte invalescerent et procederent.

Interim tamen magna sollicitudine curant, ut omnes ejus belli expeditionisque causae submoveantur, data eorum finium praefectis commissione, omnia tentandi, quo idem Persa et desinat a tumultibus, et oratorem huc mittat, malitque amicitiam et pacem cum hoc principe colere, quam inimicitias contrahere et bellum gerere.

Quaecunque tamen illic fiunt et huc inde afferuntur, ea hic omnia, ut non admodum Turcis arridentia, variis coloribus adhibitis aliter atque aliter vulgo referuntur, sic ut veritas perinde ac vepretis quibuspiam circumsepta et obducta minus percipitur etiam a domesticis. Spem alioqui rerum illarum multo meliorum passim disseminant, et rumores fictos in populo spargunt. Nihil inde hostile, nihil periculi impendere, et rem finem laetiorem sortituram, quam praesentia pollicentur. Celantes isthaec potissimum a legatis et a reliquis Christianis hic degentibus, ne latius in diversas regionum suarum partes efferrentur.

Nec de his apertius quippiam scribere possumus, donec ex his tenebris in lucem prodeant et evolvantur, quae nunc callide et magnis artibus occultantur et adhuc in eventu haerent; vestra tamen majestas certo credat, motus hos Persae complures Ottomanorum machinas coepisse jam nonnihil disturbare, quibus et nos et Venetos vexare constituerant. Et si eos urgere idem Persa non desierit, ii et nobis et Venetis omissis, eo arma et omnem vim intendent.

Destiturum autem Persam nemo arbitratur, quum

Digitized by Google

proximo etiam mense Octobri in Armenia majore apud Buanam civitatem, quae nunc Van Turcis nuncupatur, memorabile stratagema ediderit, (quod similiter majestatem vestram caesaream, ut hic jam prorsus confirmatum, humillime scire voluimus). Ipse enimmet cum expedito milite eo usque descenderat, positusque in insidiis spatio ad civitatem non impense magno, mitti curavit ad ejus loci praesidem, qui significarent, oratorem principis sui venire, esseque jam in propinquo. Destinaret itaque aliquam armatorum manum, qui illum exciperent; et incolumem ad suum principem curaret deducendum.

Quoniam vero in civitate ipsa disposuerat Persa sibi proditores, forte idem Vanensis praeses quingentos equites memorato oratori obviam misit. Qui maturantes ad condictum locum, excepturi eundem oratorem, erumpit ex insidiis Persa, circumventisque Vanensibus, tanto numero ex eis interficit, ut dicantur, vix tot ex ea caede effugisse, qui cladis nuncium in civitatem retulissent. Persam vero vestigia horum fugientium cursu insequutum, spe urbem obtinendi proditorum opera, frustratum fuisse et recessisse. Quod praeses, tempestive accepto nuncio de caesis suis militibus, et interim patefacto etiam facinore proditorum ab uno ex complicibus, cum reliquis quos apud se retinuerat, et civitatem fortissime defendit ac servavit, et eos, qui illam hosti prodere voluerant, omnes supplicio confecit.

Quare quorsum haec Persa tanta deliberatione, tantoque conatu aggressus fuisset, si majora adhuc attentare voluisset, bene jam edoctus (quod a multis audivimus), qua sit hic princeps aptitudine et voluntate ad militaria studia. Ideo, clementissime impera-

Digitized by Google

tor, nescimus, immo nec audemus omnino, aliquid tale majestati vestrae suggerere ad agendum quippiam deliberatius in praesentium difficultatum negotio hac occasione, bene quidem opportune oblata, nondum tamen bene adulta, ne successibus falleremur, qui non omnes pro judicio et voluntate hominum semper consequuntur. Et solere Persam fere semper Ottomano causas belli exhibere, non subsistere tamen in acie, ubi is prodit.

At quum praesentis negotii tam difficilis deliberatio haud dubie et majestatem vestram et omnes tot regnorum ac provinciarum suarum proceres, non solius tantummodo Hungariae, valde habeat sollicitos, idque non immerito, quia si Turcae pro voto tandem deliberatio cederet, mox et de tota Hungaria ageretur, et Austriae, caeterisque majestatis vestrae provinciis, gravissimorum malorum principia causarentur, non alienum a re et caesarea dignitate majestatis vestrae fore putaremus, si interim, dum haec occasio adolescat et in aliquo firmiore puncto consistat, memorata deliberatio extraheretur in aliquod tempus tractatu aliquanto longiore, similibus quibuspiam rationibus:

Prohiberi majestatem vestram religione sua Christianos populos potestatibus alienae fidei a sua concedere; nec magnates caeterosque regni proceres adduci posse, ut petitioni tam durae et inexspectatae assentiri velint. Alienum quoque esse ab imperiali sua dignitate, pudorem subire manifestum, pacem amplectendo, quantumvis utilem et necessariam, ultronea regni ac fidelium suorum subditorum jactura. Principes praeterea, qui inter sese amicitiae, pacisque contrahunt foedera, esse apud omnes usitatum u

Digitized by Google

quilibet eorum honorem confoederati sui tanti faciat, quanti suum haberi velit. Eam enim pacem non esse aequam neque honestam, in qua alteruter confoederatorum alterum subjectum sibi facere studet. Et quum majestas vestra ab ejus magnitudine ad aequam et honestam pacem invitata fuerit, non decere eandem hujusmodi indecoras, difficiles et indignas memorata aequitate honestateque conditiones exigere ab amico. Itaque in priore statu permaneant, de quibus a supremo suo passa mota est ejus nomine controversia. Quaecunque autem forent, de quibus esset suspicio, ne pax ipsa diebus succisivis turbaretur, non defuturas alias rationes ad hoc avertendum, difficultatique hujusmodi aequioribus et honestioribus modis utrinque esse providendum, quam ut hic idem praesens princeps, transferendo ad se totum statum communium regni Hungariae colonorum, et confoederatum sua dimidia eorum juris parte privare, et limitibus absurdis, regnoque insuetis amicum includere vellet. Solimanum quoque imperatorem jure suo testamento legare et quovis alio modo de his statuere potuisse, quaecunque marte suo et propria sua virtute atque industria acquisivit, nec ad ea abroganda jus extendi successorum. Idcirco dedititios regni Hungariae colonos, quos ipse sub tributi pensione inter se et majestates vestras nomine tributario communes fieri causam dedit, permittentibus iisdem majestatibus vestris, conditione temporum, ut alia multa, quae idem imperator Solimanus instituit, decrevit, omnino fieri voluit, et diplomatibus suis authenticis confirmavit ac rata habuit, non abrogantur ab hoc praesenti principe, immediato ejus successore: ita et hoc decretum illius de

Digitized by Google

colonis Hungariae deditiis in vigore suo, et sub sua fide inviolatum perduret ac permaneat.

Munus autem honorarium, quum non videamus modum, quod diminui possit, objiciente nobis passa ultra ea, quae jam majestati vestrae perscripsimus, illud etiam: videlicet nostra culpa eas regni partes anno superiore interceptas esse, idque justo bello, quod idem munus tempore suo non afferebatur; pluraque huc insolentius affigente et pertinacius asseverante, memoratum munus haud quaquam diminui debere, nosque oportuisse aut armis defendere, quae amisimus, quando jam bello res gerebatur, aut de deponendo eodem munere, pactis stetisse: fortasse in priore statu suo (approbante vestra caesarea majestate) esset relinquendum, ut illis hoc etiam argumento gratificatos nos fuisse videremur.

Sic demum his in hunc modum omni cum moderatione praemissis, ad largitionem, seu principi seu supremo ejus duntaxat passae, vel utrique simul faciendam descenderamus, quae non annuatim penderetur, sed semel et una sola summa exhiberetur, nec haberetur magna cura, si paulo majore fieri oporteret, sic praesentibus rebus majestatis vestrae suadentibus, nihili habendam esse pecuniam, quum caesareo honori dignitatique consulitur. Quod et amici suadent exemplo Venetorum, quos ajunt malle in pecuniis jacturam facere et opportuna tempora exspectare, quibus contra tantum hostem securius aliquid audere praesumant, quam praepropere ferocire et statum suum dubiae belli fortunae ultro objicere.

Quumque hic illud etiam in ore hominum versetur, qui defecatiore ingenio dolos atque astucias Turcarum considerant: facile posse fieri, ut fingerent sibi

Digitized by Google

hanc sollicitudinem de Persae motibus, quo effuso latius rumore expeditionis in Persiam, uti et Solimanus fecit, quum filium Muztapham sustulit, in Cyprum eam converterent, adhibitaque simul obsidioni ejus etiam classe, terra marique insula illa premeretur; quae quidem classis haud dubie apparatur, sed silenti et quodam surdo studio, omnesque loquuntur, Cyprum eos venari, huncque principem non terra sed mari bella gesturum. Quapropter si forte ita accideret, ut victoria illa potiretur, majestati vestrae valde, partim damnosum esset, si hostis postulatis cito annueret, partim quoque periculosum, si aperte eadem illi, nulla mora interposita, denegaret: humillime putaremus e re et e dignitate majestatis vestrae futurum, si totum negotium per pollicitationem largitionis et memoratas rationes in novum tractatum revocaretur. Quandoquidem ex ipsa etiam deliberatione tantae difficultatis nimis praepropera, possent eandem majestatem vestram hostes timoris arguere, elevatique in majus superbis suis animis, intolerabiliores quoque eidem sese exhibere, ut qui omnes subjectos sibi contendunt facere, cum quibus amicitiae foedera pacisque conjungunt.

Hujusmodi itaque via tentata, et omni cum dexteritate conati principem hunc et supremum ejus passam eo adducendos, ut sententiam praesentis suae petitionis mutarent, non praeterirentur alioqui etiam reliqui passae, sed supremo jam delinito et conciliato, speraremus aut omnino ab illis aequiora, seu pecuniae, seu Persae belli gratia, si forte eo se revera implicasent, aut haec ipsa saltem dilatio tale quippiam afferre posset, quod et majestati vestrae honestius, et fidelibus proceribus ac populis suis esset tolerabilius. Alioqui nec e dignitate esset majestatis vestrae si

Digitized by Google

unius passae furiis ita moveretur, ut statim voti sui faceret illum in eo compotem, quod fortasse neque princeps ejus cogitare scivisset, neque unquam exegisset, nisi ejusdem passae avaritia exstimulasset illum, qua nimirum, ut alios multos, ita et nos, pro humili nostra conjectura, ad largitionem tandem aliquam, de qua agimus, re difficili nobis proposita, perduceret, quamquam adhuc movere nos non sumus ausi sine mandato speciali. Nec enim idem passa ulla majore cura videtur aestuare, quam ea sola, ut et principem pecuniosum faciat, et suis loculis aeque consulat. Publicam de illo censuram scribimus. Utamur itaque pecuniis, si majestati vestrae clementer videbitur, eaque redimamus, quod et armis retinere difficile sit, et sine ingenti pudore ac jactura hostibus concedere nequimus. Quorum quidem vicinitas ut fuit semper infida, ita et magis cum illis dissidebimus, quanto proprius nos admiserimus illos. Nuper enim Giula et Zigetho praecipue laedebantur, nunc Agria et Canisia terebrant eis oculos, hisque duntaxat duabus arcibus omnes jam offensas imputant, earumque incolumitate totum Turcae imperium periclitari vociferant.

Quare, quum omnes ad quos harum praesentium difficultatum nostrarum vanitate Turcarum manavit noticia, ajunt nequaquam assentiendum in his esse hostibus, eos nunc pluribus de causis bello terrestri haud quaquam vacare posse, maxime autem ob annonae penuriam, quae nunc apud eos universalis esse dicitur; persisteremus itaque et duraremus in proposito, quia pacem nobiscum facere cogeretur, — cui consilio si acquiescendum erit, temperamento indigebit ne in temeritatem desineret. Verum quantulae partis Hungariae caesarea majestas vestra vocaretur

Digitized by Google

rex, iisdem dicentibus, si tanto numero colonorum eisdem hostibus permisso, nec ullo eorum jure imposterum relicto sibi, limites quoque postulatos eis concederet, e quibus tandem illam non ita multo post a tota prorsus Hungaria excluderent, et in Germaniam prospectare inciperent? Quorum omnium censura prudentissimo judicio majestatis vestrae relicta, hisque hic fine posito, nos quoque, clementissime imperator, non ignorantes majestatem vestram cum dominis proceribus suis magnopere laboraturam circa horum deliberationem, considerantes etiam ea omnia, quae praemisimus, habentesque imprimis honorem et dignitatem ejusdem majestatis vestrae prae oculis, in hujusmodi opinionem venimus de his omnibus, quae praesentibus litteris ad eandem diligentius perscripsimus; majorumque nostrorum melioribus consiliis cuncta deferentes, veniam quoque, si quid excessimus, aut audacius praesumpsimus, humillime postulamus. Vestramque caesaream et catholicam majestatem optime et felicissime valere cupimus. Constantinopoli vigesima prima Decembris MDLXVII.

Digitized by Google

XLIV.

A császári felségnek Verancsics és társai.

Ad sacram caesaream majestatem.

Quaedam alia particularia his aliis litteris ad ma- 1567. dec. 21.
jestatem vestram dare voluimus propter priorum prolixitatem. Hic princeps adhuc hoc mense proficiscetur Hadrianopoli versus mare Aegaeum ad civitatem Dimoticum, apud quam datis aliquot diebus venationibus, Hadrianopolim iterum revertetur; inde mox per extrema desinentis montis Haemi in inferiorem Misiam versus ortum facto itinere, ad oppidum Jamboly, quod a civitate Varna, ad Euxinum Pontum sita, iter diei distare dicitur, promovebit. Ubi similiter consumptis diebus pluribus venando, tandem illinc redibit Constantinopolim ad novam lunam Martii, diem scilicet primum turcici jejunii, volens hic quadragesimam sui ritus exigere.

Per hos autem dies, quibus fuit Hadrianopoli, ajunt, curiam ejus valde fuisse otiosam, quod negotiis caruerit; nos vero jam eodem paramus profectionem, sperantes tandem a caesarea majestate vestra aliquid nobis superventurum, quod utique jam dudum aliquid intelligere debuissemus, quidnam de deliberatione praesentium difficultatum istic agatur, quo nos quoque hic tempestive inciperemus cogitare, quae istic deliberatis aut deliberandis essent accomoda. Quandoquidem et ii jam hanc moram videntur ferre impatientius, et nos

Digitized by Google

humillime putaremus, dilationes nostras maturius esse ordiendas: modo prioribus expresso, si ita majestati vestrae placuisset, ne memorata deliberatio praecipitaretur, non oblata interim istic tali occasione ejus, quae majestati vestrae et suis subditis essent opportuna.

Veneti autem et Galli quonam spiritu impulsi nescimus; sed Adamus Francus nobilis Chius, majestati vestrae (uti ait) non incognitus, nobis vero et commodus et utilis in exquirendis et referendis legationi nostrae necessariis, retulit nobis: eorundem Venetorum, Gallorumque opera pacis nostrae facilitatem, quae majestati vestrae initio largissime pollicebatur, esse impeditam, et bailum praesentem, Jacobum Lorantium, inter caetera colloquia, quae cum supremo passa habuit, eidem quoque dixisse, caesaris Maximiliani potentiam levem et ventum esse. Idque ut asseveraret nobis vehementius; juramentum quoque interposuit. Nec adhuc hinc bailum Venetum, inde oratorem Gallum desistere passae identidem ejusmodi ingerere et mentem ejus subvertere, illumque prorsus a priore sententia avocare, in qua initio constiterat.

Vereri enim utrumque majestatem vestram ingens negotium et Gallis et Venetis daturam, si forte cum hoc principe stabiliorem iniisset pacem ipsis exclusis. Ab iisdem quoque per suggestionem nunciorum Transsylvani edoctum esse passam, ut et communes colonos et limites toties jam nominatos, a majestate vestra postularet, non ignorantes, quantum momenti haberet in se ista res, ut et ipsi Transsylvani a Turca limites obtinere possent, pro quibus diu jam laborant, et hanc pacem impederent, qua cogentur omnino intra fines suos consistere, et foris non grassari juxta jam prolatam passae constitutionem. Quoniam autem primis etiam litteris nostris ad majesta-

Digitized by Google

tem vestram scripseramus, Venetos et Gallos impedimenta huic paci structuros (quod ex magno loco acceperamus), si eos in eam non admisissemus: majestas vestra plane jam cernit, quomodo ista progressu temporis produntur et verificantur. Et quid pariter contra agendum erit, ut rebus suis latens hoc eorum virus nihil officiat, ipsa dignabitur clementer cogitare.

Sed ad haec habemus, quod et de Joanne Myques ad majestatem vestram scribamus, qui dum adhuc professionis esset christianae, hoc nomine utebatur, postea illectus ditissimae cujusdam Hebraeae virginis conjugio, quod offerebatur illi, si se circumcideret, assensus tandem huic methamorphosi, jam Josephus de Nassis appellatur, vir et facie et alloquio liberali, totoque habitu corporis et conversatione ad Christiarum proprior, quam ad Hebraeum, civilem in omnibus sese praebet. Is apud hunc principem, dum adhuc sub disciplina patris ageret, morareturque Magnesiae in Asia minore, assequutus certis suis officiis gratiam et familiaritatem, eo nunc existimationis apud eundem processit, ut ab eodem ducatu quoque Naxi, quae insula est in Aegaeo mari, zanziacchico jure donatus fuerit, hincque aliquanto majore existimatione auctus, prae se fert, quod etiam apud hunc supremum passam polleret aliqua peculiari authoritate.

Nos autem adhuc initio adventus nostri convenerat officii gratia, declaravitque nobis, quantopere et caesareae majestati vestrae et serenissimo Philippo regi addictus esset, velletque etiam nobis adesse opera sua, si ea in rebus vestrae majestatis uti vellemus. Quo paribus et amplioribus oblationibus nostris cumulato, incidentibus occasionibus, usuros quoque ejus opera diximus, quum progressus rerum majestatis vestrae

Digitized by Google

postulabunt. Huncque in modum eo tunc a nobis expedivimus, adhibitaque interim cura, ut intelligeremus, quantae hic idem esset authoritatis, et si posset revera juvare nostra negotia, reperimus utique aliqua, sed non omnino pro opinione, quam sibi tribuit, quia Turcae apud se homines hujusmodi non patiuntur emergere. Sed haec de conditione ejus sufficiant.

Alia jam expediemus, quae deinde nobiscum habuit. Paulo enim post discessum hujus principis ex hac urbe Hadrianopolim, nunciaverat nobis, loquutum se fuisse cum passa, incidisse quoque mentionem legationis nostrae, et quia intra illud quatriduum eum quoque oporteret sequi curiam jussu passae, esse illi quaedam ardua, quae prius nobiscum communicare vellet, quam discederet, propterea curaremus sedulo, ut possimus constitui et colloqui. Usi tunc nos subita diligentia, convenimus, exspectantesque quid dicturus esset, coepit nos quasi arguere: cur, inquiens, tam pertinaciter proposito vestro inhaeretis, cur passae non acquiescitis, cur postremo imperatori vestro non consulitis, et rebus commodisque illius non prospicitis, remissa nonnihil ista vestra pertinacia in his passae concedendis, quae petit nomine sui principis, terras nimirum quasdam non magni momenti, nec tanti esse habendas, quanti ea damna fierent, quae ex bello vobis provenire possent, si is princeps illud in vos ransferret. Videtis hunc et armis et viris et opibus esse potentissimum, vos vero et omnes Christianos esse imbecilles et impotentes ad resistendum illi. Quare easdem terras concederetis illi, munus honorarium augeretis, et principes Christianos, de quibus ante meminerat, admitteretis in hanc vestram pacem cum hoc potenti imperatore ineundam. Velle hoc

Digitized by Google

ipsum hunc principem, velle Gallos, velle et Venetos, nec Philippum quoque ab ea futurum alienum. Habere se commissiones quasdam ex Hispanis (sed non specificavit quas), crebrasque illinc litteras accipere, et novas nunc etiam in dies exspectare.

Assentiremini itaque his, et pace tum vos, tum omnes vobiscum caeteri principes supranominati, quali et quanta ipsimet velletis, frueremini. Quum ego quoque non deero pro eo favore et gratia, qua sum apud hunc principem et supremum ejus passam partes et officia mea interponere, ut omnia vobis, quam commodissime fieri poterit, succedant.

Ad haec nos, impediti tunc et loco et tempore ad respondendum, quia ex navi cum eo in litore domus ejus sedente loquebamur, multis ibidem et nobiscum et cum illo existentibus, maxime vero adhaerente nobis etiam ciauso custode nostro, a quo praecipue et nos et ipse tinebamus, aliud vicissim illi subjungere non potuimus, quam: si ipse a fundamento rem a passa cognovisset nec ne, in quam tractatus nostri cursus impegisset? Respondenteque nobis non sic, ut nos animadverte et credere potuissemus, loqui eum passae instinctu, suspectum confestim habuimus, aliunde eum moveri, et potius horum quam majestatis vestrae commodis sermonem nectere; factoque nutu ad invicem, loqui nos desiimus, et colloquium nostrum aut Hadrianopolim, si tunc eo profecti fuissemus, aut in aliud tempus, quod utrisque fuisset commodius, distulimus, qui ibi tunc in turba et velut in cursu minime poteramus vacare ejusmodi rebus. Sic tandem discessimus ab illo.

Aggressi postea consultationem de his consiliis, quae nobis dabat, reperimus, ea non esse e re, ex hono-

Digitized by Google

reque majestatis vestrae, si quidem ignorare illum omnino, quanti ponderis essent terrae postulatae, nihil etiam nominatim scire de negotio limitum et communium colonorum, de augendo quoque munere honorario, deque admittendis in hanc nostram pacem principibus, quos nominaverat, nihil passam nobis fuisse loquutum. Quumque ad haec rumor etiam huc per hos eosdem dies allatus esset, vigeretque etiam nunc, designatum fuisse ad caesaream majestatem vestram oratorem ab hoc principe, nescimus in quam partem haec omnina interpretari debeamus, suspicamur tamen, quod suggesserit aliqua passae de se, quod ipse posset in his negotiis inservire huic principi, si legatus in Austriam mitteretur, quasi hactenus hic princeps nostra culpa non fuisset assequutus, quae desiderat. Ideo praemonita majestas vestra de hujus viri statu et praxibus, si forte istuc mitteretur, facilius observabit, quaenam secum afferet et quorsum intendet animum, nosque interim curabimus ut quaecunque super his poterimus, cognoscamus, vestramque caesaream majestatem ante de omnibus edoceamus quam istuc perveniet, exspectatur enim hic intra triduum, brevi denuo Hadrianopolim rediturus.

Ut autem illud etiam benigne sciat, quo pacto mentionem fecimus passae de serenissimo Philippo rege in tractatu adhuc illo, quem cum eodem ultimum habuimus, et per Eduardum ad majestatem vestram misimus. Quum enim vidimus, passam quibusdam aliis articulis annuisse, remque totius reliqui negotii nostri in difficultatem de colonis, de limitibus et de duabus arcibus Vesprimio ac Tatta incidisse, omnem insuper nobis spem ademisse, quod ejus princeps vel tantillum de eadem difficultate esset remissurus

Digitized by Google

et praeterea inculcaret etiam identidem, cogitaremus aut omnino de concedendis illi, quae exigeret, aut ad gerendum cum eo bellum arma expediremus:

Nos sperantes, quod tolerabiliores aequioresque conditiones ab eo super his obtineremus, si spem illi conjiceremus juxta instructionem nobis datam, de Philippi quoque accessione ad hanc pacem, illum adiimus, colloquutique cum eo privatim lingua croatica, absentibus etiam interpretibus nostris, revocavimus illi in memoriam, quod antea, quodam tempore dum de pace haberetur tractatus, simile quiddam ad oratorem majestatum vestrarum Albertum de Wyss protulerat, inquiens, cur tantopere pro hac una pace sudaremus, quin potius conficeremus duas uno labore, et omni ex parte tam nos, quam vos a molestiis bellicis quiesceremus. Et hoc vivente ad huc defuncta majestate acciderat, eoque passae tendebat animus, ut Philippus quoque in eam pacem comprehenderetur.

Nos vero subjungentes eidem passae, quod id hoc tempore posset fortasse jam fieri, optante principis ejus magnitudine; vestramque caesaream majestatem, ut hoc etiam testatum illi faceret, quod ad amicitiam et pacem cum illo faciendam sincerissime animum induxerit, daturam non gravate operam, ut eundem Philippum regem in hanc ipsam praesentem pacem deducat, minimeque eandem dubitare, curam hanc illi in vanum cessuram, quippe qui quum ejusdem esset patruelis, eandem colat etiam atque observat ut patrem, credendum esse, quod in hoc ei certo sit gratificaturus: idem itaque videret passa, quantum ad id princeps ejus habitúrus sit animi, nobisque referat, quo nos quoque majestatem vestram celerius edocere possimus, ut ejus rei curam maturius ipsa etiam aggrederetur. Nos vero

Digitized by Google

plura postmodum eramus illi subjuncturi, si huic propositioni nostrae sperata exspectataque respondisset. Sed respondente nobis frigidissime, et sine ullius annuentis affectus significatione, usitatissima nimirum illa eorum formula, quam indunt omnibus litteris suis missilibus plenam superbiae et supra modum tumidam, videlicet: excelsam portam ejus principibus omnibus, qui ad eam veniunt, esse apertam, futuramque etiam Philippo regi, uti tanto principi, si venire voluerit. Ex quo animadversa barbari superbia, subjunximus: Philippum regem id rei nec scire, nec optare, caesaream tantummodo majestatem vestram in ejus principis gratiam ultro se offerre ad hoc tentandum, pro ea securitate quam habet cum serenissimo suo patruele. Hicque omnino nos desiimus, nec imposterum vel verbum fecimus, habita utrarumque majestatum vestrarum ratione et cura dignitatis. Nihil posthac etiam de hoc loquuturi, nisi quid prior ipse passa moverit. Idque quod antea majestati vestrae non significavimus, ea causa factum est, quod utique sperabamus, passam non ita multo post renovaturum hujus rei mentionem. Sed quia et tunc omnino ipse obticuit et silet etiam modo, nos quoque spe hujus rei posthabita, nunc tandem eam humillime ad caesaream majestam vestram perscripsimus.

Restat jam dicendum de litteris, quae per manus passae Budensis hactenus missae fuerunt, ad nos enim tardissime perferuntur, nescimusque, passae ne Budensis, an hujus supremi fit hoc malitia, a quo eas accipimus. Sed ea via ad hoc tempus non nisi binas habuimus, quarum priores datae erant Augusti die XXX. posteriores vero Septembris XIX. Redditae autem sunt, illae Octobris XV. hae Decembris XII.

Digitized by Google

Allatae praeterea sunt etiam tertiae via Veneta cum copiis querimoniarum, de quibus supra, sed et hae datae sunt Augusti XXX. Decembris tandem XI. ad nos per tot maria enatarunt. Ignari omnino cujus opera huc directae, aut a quo redditae. Sic, clementisime imperator, nisi de certioribus tabellariis constituendis cogitabitur, hujusmodi defectibus etiam ulterius non carebimus. Constituendi autem erunt particulares et occulti, quoniam hic omnes a litteris nostris, ut ab igne cavent. Cui rei, quum majestas vestra benignitate sua non dedignabitur providere, loqui nos desinimus, eandemque quam felicissime valere optamus. Constantinopoli vigesimaprima Decembris MDLXVII.

XLV.

Verancsicsnak és társainak Maximilián császár.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio, episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis: simul et separatim. 1567. dec. 24.

Verancsics kezével: Redditae Hadrianopoli 17. Martii 1568.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles, nobis dilecti. [Ad diem decimam septimam vertentis mensis allatae fuerunt nobis ex Venetiis litterae vestrae die vigesima quarta Octobris datae; unde cognovimus,

Digitized by Google

quos tractatus et sermones habuistis cum ipso supremo passa visirio, post expeditionem Edouardi de Provisionali super iis, quae vobis per litteras nostras de penultima Augusti injunxeramus, et in iisdem vestram eximiam fidem et sollicitudinem perspeximus, quam et grato a vobis animo suscepimus. Quoniam autem per dictum Edouardum vos de benigna mente, et voluntate nostra satis diffuse et clare instruximus, et mandatis illis nostris etiamnum clementer inhaeremus, jam parum, vel nihil ferme restat ad vos perscribendum, praeter hoc unum videlicet: Ex quo adparet, frustra vos laborare de omittenda utrinque reparatione castellorum finitimorum sub praesentibus induciis et donec solida pax concludetur: quod sanius fuerit id, quod Turcae nunquam facturi videntur, acrius etiam non urgere, nisi quatenus id vobis demandabimus, praesertim cum nos exemplo eorundem Turcarum idem facere decreverimus, ac nuper primum castellum nostrum Putnak instaurari curaverimus; sed illud in futura conclusione pacis diligentissime urgeatur et silentio minime involvatur, quod proxime in litteris nostris monuimus cavendum, et expressis verbis reservandum et constituendum esse, nempe, si aliter omnino fieri nequeat, quin ad petitam destructionem locorum ultra citraque deveniatur, ut ne Turcae tum pro iis, quae ipsi demolientur, vel eodem vel alio opportuniore loco novas munitiones construant.

Quod autem humiliter scribitis, vos interdum a Mehmeth passa asperioribus atque indignioribus verbis, quam deceat oratorem caesareum, tractari: id tribuendum est tum immensae insolentiae gentis istius, tot victoriis atque successibus, et virium magnitudine elatae, tum peculiari ipsius Mehemethis rusti-

Digitized by Google

citati atque superbiae, de qua omnes loquuntur. Cum vero non videamus, quid profecturi essetis, quando etiam vos homini acrius opponeretis, siquidem isti non rationem sed voluntatis affectus sequuntur: sanius proinde fuerit cedere loco et tempori, et non curetis illius ineptias dissimulare, quae mutari non possunt; pro vestra namque prudentia et industria poteritis etiam modeste et sine exacerbatione vel magna offensione illius, aut principis ejus, dignitatem et existimationem nostram tueri.

In caeteris fidelissimi et prudentissimi consilii vestri clementer memores erimus.] Quod reliquum est, gratiam nostram caesaream vobis benigne deferimus. Datum in civitate nostra Vienna die vigesima quarta Decembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum, Romani sexto, Hungariae quinto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

XLVI.

A császári felségnek Verancsics és társai.

Ad majestatem caesaream.

Jam binas priores litteras nostras clauseramus 1567. dec. 29.
et obsignaveramus, quum don Josephus de Nassis appulit huc Hadrianopoli, idemque dato quieti triduo a reditu, postulavit nos per litteras, ut ad eum mitteremus homines nostros bonae fidei, per quos esset quaedam nobiscum communicaturus de rebus, ad prae-

Digitized by Google

sens munus nostrum pertinentibus. Destinatis itaque ad illum duobus secretariis, remunciavit, supremum passam pro mandato sui principis velle, ut omni mora posthabita, Hadrianopolim nos conferamus; sollicitare hunc principem, ut inceptae rei inter majestatem vestram et ipsum finis tandem imponatur; nec diutius ejusdem cura atque exspectatione teneri velle, quo aliis certis negotiis suis liberius vacare possit. Se vero arbitrari, jam brevi etiam a caesarea majestate vestra exspectatam deliberationem superventuram, passam quoque remissiorem nonnihil esse factum, et in summa pacem hos optare et maturare, neque dilationi ejus ullum jam tempus (pro sua conjectura) deinceps dari posse, quod aliis rebus gerendis urgerentur. Caeterum se aliquoties cum passa fuisse colloquutum, eumque in his multo reperisse mitiorem, quam initio sese ostenderat. Vos tantummodo pari ratione sic ad aequa accedatis, ut et ipsis aliquid remittentibus, et vobis concedentibus, ii tandem duo imperatores et pacem inter se faciant, et in amicitia coalescant. Nec defuturum se, ut quantum per ejus vires fieri poterit, in hoc ipso enitatur, quo res demum celerius componatur.

Retulerunt ad haec iidem secretarii nostri, non aperte loquutum fuisse de serenissimo Philippo rege, quaedam tamen sic inter dicendum perinde ac sub nube percurrisse, ut existimaverint, desiderare hos avidius, ut etiam idem Philippus in hac pace comprehenderetur, putamusque quod passa de industria cum hoc eodem don Josepho liberius id communicare voluerit quam nobiscum, causa fastus Turcici, ne videderetur ejus pace indigere. Don Josephus etiam, qui se valde familiarem apud Philippum esse osten-

Digitized by Google

tet, promiserit fortasse aliquid se in hac compositione praestaturum, quod alii non possent, si ipsi demandaretur haec provincia.

Nec plura ex eo assequuti sumus, quam quod in itinere uberius nobiscum colloquetur; quandoquidem ei etiam redeundum sit Hadrianopolim passae mandato, qui illum ibidem esse jussisset, quum nos aderimus. Nos autem biduo, vel ad summum triduo post kalendas Januarii eodem, Domino comite, arripiemus iter, et maturabimus omni studio, ne quid morae nostrae opponatur. Quicquid autem postea his de rebus ab eodem consequemur, tametsi valde astricte agit, nec se dilatat in sermone, enitemur tamen, ut aliqua saltem majoris momenti eliciamus, eaque ad caesaream majestatem vestram perscribere non negligemus. Quia ii sine magna aliqua causa conclusionem hujus pacis non adeo nunc tandem sollicitare incepissent, nisi aliunde plus negotii metuerent, quam a nobis. Attamen de hoc etiam videbimus diligentius, et caesaream majestatem vestram humillime edocebimus.

Praeterea quoniam in eo passa Budensis plurimum curae adhibet, ut quaecunque majestas vestra agat, ab ipso supremus passa prius omnia intelligat, quam ab aliis, quam etiam ab ipsis ejus oratoribus, dans sedulo operam, ut officia sua praecurrant aliena: videretur itaque nobis e dignitate majestatis vestrae fore, si a nemine prius hic idem supremus passa deliberationem, quae isthinc exspectatur, intelligeret quam a nobis; cavendumque esse putaremus, ne illam idem passa Budensis antea quam nos intelligat. Alioqui et litterae majestatis vestrae, quas tunc ad nos dedisset, apud eum supprimerentur. donec hunc edoceret, insinuaretque officia sua, et nos haereremus,

Digitized by Google

ut stipites, ubi is passa de eadem deliberatione loqui pergeret, nos vero ignoraremus, ad rem respondere.

Caeterum has praesentes litteras nostras (quod majestatem vestram scire oportuisse existimavimus) in Dalmatiam Sibenicum, ad Michaelem Verancium, fratrem Agriensis, per conductum hominem misimus, data eidem commissione, ut eas ad magnificum dominum capitaneum Sancti Viti de Flumine, capitaneus vero ad majestatem vestram omni celeritate perferendas curet, nec enim hoc tempore opportuniorem modum dandi ad eandem ex his angustiis litteras nostras invenimus. Quae si fideliter tempestiveque reddentur, laetabimur et utemur ea via frequentius; sin minus, cogitabimus postea de commodiore. Et sacram caesaream majestatem vestram felicissime valere optamus. Constantinopoli vigesima nona Decembris MDLXVII.

XLVII.

A császári felségnek Verancsics és társai.

Ad majestatem caesaream.

1567. dec. 7. Nos hic, uti jam binis nostris humillime perscripsimus, maxime laboramus et penuria sumptuum et difficultate inveniendi mutua. Omnes enim, qui nobis suppeditare non gravarentur, certum aliquem ordinem Venetiis constitui requirunt, quo ipsorum persolverentur cambia. Quamvis autem de hoc ipso ordine constituto vel constituendo nihildum quicquam intelleximus, certissimi tamen, quod majestas vestra clementer nostri rationem habere dignabitur, jam mi-

Digitized by Google

simus Venetias ad magnificum illum ejusdem oratorem unum cambium mille quingentorum coronatorum. Sacrae majestati vestrae humillime supplicamus, dignetur benigne providere, ut et huic satisfiat et de aliis cura habeatur. Nec enim adeo parcere sumptibus possumus, quin caritas rerum hujus loci facere nos majores cogat. Et Deus Optimus Maximus sacram majestatem vestram diutissime servet feliciter et incolumem. Constantinopoli 29. Decembris 1567.

XLVIII.

Singkhmoser Márknak Verancsics és társai.

Ad Marcum Singkhmoserum.

Litterae majestatis caesareae ad nos tardissime perferuntur, quae Budensi passae commendantur. Nec intra tempus suum illas quoque accipimus, quae venetae viae committuntur, credunturque tabellariis alienis et iis, quos vocamus ordinarios. Sic ut a die XIX. Septembris nihil prorsus a quoquam allatum est ad nos litterarum, et tametsi earum tarditas, quae unae tantum Venetiis venerunt, diuturniore navigatione excusetur propter ventorum iniquitatem (magnae enim cuidam navi mercatoriae commissae fuerant), passa certe Budensis, qui succisivis mensibus ter et quater ad Mehmettem passam veredarios mittit, excusari minime debet. Videndum itaque est, quomodo inposterum ejus fidei similes litterae committentur. 1567. dec. 29.

Cum postremis autem, quae venerunt Buda, suas etiam admodum breves, gratas tamen accepimus, cognita caesareae majestatis domini nostri

Digitized by Google

clementissimi incolumitate, quiete Germaniae, oratoris Angli adventu, et salute magnificae dominationis vestrae. Quae omnia tametsi magno nos affecerunt gaudio, tamen quia a Septembri mense, quo datae sunt multa late per orbem nostrum accidere potuerunt, ut apud Gallos, qui jam hic apud hos regem etiam suum sustulerunt, et apud Belgas, ubi dux quoque Alva tot convivas Ugonottas (si rumoribus, qui e tam longinquis regionibus afferuntur, credendum sit) caedi propinaverit: paulo uberiores ab eadem optaremus, quum nos utique de his quae geruntur hic, pleniore aliquanto scribere calamo non intermittimus, quippe qui ita rerum novarum, quae apud vos, et per totam Christianitatem incidunt, jejuni sumus, ut aeque nusquam gentium, nullo unquam tempore magis fuerimus, putamusque quod domi nec propinquos nec amicos reliquerimus. Magnificam itaque dominationem vestram rogamus; ut ipsa saltem litteris loculentioribus velit aliquanto haec jejunia nostra imposterum sublevare, et si forte hoc non liceret illi characteribus legitimis (uti non licere scimus), licebit notis caesareis, a quibus nos etiam opem mutuati, partibus nostris insistere contendimus, ne quas nos desideramus ab amicis, eas ipsi a nobis desiderare possint.

Igitur quod ad praesentes horum res et curas attinet, summa sollicitudine et artificio de expeditione suae clasis rumores hactenus alternarunt; modo eam se emissuros, modo non; modo eandem sedulo apparare, modo ita ab apparatu ejus cessare, ut interdum aliquot triremibns, e navali in mare extrusis, mox denuo in navale recceptis, nullus etiam operum ibidem fervor cerneretur. Similiter variata sunt vulgo loca etiam, contra quae proficisci debuiset. Nunc accepto nuncio ex Africa, quod Philippi classis uno

Digitized by Google

excursu tota ora Algeri depopulata magnam quoque in biremibus et navibus loci ejus praesidiariis fecisset praedam, ipsi tanto damno occursuri, suae similiter expeditionem palam edixerunt, sed incerto numero triremium. Jamque eo ciausos in Asiam miserunt, quo remiges evocent Costantinopolim.

Veneti solertes, nec segnes in periculis, metuentesque magis silentem et simulantem, quam latrantem et ferocientem hostem, manifeste solliciteque interim Cyprum et militibus et operibus instruunt ac muniunt. (Quicquid soli poterunt, si soli Cyprum contra tantum hostem tueri conabuntur.) Quo ii tam magno nec dissimulato apparatu nonnihil repressi, desierant etiam haud dubie praecipitare in eos fulmina, uti inceperant, adhibentesque interim aurem quoque non solum alteram, sed etiam utramque motibus Persicis, qui necdum mitiorem dant de se significationem, difficile est omnino ex hac varietate silenorum veritatem rei eruere. Sed quia dicunt alii centum, alii quinguaginta, nonnulli plurium triremium futuram, exituramque non totam integro numero, sed disjunctim per partes, ut minor appareat, et hoc dolo fallat eos, in quos est decreta. Ubi non deest multorum conjectura, Cypro timendum esse ab hoc dolo. Ajuntque, quod hic princeps, ab insula Cypro velit gesta sua auspicari, ut a Rhodiensibus auspicatus est pater, idque etiam propterea, ut Rhodo ac Chio Cyprum quoque adjungat et redigat in suam ditionem, quo a Syriae et ab Aegypti littoribus liberos et juris sui Christianos vel procul vel subditos habeat.

De Persa hisdem ferme astutiis varie multa comminiscuntur et in publicum spargunt. Motus enim ejus etiam nunc occultant; non desistunt tamen de venturo illius oratore adhuc somniare et garrire, et

Digitized by Google

quum idem orator nondum appareat, Persaeque vicini populi, ut Babilonii, Caramani, Curthi, Armeni et Iberi vulgo Iveri, Giorgianique nominati, ac plures alii, qui sunt in illis regionibus Ottomanarum partium, ferme quotidie ab hoc principe et consilium et opem rebus suis per creberrimos nuncios implorant: magnifica dominatio vestra videat, quantum figmentis horum sit credendum. Quibus quum sibi ineptissime blandiantur, nobis vero aliis apertissime mentiantur, quid ab eorum latrociniis non sit metuendum, quid sperandum quoque aequitatis ?

De nobis autem non aeque ac de Persa volunt videri esse solliciti, curantque maxime, ut id credatur eis, quod et proprius, et majore vi nobis immineant, jamque etiam securi prope de nostra pace, nihil propterea restare sibi ad debacchandum secure contra quosvis Christianos arbitrantur, si cum Persa tantummodo in amicitiam et pacem devenient; ajunt enim nos et opum et virorum et armorum pollere copia, minus tamen illis esse timori, quod pluribus imperiis distracti multiplicique libertate elati, nec unitatem nec obedientiam habeamus

Et ne hic privata quoque nostra omittamus. Bene Dei beneficio omnes valemus et nos ipsi et familiae nostrae. Saurerus etiam juvenis (quod parenti ejus referri cupimus) jam assurgit, pedes exercet et in pristinam habitudinem corporis reficitur. Quo si reliqua nostra licet nobis ascribere, ut necessitas animat: sumptibus sane et infirmi et invalidi sumus, exspectamusque magna fiducia, ut jam nobis ad binas nostras, quas super hiisdem sumptibus ad caesaream majestatem dedimus, gratum, clemens et munificum responsum veniat, in quo ut nobis etiam magnifica dominatio vestra per

Digitized by Google

stra per occasiones patrocinetur, etiam atque etiam rogamus, idque curando duntaxat, ne isthaec res nostra inter tot caesareae majestatis negotiorum agmina penitus oblivioni detur. Et si quid in his ad magnificam dominationem vestram datis fuerit, quod non fuisset in caesareis, referet suae majestati. Et felicissime valeat, utaturque etim ipsa nostris officiis. Constantinopoli vigesima nona Decembris MDLXVII.

XLIX.

Verancsicsnak és társainak Maximilián császár.

Reverendo devoto, ac nobilibus, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Alberto de Wyss, et Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, consiliariis nostris ac oratoribus ad serenissimum imperatorem Turcarum ablegatis. 1568. január 5.

Verancsics kezével: Redditae Hadrianopoli 13. Februarii 1568.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator, semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobiles, fideles, nobis dilecti. Intelleximus non solum a strenuo nostro et sacrii imperii fidele dilecto Lazaro de Schwendy nostro consiliario, et in superioribus regni nostri Hungariae partibus supremo exercituum capitaneo, sed ex aliis quoque compluribus locis, emanasse haud ita pridem passim per Hungariam et Transsylvaniam, tam apud Christianos, quam Turcas maximam famam, (auctoribus procul dubio malevolis nostris, et

Digitized by Google

hominibus malignis, perditis atque a publica pace et tranquillitate alienis) praefatum supremum capitaneum nostrum ex improviso cum exercitu ac tormentis bellicis et necessariis apparatibus movisse ad oppugnandam arcem Hwzth, vel aliud quidpiam contra illustrissimum Joannem Sigismundum ducem, serenissimi quondam regis Joannis filium moliendum. Quam ob rem, idem dux implorato Turcarum auxilio se ad defensionem parabat, cum tamen ne in mentem quidem venerit vel nobis, tale quidpiam in hoc induciarum tempore, quo de pace potius quam de bello cogitamus, vestraque opera cum serenissimo Turcarum imperatore tractamus, dicto supremo nostro capitaneo mandare, vel illi, absque jussu et mandato nostro suscipere, utroque nostrum in id maxime intento, ut interea, donec negotium hoc pacis, Deo bene juvante, feliciter concludetur, in confiniis omnia sint quieta et pacata, induciaeque firmiter et sincere observentur. Quos quidem falsos rumores, quum vereamur, ne isthuc quoque penetraverint: vos per praesentes clementer edocendos duximus, talia omnia contra veritatem temere atque imprudenter esse conficta, et omnes nostros limitaneos praefectos et capitaneos a nobis in mandatis habere, ut inducias strictissime et inviolate servent, et si quid ejusmodi habuissemus in animo, utique non dimisissemus tot cataphractos equites et pedites Germanos, quos spe futurae pacis dimisimus. Quocirca vobis nunc benigne committimus, ut si contigerit ea de re vos interpellari, aut vobis alias consultum videbitur id ultro quoque fieri, constantissime asseveretis, ista omnia mera esse figmenta, postulando ne vel ipsemet serenissimus Turcarum imperator, vel passae vesirii consiliarii ejus istius-

Digitized by Google

modi commentis, vel nunc vel in posterum aures et fidem adhibeant, sed in nostra integritate plane conquiescant. In quo exequemini benignam et expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna die quinta Januarii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, regnorum nostrorum Romani sexto, Hungariae quinto, Bohemiae vero decimo nono. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

L.

Mehmet nagyvezírnek Verancsics és társai.

1568. Porrectum est hoc scriptum domino su- 1568. jan. 26.
premo vezirio Mehmet passae Hadrianopoli die XXVI. Januarii.

Illustrissimo signor passa.

Li mesi prossime passati essendo comparsi noi ambasciatori della magiestà d' imperatore di Romani alla presenza de vostra illustrissima signoria per conto della pace, la quale s'ha comminciato a trattare fra il suo invictissimo imperatore zultano Zelymo, e fra Massimiliano Segondo imperatore e signore nostro. Et expostoli prima, quanto havevamo in commissione da sua magiestà, poi ancora intesa la risposta e la dimanda de vostra illustrissima signoria, che ne fece per nome del invictissimo suo signore sopra li subditi dediticii, tributarii e communi d' Ongharia, che già da tanti anni sono stati in poter de tutte due parti con certe constituzioni e modi; e che adesso per nissun

Digitized by Google

conto dovessero pagare e prestare servizii alla parte d' essa magiestà del nostro imperatore.

Sopra che non havendo noi la commissione di far fine conclusivamente e concedere, quanto si chiedeva, mandassimo tal difficultà alla deliberazione di soa magiestà cesarea, perchè cussì ne haveva commandato di fare intravenendò la detta difficultà nel trattato.

Adesso essendo arrivata la deliberazione da soa magiestà, che si aspettava, ne piacendo quella si a questo invictissimo signore come alla vostra illustrissima signoria, già chiaramente havemo inteso. Et in verità non solamente noi se troviamo molto perturbati, ma ancora la soa magiestà cesarea sopra modo se ne dole, che desiderando di venire con esso gran signore nella confederazione et vinculo de pace, non le habbia potuto compiacere in questa soa dimanda e ciò per le cause quì di sotto scritte.

Sa molto bene la soa altezza, quanto importa a tutti li principi di conservarsi nella dignità, nel honore e nella riputazione, la quale e li antecessori soi li hanno acquistato, e per se stessi ancora augmentato et accresciuto, per il que sogliono mettere al periculo non solamente le soe facultà e li soi regni, ma ancora le proprie vite loro, per non patir al mondo e fra li soi pari qualche dishonore et infamia.

Ove obstando alla soa magiestà cesarea la religione di far, quanto è dimandata, non essendo ne modo ne via, che possa sottomettere volontariamente tanti populi de soa fede a la fede contraria della soa.

Obstandoli ancora il giuramento, che ha fatto alli Onghari nella soa coronazione, che li defenderà e conservarà nelle antiche libertà e privilegii della

Digitized by Google

nobiltà loro. E, che pur una minima parte del detto regno per soa propria volontà et absoluto suo potere non alienarà per nissuna via ne modo in altre genti e nazioni.

Obstandoli medemamente le confederazioni, che tiene con li principi d' Alemagna, che sono di grandissima importanza d' honore e di fermezza delli communi stati, che ha con essi loro. Ove se qualche parte dalla detta Ongharia alienasse cussì, come è chieduta, metterebbe in pericolo tutti li altri soi regni e provincie, che ha. E sollevarebbe contra di se una infinità di principi cristiani, ne restarebbe senza molta infamia e jattura d' honore appresso tutta la Cristianità.

Oltra di questo, li soi ancora istessi popoli venerebbono nelle sedizioni, e ferebbono rebellioni dalla fede et obedienza di soa magiestà, vedendola cussì restata sola, e re quasi d' una spana di regno d' Ongharia. Ne li mancarebbono tante persecuzioni da mille bande, che non potria resistere per nissun modo a tante adversità, quante li nascerebbono, s'el commettesso un errore cussì fatto.

Più altri obstaculi potessemo raccontare appresso questi nel presente negozio. Ma per abreviar il molto raggionare, li lasciamo, pensando che questi fussero detti a bastanza, come grandi, legitimi e verissimi al giudicio d' ogni potente e savio principe. Per la qual cosa noi a nome de soa cesarea magiestà pregamo la vostra illustrissima signoria, voglia interponersi appresso la altezza soa, e far tanto con la autorità e prudenza soa, che con maggiore e più propenso animo abbrazzi il detto invictissimo imperatore, lasciando da canto per adesso nella pacifica-

Digitized by Google

zione questa soa dimanda, si dura e difficile a soa magiestà cesarea per le cause di sopra dette. E conceda la soa altezza benevolmente, che li detti subditi dediticii, tributarii e communi rimangino nel pristino stato, serviendo e pagando a tutte due parti, non due pelle, come alcuni dicono, ma la metà de una, come fina mo per la convenzione, sotto la quale s' haveno fatto dediticii, dividendo li censi et altere entrate, che dovevano a loro natural padroni, in due parti. Delle qual una dessero al gran signore, e l' altra al nostro imperatore et a soi padroni.

Faccianosi poi li commissarii de l' una e de l' altra parte di numero eguale e di bona conscienza, li quali con la autorità del signor passa di Buda, e del supremo capitaneo, che soa magiestà crearà per tal effetto, vadino e rivegano personalmente tutti li confini, e cussì mettano in tali luochi li termini fra una e altra parte, delli quali si contentarano tutti dua imperatori. Nè quelli termini doveranno trapassarsi ne da vostri ne da nostri soldati armati, eziandio se li detti communi subditi recusassero tal volta di pagare e sèrvire si alla vostra come alla nostra parte. E coloro, che faranno il contrario, siano puniti in effetto, de qualunche parte saranno, cioe soldati o Turcheschi o Cristiani. Et alli detti communi subditi si limitarà el modo e li tempi del anno, nelli quali essi istessi porteranno e quà e là quello, che saranno obligati, senza che in ciò se intromettino li soldati et ogni altra sorte de homeni, che poco si curono della stabilità di pace, ma soli vostri tresorieri e nostri homeni, che faranno per il invictissimo signore e per quelli, alli quali pertegneranno le dette entrate e servizii.

Il che quando la soa altezza si contentarà di

Digitized by Google

fare per la soa grandezza e per affezzione, che porta al nostro signore, non li venerà a meno niente di quelle utilità e frutti, che fina mo da quelli subditi communi ha havuto e perceputo, ma ancora tanto maggiormente si conservarà la pace, che fra le due magiestà si concluderà, e quella sarà et honesta et ugvale, quando si farà in questa maniera.

E la vostra illustrissima signoria, piaciandole, sia contenta di ottenere a soa magiestà cesarea tanto favore dal suo invictissimo imperatore, acciò conceda, che le cose di queste ville communi restino in questo stato presente. E facciassi poi la detta pace o per anni otto o per dieci, o per tanti, per quanti piacerà alla soa altezza, la quale dal nostro signore per insino, che la detta pace durerà, ogni anno sarà visitata con lo già constituto et ordenato presente honorario di trenta millia ducati onghari d' oro, come prima. Et oltra di questo con altro presente, che sarà degno si del dante, come del rizevente.

Ne tralascierà soa magiestà cesarea di remunerare ancora la opera e la fatica de vostra illustrissima signoria, la quale haverà prestato e sostenuto in questa composizione della detta pace, tanto necessaria si a tutti dua imperatori nostro e vostro, come anco alla quiete e tranquillità di misera e già vastata Ongharia.

Spettamo la desiderata risposta da vostra illustrissima signoria, quale Iddio conservi in bona prosperità.

Digitized by Google

LI.

Ugyanannak ugyanazok.

Illustrissimo signor passa.

1568. jan. 28. Perchè par, che la vostra signoria illustrissima è molto sollicita, che quando già, Iddio vogliando, sarà fatta e conclusa la pace tra questi dua imperatori nostro e vostro, siá ancora ben osservata della nostra parte. Noi dicimo sopra questo, che tutto quello, che la magiestà del nostro imperatore prometterà per la fermezza della detta pace, osservarà ancora constantemente, se parimente si farà dal canto della vostra parte.

E per accertarvi di quello, che dicimo, un altra volta arrecardamo la vostra illustrissima signoria del fatto di serenissimo re Philippo, che piacendo alla altezza del imperatore vostro la soa amicizia e pace, noi promettiamo, che la magiestà del imperator nostro s' adoperarà di condurlo seco in questa presente confederazione, et ha ancora certa fermezza di prestar effettuamente tutto quello, che con soa regia magiestà trattarà sopra questo.

Poi senza dubbio l' altezza del vostro signore consequirà (come noi pensamo) doi cose d' importanza alli soi disegni. Prima: che havendo pace con lo imperio e con la Spagna per l' opera del nostro signore, resterà sua altezza securissima si delle arme d' esse nostro signore, come da quelle del re Philippo, e cussi ne questo tempo di detta pace, e per terra dalle bande

Digitized by Google

nostre e per mare da quelle di Philippo re, tutte le dizioni de soa altezza vostro signore rimanerebbono e starebbono quiete e tranquille a suo piacere.

Ne altro al par di questa sua opera tanto amichevole e proficua alla altezza del suo signore, la magiestà del nostro desidera raguaglio, cha suol, che li sia bon amico e confederato; e che lasciando tutte le ville communi d' Ongharia nel stato, nel quale sono state fina mo, concludassi al fine la nostra pace in questa maniera, ne dubiti la vostra illustrissima signoria, che dippoi più chiaramente conoscerà e vedrà, quanta utilitate e contentezza recarà al suo proprio principe.

Ne dicendo noi altro in la presente carta, pregamo al fine la vostra illustrissima signoria, che ne voglia exaudire, e talmente deliberar e constituir el stato di questa pace, che la magiestà del nostro signore molto maggiormente sia inclinata alli appiaceri, si de vostra illustrissima signoria come anco della altezza del suo potentissimo et invictissimo imperatore. Allo quale pregamo ogni bene.

1568. Expositum oretenus hoc scriptum est domino supremo vezirio Mehmet passae Hadrianopoli die XXVIII. Januarii.

Digitized by Google

LII.

Verancsics és társai Mehmet nagyvezírnek általadják a tervezett békepontokat.

1568. febr. 21 Maximilianus Secundus, etc. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis. Quod quum nos ab ineunte aetate nostra summa sedulitate ac summo studio, imprimis salutem et conservationem, deinde quietem et tranquillitatem non solum publicam, divina adjuti bonitate, sed etiam afflicti, oppressi et prope jam penitus evastati, redactique ad extrema regni nostri Hungariae continuis bellorum aeque intestinorum atque externorum calamitatibus, procuraverimus, nec quicquam nunc etiam habeamus antiquius magisque animo versemus, quam ut et privatis regnis ac provinciis nostris prodesse et publicis statibus totius Christianitatis, quoad sese extendunt nostrae vires, beneficio per omnem aetatem nostram more majorum nostrorum esse possemus. Sed interim, quia domesticarum quaque publicarum discordiarum pertinacia impediti ac distracti, factum est, ne ea consilia atque conatus prosequeremur, quos non dubitaremus, divinae mentis ope accedente, fore omnibus proficuos, si universaliter tota respublica Christiana, magis de communi pace, utilitate atque concordia, inter sese concilianda cogitaret. De his tamen utcunque alii apud se opinabuntur et studium super hoc ex aequo statuent sibi esse suscipiendum: nos nihilominus

Digitized by Google

imperiali nostro muneri tota mente interim intenti, eam quietis, tranquillitatisque et salutis omnium illorum, ad quorum gubernationem vocati sumus, geremus curam, quae et a conditione temporum haberi poterit et ratio Christianorum statuum, non ita inter sese, ut optaremus, cohaerentium*). Itaque habita consideratione causarum pacis octennalis, quam serenissimus quondam princeps dominus Ferdinandus Romanorum imperator augustae recordationis, genitor noster charissimus et observandissimus cum serenissimo principe domino sultano Solymano, imperatore Turcarum ac Asiae, Graeciae etc. post multas, difficiles et diuturnas bellorum concertationes, per varios similiter et longos tractatus, hinc inde oratoribus destinatis transegerat, sic temporibus illis exigentibus; nos quoque hiisdem moti atque inducti causis, quas pari ratione haec etiam praesentia tempora, nihil ab illis discrepantia,**) eadem via et Hungariae et caeteris regnis ac provinciis nostris prospicere volentes, accidit: ut mox ab obitu ejusdem serenissimi quondam imperatoris, domini genitoris nostri charissimi et observandissimi, per nobilem, fidelem et dilectum Albertum de Wyss, consiliarium et oratorem nostrum Constantinopoli residentem edoceremur, serenissimum principem Solymanum imperatorem Turcarum jam defunctum, ad amicitiam et pacem nobiscum faciendam esse inclinatum, cupereque, ut ad felicem ejus portam oratores nostros mitteremus, Nos quoque, ut eadem regna et provinciae nostrae, maxime vero ipsa Hungaria quiete tranquillitateque fruerentur, cessarentque aliquando in miseris earum populis depraedationes,

*) Kimaradt: ‚suadet' vagy más rokonértelmü szó.

**) Itt is kimaradt az összefüző ige.

Digitized by Google

captivationes, caedes et multiplices aliae terrarum illarum vastitates atque aerumnae, non dissimili voluntate animum induximus: sicuti eidem charissimo domino genitori nostro in imperium et in reliqua regna ac provincias domus nostrae successimus, ita et in amicitiam et pacem, quam idem dominus genitor noster cum praenotato serenissimo quondam imperatore Solymano tenuerat, succederemus, eamque sinceriter, usque ad finem constituti jam antea octennii sub iisdem conditionibus, quibus cum serenissimo quondam domino genitore nostro inita fuerat, continuaremus. Eaque transactione redintegrata inter nos paternae pacis, confirmata ac ratificata mutuis et authenticis litteris, nos haud dubio pro nostra parte clare comprobavimus, quod eandem pacem re ipsa aggressi observare, optimo etiam ac sincero animo iniveramus. Quia mox ab altera, nimirum hinc a Joannis regis filio, inde a Temesiensi beglerbegho perturbati, vexati ac lacessiti bellicis tumultibus, et per duos annos, sexagesimum quartum et sexagesimum quintum, bona nostra ac eorum praesidia cum armatis insectati, omnia, quae illis in partibus nostri juris sunt, hostilitate compleverant. Vicissim nos quoque sic inopinate circumventi occupatique sollicitudine non exigua, etsi eo tunc, necessitate compulsi, arma caperemus, partim pro tuenda dignitate et existimatione nostra, cui deesse nec potuimus, nec debuimus, partim etiam ad inhibendam talium grassatorum in ditiones nostras memorata pace violata, irruptionem: illud tamen sedulo curavimus, ut serenissimi Turcarum principis, confoederati nostri, nulla usquam terrarum pars armis nostris vel infestaretur vel attingeretur hostiliter, verum qui in nostras fecerunt impetum, propul-

Digitized by Google

sarentur; nos illaesam pacem servavimus, suscepta interim pro divino et humano jure duntaxat defensione nostri regni, vim vi repellendo, nec cuiquam hostilitatis aut inimicitiae ansa praebita. His causis impedito cursu et observantia pacis, latius ejusdem Transsylvani et Themessiensis beglerbeghi turbulentiis bellum contra nos exarsit. Protestatique eotunc et ipsis duobus omnium hujusmodi turbarum authoribus et imperatori Selymano eorum principi, nos quoque coacti sumus, copias hostibus opponere et eorum vim inhibere, tuerique quantum potuimus, ne terrae ac subditi nostri damnificarentur. Sic flagrante inter nos hunc in modum bello minime exspectato, nobisque non offensive sed tantummodo defensive arma agitantibus, et animis multorum hinc et inde acerbiora meditantibus, quos indignitas rei incenderat: serenissimus idem Turcarum imperator, quem hi motus non latuerant, et scripsit et nunciavit nobis, cupere se, ut utrinque ab armis discederetur et revocarentur exercitus, ineturque ratio, ut controversiae hujusmodi compositione sedarentur. Tunc quoque nos serenitati ejus, cujus voluntatem semper magni fecimus, benevolenter gratificati sumus, esto quod per eos tumultus pulcherrimas occasiones ulciscendi injurias a Transsylvano acceptas, illumque bona etiam parte eorum, quae possidet, multandi prudenter praetermiserimus, ut eidem serenissimo imperatori Solymano declararemus, quo animo et amicitiam ejus et foedus, quod nobis cum eo intercedit, amplecteremur, nempe et commoda nostra intermittendo et ad tales injurias, damnaque connivendo. Dumque nos omni constantia et sinceritate paci studemus, cavemusque ne quid a nostris committatur, quo de nobis queri posset, si vel arma deposita

Digitized by Google

resumerentur, vel controversiarum compositio, ad quam eramus invitati, impediretur: haudquaquam nobis pari studio atque officio responsum est ab eodem Transsylvano, cui quum imperatum fuisset mandatis ejusdem principis, ut ipse quoque manus ab armis contineret, et sese controversiis componendis accommodaret conquiesceretque, non paruit, sed potius neglectis ac plane contemptis mandatis atque imperio tanti principis, denuo mox exercitu conscripto, ditionem nostram, ultra Tibiscum sitam, aperto marte invasit, et oppugnavit plures ejus arces, quasdam vero etiam cepit et solo aequavit. Atque eodem Transsylvano cum finitimis Turcarum copiis contra nos, contra foedus pacis et contra Turcarum principis imperium perpetrante hujusmodi, conatu quanto maximo potuit: nos ne tunc quoque recessimus a studio gratificandi eidem principi, missoque ad eum per eosdem dies egregio, fideli et dilecto Georgio Hozzwtothy, oratore nostro, nihil eorum praetermittentes, quae ad redintegrandam, solidandamque cum eodem tum pacem, tum amicitiam, ad edocendumque quantas injurias, damnaque per ejus serenitatis indulgentiam sustinemus, qua et Transsylvanus et Themesiensis beglerbeghus insolescebat, qui viribus suis Transsylvanum ipsum adjuvabat et cum illo pari ferocia ac fiducia audebat et nos et fines nostros populari ac vastare, locaque alia atque alia oppugnare et ad deditionem sollicitare, variis quoque accusationum figmentis excogitatis, ipsum insuper imperatorem Solymanum contra nos permovere conabantur, quo primum ea pax inter nos non coalesceret, deinde ut armatus quoque nos et regnum nostrum invaderet. Unde et factum est, quod ea nostra legatio nec excepta, nec exaudita, ne-

Digitized by Google

que etiam habita sit, quemadmodum merito debebat, quia sinceritatem animi nostri erga eundem principem testabatur. Nec omnino progressus memoratae pacis successere, consequutaque in Hungariam expeditione anno sexagesimo sexto, cui ipsemet princeps praefuit, et affecit regnum nostrum vastitate prope extrema, prorsus tandem de spe ejusdem pacis continuatione*) actum est. Quia his bellorum difficultatibus, culpa Transsylvani suscitatis et in medium productis, eadem pax nec realem effectum ullum sortiri atque obtinere, nec ipse etiam Turcarum princeps ab adversa parte nimis de his persuasus, quibus apud eundem deferebamur, ad aequitatem nostram ulla ratione converti potuit. Verum eodem videlicet imperatore, in ea ipsa expeditione apud Zigetum rebus humanis exempto et immediate ad imperium ejus serenissimo filio suo sultano Selymo evecto, utcunque ista sese habuerint et fuerint nobiscum agitata illius patre superstite, quae praeterierunt et sic acciderunt, ut divinae visum est majestati. Nunc tamen, quum idem sultanus Selymus jam paternum arripuisset imperium et feliciter imperaret, seque promptum paratumque esse ad ineundam, contrahendamque nobiscum amicitiam et pacem declarasset, et quae est ejus humanitas, etiam obtulisset, quatenus oratores nostros ad serenitatem ejus misissemus: nos etsi tam antiquarum, quam veterum, earumque etiam, quas jam enumeravimus, injuriarum, damnorumque a Transsylvano et a Themesiensi beglerbegho sub ista octennali pace acceptorum vel memoria ipsa turbabamur: tamen considerantes famam de illius virtutibus, quae jam latissime praedicantur,

*) Igy, tollhibából, ‚continuandae' vagy ‚continuationis' helyett.

Digitized by Google

quodque ad hoc tempus cum eodem nihil unquam rei, nihil inimicitiarum habuerimus, fidentesque propterea, quod serenitas ejus nec relationes commentitias admittet ad suas aures, nec ullo modo patietur, ut foedera quae cum vicinis principibus percusserit, a suis sive beneficiariis, sive subditis, quoad superstes fuerit, violentur, aut quovis modo seu colore transgrediantur ut non ita pridem: concessimus, simul cum serenissimis et charissimis fratribus nostris Ferdinando, Caroloque archiducibus benevolenti animo in eandem voluntatem de pace cum ipso serenissimo imperatore Selymo ineunda et contrahenda, nosque obtulimus, quod primo quoque tempore mitteremus oratores nostros, ad eam tractandam in excelsa porta ejus; volentesque omnino promissis nostris satisfacere, die vigesima quinta mensis Junii, anni praesentis*) millesimi quingentesimi sexagesimi septimi ex arce nostra Posoniensi ad eundem Constantinopolim misimus reverendum Antonium Verancium episcopum Agriensem ac nobilem Albertum de Wyss et Christophorum a Teuffenpach in Mairhofen, consiliarios et oratores nostros, fideles dilectos, pleno et sufficienti cum mandato, ad eandem pacem certo, firmo et constanti aliquo cum effectu tractandam, ineundam et concludendam aequis ac honestis conditionibus pro utraque parte, his tamen attentis cautionibus, quas in instructione praescriptas a nobis acceperunt. Post itaque tractatum longiorem aliquanto, quam sperabamus, ob quasdam difficultates graviores hinc inde causatas, quem iidem oratores nostri cum magnificis passis, ejusdem principis summis consiliariis habuerant,

*) Ha ez nem iráshiba, ‚praeteriti' helyett, Verancsics még 1567. vége felé tette fel a békepontokat.

Digitized by Google

pacem quoque memoratam ad annos octo proxime sequentes, et a die, qua datae sunt patentes nostrae litterae, partisque alterius confirmatoriae, numerandos, sub certis quibusdam, utrique parti examinatis, approbatis, decretisque conditionibus, hic inferius expositis, perfecerunt. Nos vero ejusdem pacis conclusione et conditionibus suis visis, lectis et consideratis, cupientesque quantum a Deo datum est nobis facultatis, securitati, quieti et tranquillitati publicae, imprimis autem afflictissimi regni nostri Hungariae et partium ei subjectarum, magnis et continuis multorum annorum cladibus jam desolati, exhausti ac pene funditus eversi, esse consultum, praenotatam pacem et omnes ejus conditiones atque articulos per eosdem oratores nostros cum dictis magnificis, summis passis ac veziriis, nomine et loco serenissimi ipsorum principis sultani Selymi agitatam et conclusive tandem factam, firmatam et constabilitam pro nostra et serenissimorum supradictorum fratrum nostrorum parte ratam, gratamque habentes, his praesentibus litteris nostris approbavimus et confirmavimus, ac ipsum etiam illustrissimum dominum Joannem Sigismundum, Joannis quondam regis filium, cum Transsylvania comprehendi consensimus, prout per praesentes ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, et omni meliori modo ac forma, quibus possumus, ratificamus, approbamus et confirmamus, quatenus tum idem quoque serenissimus imperator Turcarum Selymus litteris suis confirmatoriis in eodem pacis negotio, nostris his per omnia similibus et congruentibus, nobis respondebit, ut ipsa scilicet pax, sic ultro citroque datis et acceptis memoratis litteris confirmatoriis, fide et verbo imperatorio ac regio corroboratis, debitum

Digitized by Google

eadem pax vigorem, certumque et realem obtineat effectum, declarantibus et pollicentibus nobis, quod non solum cum praefato serenissimo imperatore Selymo sed etiam cum ipso duce Joanne Sigismundo bonam et sinceram memoratam pacem fovebimus ac servabimus, in quantum vicissim ipsi quoque nobis mutua sinceritate et integritate correspondebunt. Ita ut quilibet nostrum aequaliter ad hujus pacis observationem adstrictus et obligatus sit juxta has conditiones infrascriptas.

*) Imprimis decretum est, ut haec pax inter nos ac serenissimos archiduces Austriae, Ferdinandum et Carolum fratres nostros charissimos ab una, et potentissimum ac serenissimum sultanum Selymum, Turcarum imperatorem parte ab altera inita, facta et conclusa in annos octo**) proxime sequentes, per hoc totum tempus, inter nos videlicet ac utriusque partis regna, provincias, principatus, dominia, urbes, terras, oppida ac loca tam terrestria, quam maritima, omnesque et subditos et milites eorum, mutua, bona, vera, firma, constansque et sincera esse debeat, eaque a nobis juxta conditiones suas infrascriptas vere, sancte et inviolabiliter colatur et observetur. Videlicet, ut nos statim a data ab emanatione et publicatione memoratae pacis, et ejus transactionalibus litteris mutuo confirmatis, iisdemque ab utraque parte datis et acceptis, universis et singulis capitaneis, praefectis, officialibus, caeterisque omnibus ordinum bellicorum ductoribus, nec non militibus ac subditis, et quibusque aliis finitimis nostris, serio, districte et sub poena capitis mandemus, ut ipsi quo-

*) A Millernél e helytt előforduló ‚1567.' év nem Verancsics Antal„ hanem Faustus által iktattatott ide hibából.

**) Eredetileg ‚decem' állott.

Digitized by Google

que pacem hanc firmiter, sancte et inviolabiliter observent.

Similiter etiam ne passis, beglerbeghis, sangziachis, vajvodis, praefectis, officialibus et quibuslibet aliis capitaneis, belliductoribus, militibus, ministris ac subditis, cujuscunque gradus, conditionisque fuerint, vel quocunque nomine seu titulo vocabuntur, quibus idem Turcarum princeps dominatur.

Nec praeterea illustrissimo duci Joanni Sigismundo ac Transsylvaniae et caeteris bonis, quae ubivis locorum possideat, neque etiam Moldaviensi ac Transalpinensi vajvodis arma, vim ac hostilitatem inferant, eosdemque lacessant, sed potius cum iilis pacem et bonam vicinitatem conservent. Qui vero secus fecerint, in tales juxta jam promulgatum de observatione hujus pacis decretum serio et poena capitis animadvertemus.

Secundo. Vicissim decretum est, ut omnia regna, provinciae ac dominia nostra, et quaecunque in Hungaria ultra, citraque Danubium ac Tibiscum, et in Dalmatia, Croatia, Sclavonia, aliisque in pluribus partibus, simul cum eorundem juribus, nos cum antedictis fratribus nostris charissimis, ac etiam cum subditis nostris habemus, possidemus et nostrae sunt potestatis, ea in futurum quoque vigore praesentis pacis cum universis suis pertinentiis, urbibus, civitatibus, oppidis, arcibus, castellis et locis universis, tam terrestribus, quam martimis et aquaticis, cum eorundem proventibus, censibus, decimis, servitiis, aliisque omnibus similibus emolumentis et quibuscunque bonis mobilibus et immobilibus, nobis ac etiam subditis nostris salva, libera et prorsus ab omni tum ipsiusmet principis Turcarum, quam etiam a passarum, beglerbegorum,

Digitized by Google

zangziachorum, vajvodarum, praefectorum, capitaneorum, militum, officialium et ab universorum denique suorum, quovis nomine, tituloque nuncupatorum hostilitate, molestia, vexationeque tuta et pacifica esse debent.

Tertio. Item ne eisdem imperatoris Turcarum bassis, beglerbeghis, caeterisque omnibus supramemoratis praefectis ac subditis, cujuscunque gradus, status, ordinis conditionisque extiterint, ac omnibus aliis, quibus imperat, nos et charissimos fratres nostros, ac etiam subditos ad nos pertinentes, in perceptione fructuum ac reddituum ex possessionibus nostris, subditorumque nostrorum, quovis modo turbare et impedire, nec ullum jus sibi de iisdem subditis nostris novis aliquibus exactionibus seu oneribus premendis arrogare et praetendere, multo etiam minus villis, pagis et possessionibus, eorundemque subditorum nostrorum insidiari liceat ac permissum esto. Quin potius idem Turcarum imperator supranominatos suos passas, beglerbeghos et caeteros omnes, quibus dominatur, prohibeat et realiter praecaveat, curetque ne nostros subditos vel per vim, vel quibusvis artibus aut machinationibus, seu mortis, seu incendii, praedationumque et captivationum minis et terriculis sollicitare ad deditionem et in potestatem ac ditionem suam redigere ullo modo audeant et praesumant.

Quarto. Item quia proxima octennalis pax a conclusione ejus per totum tempus suum impedita fuerit inquietudine et bellicis tumultibus illustrissimi domini Joannis Sigismundi, haec praesens, ut firmior ac stabilior esse possit, nec ejus cursus motibus et machinationibus quibuspiam ejusdem ducis impedia-

Digitized by Google

tur, decretum est: ut imposterum a conclusione dictae pacis in Transsylvania et intra ejus provinciae limites legitimos sese contineat, suosque etiam omnes, quos vel a consiliis, vel a rebus militaribus habet, penes se esse manereque jubeat. Praeterea armorum quoque contra nos ac ditiones nostras hostiliter exercendorum interim, quoad ista pax octennalis*) duraverit, solito usu moreque deposito, ac etiam serendarum discordiarum inter nos et imperatorem Turcarum Selymum omisso studio, quo prius patrem quoque illius in nos concitabat, extra Transsylvaniam nec ipse personaliter, nec per suas copias ac duces militares ditiones nostras, subditorumque nostrorum bona debeat quibusvis damnis atque injuriis afficere et hostiliter infestare.

Quinto. Item decretum est, ut si forte idem dux quietis, pacisque impatiens, nec decretorum ejusdem pacis rationem habens, nobis ac subditis nostris movere hostilitatem, damnaque et injurias temere inferre non vereretur, nosque et eosdem subditos nostros molestare, villas illorum diripere et excursiones in ditionem nostram facere, arcesque et castella nostra, ac subditorum nostrorum pergeret oppugnare, vel alia nova in detrimentum cujusvis ditionis nostrae subditorumque nostrorum exstruere inciperet, bonaque mobilia et immobilia, contributiones, dicas, decimas et proventus qualiscunque generis, ad nos et ad eosdem subditos nostros spectantes invaderet et sibi vendicaret, quae omnia et singula, aliaque similia universa decreto pacis praesentis illi sunt prohibita et

*) Itt is, mint feljebb, eredetileg decennalis-nak iratott a béke ideje, de egykoru kéz — nem a Verancsicsé — octennalis-t irt helyébe.

Digitized by Google

interdicta, pro violatore hujus pacis ipsius habeatur, nobisque liceat, tam nosmet ipsos, quam subditos nostros ab hujusmodi damnorum injuriarumque illatione defendere, hostilitatemque ejusdem ducis propulsare. Nec idem Turcarum imperator velit pati, si talia moliretur et causas turbis inter nos movendis daret, adeo palam ac manifeste, sciensque et volens tam mandata ipsius imperatoris Turcarum praetereundo, quam decreta pacis negligendo, qua tot miseri utriusque partis populi ab infinitis malis et gravissimis oppressionibus quieturi erant. Quapropter nunc etiam idem Turcarum imperator serio, firmiterque et sub punitione aliqua evidenti duci memorato injungat atque praecipiat, ut eandem pacem ipse quoque sancte et inviolabiliter observet, ac per suos etiam observare faciat. Quod vicissim nos quoque ex parte nostra faciemus, curabimusque, ut etiam nostri id ipsum faciant ac praestent.

Sexto. Item decretum est, ut quidcunque arcium, castrorum, oppidorum, possessionumque et aliorum bonorum ac locorum in ea parte Hungariae, quae est extra veros et antiquos limites Transsylvaniae, intraque et extra Tibiscum amnem, tam nos quam idem dux possidemus, id deinceps quoque virtute pacis praesentis, decretique illius quilibet nostrum pacifice et sine ulla controversia possideat, teneat et in potestate sua habeat.

Similiter omnes etiam magnates, nobiles et reliqui subditi nostri, et cujuscunque status homines, qui per eundem regni tractum ad fidelitatem et obedientiam nostram reversi sunt hactenus, et imposterum revertentur, usque ad illam diem, qua plane nobis constabit, quod idem dux pacem hanc sub suis omni-

Digitized by Google

bus conditionibus et capitulationibus acceptaverit, eamque pro partibus, quae illum concernunt, ratificaverit, seque observaturum illam authentice professus fuerit, omnia eorum bona, res, arcesque et jura quaecunque obtineant et possideant, ipsi quoque pacifice ea retineant, in potestate sua habeant et in illis permaneant.

Septimo. Item decretum quoque est, ut si forte in eadem regni parte, quae videlicet a limitibus Transsylvaniae ad Tibiscum usque protenditur, essent aliqua seu possessiones, seu arces, castella, civitates, oppida, aliaque id genus bona ac jura, quae aut nos ab eo, aut ipse a nobis habere cuperet, liceat eidem duci nobiscum vel permutatione, vel quavis alia conventione transigere sic, ut aequaliter utrique nostrum cedat, quod alter alteri concesserit, neuterque nostrum minus recipiat, quam dederit, ut dicta conventio seu permutatio aequitate transigatur.

Hoc autem decretum est non alio consilio, quam, ut solvantur et submoveantur omnes causae rixarum, quae inter nos et ipsum ducem suboriri possent, commeantibus nostris hominibus ad nostra bona per ditionem ejus, et per nostram suis, ad ea videlicet, quae ipse quoque propius bona nostra obtineat. Nam, si hujusmodi bona aequali permutatione majoris, certiorisque concordiae gratia ad suam quaelibet partem applicarentur, homines quoque utriusque partis intra suas metas sese continerent et negotiarentur sine alterutrius molestatione, huncque in modum pax et amicitia cum eodem duce firmius servaretur.

Octavo. Item, ut universi tam nostri, quam praedicti ducis subditi, cujuscunque gradus, ordinis et conditionis fuerint, qui in utriusque nostrum fide, obe-

Digitized by Google

dientia, potestateque constituti sunt, et per proxima bella, vel ob metum, vel ob aliam quamcunque causam inter partes vacillassent, seque suspectos reddidissent, seu quovis modo aut nos aut ipsum ducem offendissent, in hac pace comprehendantur, et ita sint ejus participes, ut in eos nulla vindicta, quovis colore quaesita, institui, omnisque vel hinc vel inde concepta indignatio utrinque cessare debeat, sintque a persecutione securi.

Nono. Item, quia retroactis annis hinc ejusdem ducis, inde aliorum, et finitimorum beghorum opera plurimae et calumniosae delationes variorum motuum contortae sunt in nos apud imperatorem quondam Solymanum, quae ut admodum fuerunt perniciosae miseris regni Hungariae subditis ac tranquillitati publicae, ita et nobis et ipsi imperatori Solymano magnae turbationis causam praebuerunt: decretum est, ut imposterum, si vel ipse dux, vel antememorati beghi, aut quicunque alii apud modernum quoque serenissimum imperatorem Selymum id mali moris prosequentur, illis idem imperator ac sui passae confestim non credant, nec quicquam, quod ad hostilitatem pertineret, super his ante decernant, quam nos de omnibus edoceant et cognoscant, quid contra similes falsos criminatores de innocentia nostra responsi faciemus, ut sic tandem ambarum partium rationibus perspectis, aequius decernatur, quicquid erit pro aequitate decernendum.

Decimo. Item quamvis in tam amplo regno tam diuturnis bellis afflicto et attrito, magni sit negotii omnia praecavere, quae subinde in diversis finium partibus inciderent, et pacem quietemque publicam turbare soleant, nec praedones quoque ac plagiarii,

Digitized by Google

vagantesque et errabundi homines protinus, quum velimus, coherceri possint, nisi et in eos severius, suppliciisque animadvertatur: decretum est, ut utrique parti liberum sit et liceat sine ulla contradictione alterutrius partis similes flagitiosos et malefactores, quicunque ex Turcis in nostra ditione, et ex nostris in Turcica deprehendentur, meritis de facto suppliciis afficere.

Si autem deprehendi nequirent, sciretur alioqui et compertum haberetur, ubinam latitarent, capitaneis, et praefectis eorum mature ab altera parte indicetur, dictique capitanei et praefecti sine mora tales curent capiendos et pro qualitate sceleris puniendos, Turci Turcas, nostri vero Christianos.

Et si forte capitanei ac praefecti nostrae partis sedulo in his non fungentur suo officio, nos de hac inobedientia illorum admoniti. in eosdem severiter animadvertemus. Quod similiter Turcicus quoque imperator sua ex parte de suis fieri curare debebit.

Undecimo. Item, quia hujusmodi praedonum ac flagitiosorum hominum non esset tanta copia, neque etiam adeo effusa ad malefaciendum licentia, uti auderent, si plurium, partim eorumdem capitaneorum et praefectorum, partim etiam privatorum hominum utriusque partis cura non intertenerentur et foverentur, quibus rapina placet, nec quicquam boni de publica tranquillitate, quieteque cogitant: decretum est, ut in posterum a conclusione pacis hujus neutri partium, nobis ac nostris uzkokos, hajdones, vagosque et errabundos homines, imperatori vero Selymo ac suis leventas, martolossos, haramias et id genus alios gregarios intertenere, fovere, alereque non liceat, quicunque scilicet alterutrius principis stipendio non sunt

Digitized by Google

conducti, neque sub disciplina militari serviunt, sed rapto ac furtivis praedis vivunt, et promiscue in omnes pari studio exercerent latrocinia.

Contra quod decretum memoratum, quicunque eos foverint, aluerint aut etiam tuebuntur et protegent, ii, uti jam dictum est, aeque ac ipsi malefactores puniantur, nos vero, ut huic decreto observando pro parte nostra assentimur et morem geremus: ita par est, ut vicissim Turcarum quoque imperator eidem assentiri ac morem gerere debeat.

Duodecimo. Item, ut solidius adhuc temeritati improborum hominum occurratur, si forte pacis hujus tempora ab ejusdem imperatoris Turcarum capitaneis, praefectis, vel a quibuscunque aliis supranominatis subditis et personis ac magistratibus suis primariis, ac etiam ab ipso duce Joanne Sigismundo civitatem aliquam, vel oppidum, vel arcem, vel castellum, vel fortalitium, vel etiam qualemcunque locum aut partem terrarum nostrarum, quovis colore quaesito, seu per vim et aperto marte, seu per largitionem obtineri, aut furtive et per artes clandestinas in potestatem accipi contingeret.

Similiter a nostris quoque capitaneis, praefectis et ab aliis quibuscunque similibus praesidibus ac subditis nostris, si ipsius imperatoris Turcarum, ducisque memorati, ac eorum, qui ad eos pertinent, civitatem, arcem, castellum, fortalitium, et demum quemvis locum alium, viis ac modis, superius jam expressis, accideret intercipi, decretum est, ut omnia similia intercepta illico et sine ulla tergiversatione mutuo inter nos, sua cuique ab alterutra parte restituantur gratuito.

Ii vero, per quos haedem hujusmodi violentiae illatae fuerint, capite plectantur: cui decreto ut nos obtemperabimus, ita et a parte altera debebit fieri.

Digitized by Google

Quum autem per haec disturbia subditi nostri praecipue fuerunt afflicti, ac omne malum semper in eos recidere consuevit, aeque decretum est: ut non modo loca similia ac bona, quae immediate nostra sunt, sed etiam ea universa tam bona, quam res et arces et castella et oppida, omniaque hujusmodi alia, quae peculiariter ad eosdem subditos nostros pertineant, sive illi sint fideles, sive rebelles, a memoratis violentiis sint illis tuta ac libera, et omnibus commodis atque immunitatibus ejusdem decreti aeque ac nos gaudeant ac fruantur.

Decimo tertio. Item, decretum est, ut quicunque nostri, vel ipsius imperatoris Turcarum duces bellici, milites, ministri, subditique, cujuscunque ordinis, status conditionisque fuerint, post conclusionem hujus pacis ab alterutra parte capientur et in servitium abducentur, ii confestim et citra omnem difficultatem, pactationemque pretii redemptionis, et prorsus sine omni solutione, cujuscunque vel quorumcunque captivi fuerint, libertati restituantur et in sua redire permittantur. Nec ullo modo, ullo colore vel praetextu quaesito, detineantur, mancipentur, donentur, vendantur aut interficiantur.

Decimo quarto. Item: quia saepe contingit, captivos vinctos adhuc in carceribus et compedibus, effractis et vinculis et carceribus libertatis causa, ex captivitate effugere, atque ad suos evadere incolumes, decretum est: ut tales alterutra pars nullo pacto alteri cogatur restituere. Sed iidem captivi divino beneficio liberati, secure et sine ulla persecutione, litisque molestia, apud suos adepta libertate gaudeant et potiantiantur. Nempe Christiani apud Christianos, Turcae vero apud Turcas.

Digitized by Google

Decimo quinto. Item, de transfugiis subditorum, officialium, praefectorum, militum, aliorumque similium, sub civili et militari fide degentium, merentiumque stipendiis, qui saepenumero fidei, integritatis, subjectionisque suae obliti, ad alteram partem transire et desciscere soleant, puta: nostri ad Turcas, ad Transsylvanos, ad Moldavos et ad Transalpinenses, ii vero ad nos, decretum est: ut talium perfidia atque inconstantia coherceatur, nequaquam posthac inter partes admittantur, quin potius eaedem partes firmiter sint obligatae ad talium non solum repulsionem et rejectionem, sed etiam ad curandum pro alterius partis instantia, ut in eorum protestatem ac manus veniant, in quibus transfugerint, sicque castigentur et sint exemplo aliis. Qua ratione et lege non solum religioni utriusque partis satisfiet, sed etiam similes leves, inconstantes, perfidi et flagitiosi homines juri alieno adstricti facilius in officio continebuntur et inhibebuntur a transfugiis.

Item: quia eorum Turcarum causa, qui ex variis provinciis ejus magnitudinis, maxime vero ex Natoliae partibus veniunt magno numero in Hungariam ad emendos captivos per omnia confinia, magna jactura ditiones non solum nostrae, sed etiam magnitudinis ejus afficiuntur, dum partim beghi ac milites, partim vero alii officiales finitimi per easdem utriusque partis ditiones tum pacis, tum induciarum tempore suffurantur omnis aetatis homines, maxime autem impuberes, eosque latenter occulteque hujusmodi emptoribus et nostra et magnitudinis ejus magna jactura atque injuria divendunt, decretum est: ut imposterum similes emptores in Hungariae finibus non admittantur, nec ibidem liceat illis hominum mercaturam exercere.

Digitized by Google

Quicunque autem deprehensi fuerint in dictorum captivorum emptione, ii tales obligati sint in quaestione furum nomina detegere, simulque et fures et emptores meritis suppliciis afficiantur, omni pecunia amissa, et captivis ereptis, restitutisque suae libertati.

Decimo sexto. Item: quia ex duellis, quae singulari certamine depugnantur, saepenumero discordiae et inimicitiae, insperatique et gravissimi casus, ex his casibus vero turbae ac motus complurium locorum, virorumque militarium et ipsorum etiam foederum pericula causari soleant, quod retroactis annis frequenti experientia didicimus: decretum est, ut durante ista pace, publicae quietis ac tranquillitatis gratia prorsus memorata duella et provocationes, vel seriae in mortem vel ludicrae (uti consuetum est finitimis) ad frangendas hastas, utrique parti sint illicitae et prohibitae. Et quicunque alterutrius partis alium ad hujusmodi singulare certamen ausus fuerit provocare, is a praefecto suo gravissime puniatur.

Neve quis locus relinquatur cavillationi, hoc ipsum de his quoque, qui bini, trini, quaterni et quovis alio majore numero per eandem provocationem militaris usus vellent mutuo depugnare, intelligitur et servari debet, ut ex aequo omnia hujusmodi genera duellorum omnibus interdicta sint et prohibita.

Decimo septimo. Item: ut imposterum omnium dissidiorum, turbarum, contentionumque inter partes ob novarum munitionum erectiones et veterum reparationes tollantur ac cessent omnes causae, quae superiorum annorum foederibus inter divum quondam genitorem nostrum Ferdinandum ac serenissimum quondam imperatorem Solymanum de pace habitis, multum quandoque offecerunt, eaque a suo cursu tur-

Digitized by Google

baverunt, decretum est: ut utrique parti liberum ac licitum sit pro arbitrio, commodo et necessitate sua quaevis loca aedificare, reparare, munire et fortificare, quae directe, immediate et absque ulla controversia in aedificantis solo, ditione et districtu sita esse dinoscentur. Neque ei in hoc ab altera quicquam impedimenti, contradictionis sive negotii exhibeatur. In alieno vero solo, ditione vel districtu quemvis locum aedificare, reparare, munire seu fortificare posthac, durante hac ipsa pace, minime liberum sit, nec ulla ratione liceat.

Decimo octavo. Item: quia in tam amplo ac dilacerato, et in multiplices partes distracto regno (uti superius etiam commemoratum est) difficulter potest praecaveri, ut interdum non exoriantur inter partes aliquae differentiae et discordiae seu magnae seu modiocres, et ultro citroque damna atque incommoda inferantur, estque summe necessarium, ut hujusmodi casibus tempestive et certa aliqua ratione occurratur et provideatur, ne tales scintillae differentiarum in majores motus, turbasque excitentur, decretum est: ut hac pace conclusa, primo quoque tempore constituantur ex utraque parte commissarii pari numero, qui sint viri graves, probi, prudentes, pacis aequit atisque amantes et omnium confiniorum periti, differentiaeque hujusmodi protinus, ubi exortae fuerint, ad eos referantur. Illi autem citra moram longiorem in opportuno loco, sine exercitu partium, cum aequali tamen comitiva et familiarium personarum numero conveniant, omnesque et singulas controversias, quae in hunc modum emerserint, audiant, cognoscant, dijudicent ac decidant et amabiliter componant. Curent postremo ambae partes, ut sui homines ac subditi citra omnem

Digitized by Google

tergiversationem et praetextum, ad firmam sinceramque observationem pacis compellantur, qui autem recusaverint et ausu temerario hujusmodi decretum transgredi praesumpserint, poenis gravissimis puniantur.

Si vero tales differentiae ac discordiae inciderent aliquando, quae pro sua magnitudine ab eisdem commissariis transigi, complanari et componi non possent, decretum est: ut ad Turcarum imperatoris passam Budensem, et ad supremum capitaneum nostrum, quem tunc nominabimus, virum primarium et rerum gerendarum industria praeditum, tales similes differentiae a commissariis transferantur, et per illos revideantur ac exequantur.

Si autem neque ab iis haedem differentiae finiri possent, tunc demum ad nos et ad imperatorem Turcarum remittantur et per nos ipsos tales aliquae rationes et viae quaerantur, per quas memoratae differentiae componantur et sedentur, ususque armorum omnino avertatur.

Decimo nono. Item: decretum est, ut homines nostri, quos imposterum pace hac conclusa servaturi sumus in porta Turcarum imperatoris, sive eos oratores, sive agentes, sive procuratores aut quovis alio titulo nominabimus, ii oratorum libertate ac privilegiis et immunitatibus citra cujusque contradictionem fruantur, quemadmodum aliorum principum Christianorum oratores fruuntur, qui magnitudini suae amici sunt confoederati, et apud eam similes ministros servant.

Vigesimo. Item: decretum est praeterea, ut iidem homines nostri habeant liberam potestatem conducendi et tenendi dragomanos sive interpretes, quos et

Digitized by Google

quot voluerint pro necessitate sua et negotiorum nostrorum, eisdemque non imponantur chiausi, sed si voluerint aliquem habere pro custodia suarum ac familiae suae personarum, et pro imperatoria nostra dignitate, sit illis liberum, talem conducere et tenere, qui etiam placebit eis et voluntati eorum parebit; neque in eos jus aliquod habebit, sed geret se ipsorum arbitratu.

Vigesimo primo. Item: decretum est, ut eisdem hominibus nostris liceat ac etiam liberum sit, nuncios sive cursores suos cum litteris sine contradictione mittere, quocunque tempore et quacunque via voluerint. Similiter nostris quoque, vel nunciis vel tabellariis, quos ad eosdem quacunque pro exigentia rerum nostrarum destinabimus, eadem libertas atque securitas conservetur, neque impediantur ab altera parte, quin potius eosdem omni favore prosequantur et sint illis auxilio ac defensioni, ut iter agant sine periculo. habeantque iidem nostri homines, hac tutela protecti, crebrius aliquid a nobis informationis, ut certius et maturius cum ipso supremo domino passa et cum aliis dominis collegis ejus de communibus rebus, quas interdum cum imperatore Turcarum habituri simus, tractare possint.

Vigesimo secundo. Item: quum non solum tempore divi genitoris nostri, sed jam hoc etiam nostro accidit, ut in confinibus nostris communibus, pace seu induciis utravis ex parte turbatis, iidem homines nostri in Porta residentes confestim correpti, variisque ac multiplicibus etiam affecti fuerint injuriis, retrusi quoque sunt in custodiam. Quae res quum sit contra jus divinum et humanum, cedit etiam in maximam contumeliam nostram. Quandoquidem quidquid inju-

Digitized by Google

riarum, convitiorumque in principum oratores conjicitur, in principum suorum dedecus redundat. Quod nequaquam rite fit, nec omnino potest laudari ut res non admodum vindictae speciosae atque praeclarae:

Ideo decretum est, ut posthac vel belli, vel pacis tempore iidem homines nostri non in publico diversorio, sed in liberis domibus vel Constantinopoli, vel Galatae, ubi illis magis libuerit, habitent. Neque, aut stante pace, seu induciis pro tempore existentibus, aut eadem pace, seu induciis perturbatis, ex quacunque causa afficiantur injuriis, neque in custodiam publici diversorii retrudantur, quum honoris ac existimationis nostrae causa, tum ob respectum divini atque humani juris, quod utrumque jubet oratores ab hujusmodi contumeliis liberos ac immunes esse debere.

Vel si forte res ad bellum devenisset, ipsi oratores seu homines nostri potius ablegentur ad suos principes, si praesentia illorum esset molesta, quam ut detineantur in custodia, et incommodis atque injuriis cum pudore nostro affligantur; quum oratores nec sint bellorum causa, nec eorum auspiciis bella gerantur; multo etiam minus culpas suorum principum subire debent.

Si autem nobis aut pacis aut belli tempore, vel etiam quocunque alio, eosdem oratores seu homines nostros placuisset ex felici porta suae magnitudinis ad nos revocare, nullo interim alio successore in locum eorum submisso, decretum est, ut absque omni difficultate, contradictione, retentione et mora dimittantur, secureque et pacifice in ditionem nostram deducantur, ibique capitaneo nostro incolumes assignentur.

Digitized by Google

Vigesimo tertio. Quod vero attinet ad negotium de divisione communium colonorum, ac de positione limitum ad inhibendas excursiones militum, quorum duorum articulorum ratio praecipue versata est in controversia.

Quum visum est partibus, nullo modo id rei alibi commode, tuteque et pro aequalitate utriusque partis posse transigi (pace interim ex toto inter nos et ipsum imperatorem Turcarum per ipsos supradictos oratores nostros sub conditionibus et articulis in his litteris transactionalibus complexis ac descriptis, confecta et publicata), nisi in ipsis confiniis opera communium commissariorum, superintendentibus passa Budensi et supremo capitaneo nostro ad hunc effectum peculiariter delegato, decretum est: ut hi duo articuli transferantur in Hungariam ad communia partium confinia, ibique modo et forma superius instituta, ratio illorum, libro quoque magnitudinis suae adhibito, revideatur, discutiatur et demum ordinetur ac concludatur cum aequitate, satisfactione et ratificatione utriusque partis, quemadmodum jam dictum est in praemissis.

Vigesimo quarto. Donec autem iidem duo articuli de communium videlicet colonorum divisione, ac de positione limitum, pro voluntate et satisfactione partium transigentur, omniaque singula alia, ad eos, statumque et tranquillitatem publicam pertinentia revisa atque ordine digesta fuerint, sic ut et nos, et idem imperator Turcarum contenti simus: pro stabilitate et firmitudine praesentis pacis inter nos initae, factae conclusae et ratificatae utriusque nostrum chirographis, decretum est, ut interim eorundem communium colonorum tota ratio in eo ipso statu permaneat,

Digitized by Google

in quo et antea fuerunt, et sunt etiam modo. Nec ulla partium eos ante tempus vel usurpet sibi, vel ad quaepiam insolita compellat cum injuria et praejudicio alterius partis, sed utrinque aequo animo, sedate, pacifice, amicabiliterque deliberatio commissariorum exspectetur.

Vigesimo quinto. Pacis autem tempus decretum est in octennium, cujus initium a data litterarum, capitulationumque praesentium incipiet. Et hoc interim, donec eadem pax inter partes firma, sincera, constans et inviolata pesmanserit, nos eundem serenissimum imperatorem Turcarum Selymum, confoederatum nostrum, quotannis munere honorario triginta millium ducatorum Hungaricalium per speciales homines nostros, prout ante factum est, circa uniuscujusque anni finem invisemus.

Ejus tamen serenitas firmiter ac sedulo (uti supra dictum est) dabit amicam et benevolam operam, ut a suis finitimis in fines nostros excursiones non fiant. Quod nos quoque vicissim curabimus, ut similiter nostri intra limites suos pacifice sese contineant, et mutuo amicabili vicinitate vivant.

Nec ullius partis privati homines injurias privatas conentur proprio et peculiari marte vindicare, sed earundem revisionem ad suprascriptos commissarios primum, deinde, si res ita postulabit, ad Budonsem passam et supremum nostrum capitaneum transferant, uti jam supra est constitutum. Sic demum pax ipsa inter nos firma consistet, et cursus ejus sine impedimento ad suum finem deducetur.

Digitized by Google

LIII.

Verancsics Mihálynak*) Maximilián császár.

1568. mart. 4. Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Egregie, fidelis, nobis dilecte. Litteras tuas undecimo die proxime praeteriti mensis Februarii ex Sibenico datas, una cum fasciculo litterarum fratris tui, reverendi episcopi Agriensis et collegarum ejus, oratorum nostrorum, ad te transmisso, clementer accepimus, et fidelitatem, studium ac operam tuam in transmittendo illo praestitam benigno ac grato animo probamus, te benigne requirentes, ut adjunctas nostras, quas illis simul et seorsim nunc rescripsimus, eadem fide, cura ac diligentia per tabellarium aliquem spectatae integritatis, vel eo, quo noveris, meliore modo et via ad portam principis Turcarum quamprimum expedias, praestiturus in eo officium nobis pergratum, caesarea nostra benignitate recognoscendum. Datae in civitate nostra Vienna die quarta Martii anno Domini MDLXVIII. regnorum nostrorum, Romani sexto, Hungarici quinto, Bohemiae vero vicesimo. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium. M. Singkhmoser m. p.

---

*) E czimzet nélkül reánk maradt levél Verancsics Mihálynak, Antal testvérének szól, ki, mint felebb láttuk, akkor szülővárosában Sebenicóban időzött, nem — mint Miller hivé — Mihály fiának, Faustusnak, ki akkor Sebenicóban sem volt.

Digitized by Google

LIV.

Követségi napló.

1567.

Augusti

22. Venimus Constantinopolim. 1567. aug. 22.
27. Imperator ivit aucupatum. 1568. mart. 17.
28. Habuimus primam audientiam apud Mehmeth passam, Pertavum et Ferhattum.
29. Reliquos tres passas visitavimus.

Septembris

4. Iterum secundam audientiam apud summum passam habuimus, ubi etiam primam partem instructionis nostrae satis, ut putamus, tractavimus, et tunc rogati, edocuimus passam, quid caesari attulimus.
10. Orator Galli habuit apud Mehmeth passam audientiam.
11. Visitavit nos Don Joseph dux Naxi.
13. Fuit apud nos secretarius domini oratoris Galli, per eundem missus.
15. Princeps ex suo aucupio rediit in urbem cum omnibus suis praetorianis quinque circiter millium hominum; cui janizeri ad duo millia accedebant.
19. Audientiam apud summum passam habuimus.
21. Audientiam primam apud principem cum exhibitione muneris honorarii habuimus admodum honorificam, excepti ab omnibus praetorianis, et convivio apud vesirios in divano.

Digitized by Google

24. Audientiam apud supremum passam habuimus, scituri ad postremum, quid exspectandum sit nobis de statu subditorum deditorum et de conservatione Tattae ac Vesprimii. Tum demum facta est mentio de Philippo rege.
25. Audientiam habuimus apud 4. passas: Ferhattum, Ahmattum, Pyaly et Mahmut. Et
26. Apud Pertaw passam causa divisionis colonorum et distractionis Tatthae ac Vesprimii.

Ultima Septembris fuimus apud supremum passam, ad postremum cognituri, quid decrevissent, de divisione colonorum et de distractione arcium Tattae et Vesprimii.

Octobris

1. Per interpretem Mahmuttum significavit nobis, obtinuisse se, ut Babolcha et Berzencze demoliantur.
11. Orator Galli a principe auditus, eique data ejus regis munera.
17. Expeditus est a nobis ad caesaream majestatem Eduardus cum litteris.
19. Fuimus apud passam supremum cum querimoniis contra finitimos.
23. Princeps Turcarum profectus est Hadrianopolim
30. Perlustravimus fretum Bospori Thracii usque ad Pontum; triduo foris fuimus.

Novembris

13. Dominus bailus Venetus Jacobus Solantius movit Galata Hadrianopolim.
16. Nos fuimus apud passam Pyaly, locumtenentem principis sui, in negotio Fabricii pro magnifico domino Alberto collega nostro.

Decembris

16. Eduardus appulit Hadrianopolim a caesarea majestate.

Digitized by Google

1568.

Januarii

5. Movimus Constantinopoli.
13. Venimus Hadrianopolim.
15. Habuimus ibidem apud summum passam Mehmet audientiam.
20. Circiter diem hujus mensis 20. proclamatus est apparatus bellicus Hadrianopoli.
25. Exhibuimus passae scriptum de communibus villis.
27. Habuimus aliam apud supremum passam audientiam, qui pro voto facto responso ex parte communium colonorum, arces reduxit in controversiam jam promissas.

Ultima hujus Abdabeg Mesopotanus Kurth cum suis aliquot, Hadrianopoli in templo imperatoris Murath occidit ciaus passim, praefectum ciausorum, cum duobus ciausis, aliquot vulneratis. Sequenti die parvo spatio temporis in divano caesareo judicatus, decollatus est cum 24. ex suis.

Februarii

16. Appulit Adrianopolim orator Persae Sah Kuly nomine, cum numero hominum circiter 400.
17. Habuimus audientiam ad supremum passam vocati, in qua et legationi nostrae gratum finem imposuit.
19. Orator Persae apud supremum passam habuit audientiam.

Eodem quidam ex populo, temerario zelo suae fidei, sclopo eum in vico petivit et fefellit, unum tamen ex comitibus vulneravit. Hominem passa subito fecit comprehendi, et equi cauda in mortem per urbem rapi. Exhorruerat orator et fere ab domo passae ad hospitium suum redire voluit, sed a passa revocatus et delinitus est.

Digitized by Google

20. Nos ad passam vocati. Proposuit nobis Gallorum, Venetorum, Polonorumquo confoederationem, propter quod novae contentiones nonnihil nos exceperunt.
21. Exhibuimus passae articulos pacis.
22. Habuit audientiam orator Persae apud principem Turcarum Zelymum.
24. Habuimus ultimam audientiam et expediti sumus a principe Turcarum Hadrianopoli.
29. Iterum habuimus audientiam apud passam pro responso privatarum petitionum nostrorum captivorum et Turcarum, qui nobis servierunt.
Eodem invisit nos bailus Venetus, gratulatusque est nobis de confecta pace.

Martii

3. Nocte insequenti carnisprivium ignis erupit intra civitatem muratam Hadrianopoli et consumpsit ad 50. domos.
8. Supervenerunt ab oratore Galli secretarius et interpres.
9. Habuimus audientiam apud supremum passam, et quae restabant ad omnium conclusionem, de additione ad articulos, de communibus colonis, de tempore cursus muneris honorarii, de dictione communi excludenda ex ratificatoriis, et de libertate aedificandi et muniendi utriusque partis in suo, partim obtentis, partim ad caesaream majestatem delatis, finem fecimus omnibus.
10. Venerunt Adrianopolim nuncii Transsylvani cum tributo, Nicolaus Orbay et Franciscus Balogh.
17. Nos cum Dei nomine, visitatis omnibus dominis passis, valedixímus illis et currus nostros ad iter praeparavimus.
Eodem visitavimus etiam clarissimum dominum bailum Venetum Jacobum Sorancium.

Digitized by Google

LV.

A követség kiadásairól számadás.

28. Augusti.

Dati sunt supremo passae Mehmeth ducati aurei	4000.	1567. aug. 28. 1568. mart. 17.
Cuppae duplicatae	4.	
Horologium	1.	
Janitori hujus passae dati sunt talleri	40.	
Eodem: Dati sunt Pertaw passae talleri	2000.	
Cuppae duplicatae	2.	
Horologium	1.	
Janitori hujus talleri	30.	
Eodem: Dati sunt Ferhat passae talleri	1500.	
Cuppae duplicatae	2.	
Janitori hujus talleri	30.	
Eodem: Dati sunt Ahmat passae talleri	1000.	
Cuppae duplicatae	2.	
Janitori ejus talleri	25.	

29. Augusti.

Dati sunt Pialy passae talleri	2000.
Cuppae duplicatae	2.
Janitori ejus talleri	25.
Eodem: Dati sunt Mahmuto passae talleri	1000.
Cuppae duplicatae	2.
Janitori ejus talleri	25.
Eodem: Dati magnifico domino Alberto collegae nostro de ordinatione caesareae majestatis talleri	5000.

Digitized by Google

30. Augusti.

Domino Tychajae magnifici domini Mehmet passae dati sunt dono talleri 150.
Cuppa duplicata 1.
Eodem: Domino Ibraimo interpreti dati sunt dono talleri 750.
Eodem: Domino Mahmutto interpreti dati sunt dono talleri 450.
Eodem: Quibusdam minoribus janitoribus passae supremi, qui ejus nomine nobis attulerunt fructus et pisces, dati sunt talleri 12.
Eodem: Chiaus passy caesaris dati sunt pro una veste de veluto carmesino ulnae 12., talleri 75.
Eodem: Ciausis caesareis viginti quinque, qui nobis obviam venerunt extra urbem, dati sunt talleri 25.
Eodem: Capitaneo ulufegiarum, qui nobis obviam venit extra, urbem talleri 50.
Et militibus ejus talleri 25.
Eodem: Ciausis Budensibus sex, et totidem janizeris, qui nos Constantinopolim deduxerunt, talleri 100.

Ejusdem Aug. 28.

Agriensis exemit de voluntate dominorum collegarum ex talleris, qui sunt in sua capsa, qui janitoribus passarum Pertaw et Ferhat distributi sunt, talleros 60.

Digitized by Google

Idem Agriensis ex hiisdem talleris exemit pro janitoribus passarum Mahmut, Ahmat et Pialy, similiter de voluntate dominorum collegarum, talleros 75.

Septembris 1.

Distributi sunt officialibus aulae principalioribus, tempore nostrae primae apud principem audientiae talleri 280.

2. Septembris.

Secretario passae Mehmeth dati talleri 100.
et cuppa duplex valens 74. talleros, aspros 23., qui talleri 74. et aspri 23. tunc soluti sunt pro cuppa, quia paratae non habebantur, et eam emere oportuit.

Eodem: Abrahamo talleri 60.

6. Septembris.

Defectum centum viginti tallerorum repertum in uno sacco, juxta schedas alligatas, quas reservavimus, ex aliis pecuniarum saccis supplevimus, tallerorum videlicet 120. defectum. 120.

Eodem: Pro saccis coriaceis, quibus pecunia delata est ad Turcarum principem, et ad alios vesirios, dedimus talleros 16.

Eodem: Donati chiausio, nostrae custodiae deputato, talleri 32.

Digitized by Google

Eodem: thihajae passae Bndensis, qui nos deduxit Constantinopolim, talleri 50.

9. Septembris.

Alium defectum centum duodecim tallerorum invenimus in quodam sacco, quem defectum supplevimus ex aliis restantiis pecuniarum. 112.

14. Septembris.

Numerati sunt duodecim certi alii sacci, in quorum altero repertus est defectus tallerorum 114.

In alio vero tallerorum 102¾.

Eodem: Numeratus est unus saccus, in quo defectus repertus est tallerorum 99½.

16. Septembris.

Ego Agriensis excepi ex aureis, qui sunt in mea capsa, quinque, et reposui talleros 7.

7. Octobris.

Expeditus est Eduardus ad caesaream majestatem cum litteris, eique dati sunt pro sumptibus ex sacco, qui erat in capsa episcopi, pecunia suae majestatis, de voluntate communi dominorum collegarum talleri 50.

Ciauso vero, qui cum illo missus est, talleri 10.

Digitized by Google

20. Octobris.

Ex saccis, qui fuerunt in capsa Agriensis, dati sunt dragomanis domesticis Antonio et Matthiae talleri 150.

Eodem: Quod reliquum fuit eorum saccorum apud Agriensem, aurei quadraginta duo, idem Agriensis de consensu dominorum collegarum accepit mutuo, eosdem aureos restituendos. 42.

29. Decembris.

Conduximus hominem, qui litteras nostras ad caesaream majestatem datas deportavit Sibenicum, aureis ducatis triginta sex, qui faciunt tall. 54. Et hi desumpti sunt ex pecunia suae majestatis, quae servatur in corbe.

1568.

16. Januarii.

Ex eadem pecunia dati sunt ciausis circiter viginti, qui nobis obviam venerunt ex Hadrianopoli, talleri. 25.

Similiter uni buliuk passae, qui deduxit nos Constantinopoli Hadrianopolim, Mehmet passae mandato, tall. 15.

Et ciausio nostro pro una veste anni novi talleri 35.

Digitized by Google

Ex eadem caesareae majestatis pecunia persolutae sunt tres vestes sericeae, quas adhuc initio adventus nostri ciausi, videlicet Muzt. eidem donavimus, talleris 75.

3. Martii.

Ex eadem pecunia majestatis caesareae, quae fuit in capsa Episcopi, dati sunt ciauspassi ciausis, aggae idufegziarum tympanistis ac tubicinibus, et zolakis, seimenis, turnagiis, curciis et sasoggiis, qui nos associati sunt in valedictione Turcarum imperatoris, eundo ad curiam, et inde redeundo, tall. 108.
qui faciunt ducatos in auro 72.

9. Martii.

Ex eadem pecunia caesareae majestatis dedimus quinque janizeris Episcopi et domini Teuffenpach ad vestes ordinarias talleros 38.
Aspros 30.

10. Martii.

Ex eadem pecunia caesareae majestatis dedimus cancellario ad duas vestes, qui scripsit in gratiam nostram, quantum fieri potuit, ratificatorias principis Turcarum tall. 55.

Digitized by Google

17. Martii.

Pro aureis quadraginta, quos Agriensis de suo dedit, ad officiales quosdam omnium passarum in valedictione, qui faciunt talleros 60.
Eos excepit ex praefata pecunia caesareae majestatis de voluntate dominorum collegarum, quae fuit in sua capsa.

LVI.

Dornberg Vidnek Verancsics és társai.

Ad magnificum Vitum de Doremberg.

Orator Persae, Sah Kuly nomine, apud princi- 1568. mart. 19.
pem suum vir primarius, XVI. appulit tandem ad hanc urbem, cum numero hominum circiter 600. comi mode apparatus, munusque exhibuit huic princip satis (uti ferunt) opulentum: lapides pretiosos, margaritas, turchinos, bezaros, frameàs, arcus, tentoria, tapetes et multiplicem aliam supellectilem subtilissimam, cultuque asiatico elaboratam atque distinctam.

Pacem autem vel ipso primo congressu cum hoc principe transegit, quia non aliam petiit quam quae illi cum Solymano jam defuncto intercesserat; paucis admodum utrinque postulatis et concessis. Expedieturque subito post horum festa bariani. Princeps quoque regredietur circiter XXVI. Aprilis.

Nos similiter die sequenti, hoc est XVII. Februarii, cum eodem principe confecimus et conclusimus

Digitized by Google

pacem ad octennium, idque, quoad ejus per nos fieri potuit, non incommode; quamquam non etiam sine magna contentione et difficultate.

Nosque duo, Agriensis et Christophorus a Teuffenpach, cras iter, Domino comite, ingrediemur versus patriam, Alberto de Wyss hic relicto tantisper, donec ei succedatur.

Quod reliquum est, binas litteras magnificae dominationis vestrae superioribus diebus accepimus, quae quidem nobis supramodum fuere gratissimae.

Neve super negotio pecuniarum prolixiores simus, eandem rogamus, ut sicut hucusque favit sua opera, ita velit etiam inposterum residentis hic oratoris habere curam, utque omnes pecuniae huc deputatae ad manus Dominici de Galiano consignentur. Etenim ii fratres duo magnis apud omnes pollent praeconiis. Nec plura modo. Valeat optime et feliciter. Hadrianopoli XIX. Martii 1568.

LVII.

A császári felséghez.

Ad sacram caesaream majestatem.

1568. mart. 19. Intellexi, magnificum dominum Christophorum Orzagh e vivis excessisse, et quia generis sui ultimus haeres fuerit, neque ex se ullos liberos reliquerit, certum est, bona et facultates ejus omnes ad coronam fuisse devolutas. Ego autem quum sim non admodum commode redditibus instructus, presertim his, qui haberent vinorum promontoria, nihil prope aliud ex praepositura Turociensi habens, quam panem et syce-

Digitized by Google

ram, consumemque interim semper pensionem meam in servitiis vestrae caesareae majestatis, aere alieno sustentatus, non sine magno foenoris gravamine, quòd per tam longiora spatia et per tot difficultates mihi deponitur, humillime supplico, dignetur: caesarea majestas vestra ad has necessitates meas clementer respicere, mihique arces ejusdem defuncti, Cieythe, Jokew et Zomolyam cum omnibus bonis et pertinentiis suis in perpetuum dare, donare et conferre.

Et si forte esset aliqua difficultas in medio, propter quam ista majestatis vestrae de omnibus his arcibus impediretur erga me munificentia, saltem dignetur illud benigne statuere, ut ex illis unam, vel Zomolyam vel Cieythe, obtineam, quod ejusdem majestatis vestrae gratiae et beneficii, omni fidelitate et servitute mea promererі, quoad vixero, non desistam. Qui autem has meas majestati vestrae exhibebit et sollicitabit hoc meum negotium, erit dominus Franciscus Caprinus, sacrae caesareae majestatis vestrae cubicularius, humillime supplico, ut quotiescunque ad sacratissimos pedes majestatis vestrae nomine et in persona mea accesserit, dignetur audientiam illi clementer impartiri, mihi vero benignum exspectatumque responsum facere; quam Deus Optimus Maximus quam diutissime felicem ac incolumem servet. Hadrianopoli 19. Martii 1568.

Digitized by Google

LVIII.

Busbecknek Verancsics.

Ad magnificum Dominum Augerium Busbekum.

1568 mart. 19. Responsurus litteris jucundissimis magnificae dominationis vestrae, illud imprimis sciat, nos hic, quod istic maxime optabatur, pacem cum hoc principe Turcarum confecisse, quod sit feliciter, ac fauste majestati sue caesareae ac nostrae afflictissimae patriae cedat, Deum Optimum ac Maximum precor; plenusque jam ex beneficio Dei bonae valetudinis, cras cum bonis angelis etiam iter nostrum in patriam redituri ingrediemur. De novis rebus et Eduardus me explevit, et aliunde non defuerunt mihi hujusmodi officia. Quas autem hinc ego vicissim possim ad magnificam dominationem vestram scribere, hae suut: quod hic princeps confecta pace nobiscum, cum Persa, confirmataque cum Venetis, felicissime putat actum esse secum; utinam non desit nobis, quod nos ex nostra speramus. Alioqui crescit potentia in infinitum, quae nos hactenus fregit. Nec est, quod velim esse prolixior, jam ingressus iter, et festinans, ut quam celerrime fieri possit, ipse sim coram epistola mea. Magnificam dominationem vestram multi hinc salutant, et nomen ejus etiam absentis plurimis laudibus ad aethera tollunt. Felicissime valeat. Hadrianopoli XIX Martii 1568,

Digitized by Google

LIX.

A békeszerződés végtárgyalása.

Ultima actio totius tractatus, et conclusionis pa- 1568. mart. 20.
cis octennalis inter sacratissimum imperatorem Romanorum Maximilianum secundum et principem Turcarum zultanum Selymum per Antonium Verancium episcopum Agriensem, Christophorum a Teuffenpach in Mairhofen, et Albertum de Wyss oratores et consiliarios ejusdem imperatoriae majestatis XVII. Feruarii anno MDLXVIII. factae, quam iisdem oratoribus dimitti placuit, quum jam bona ex parte descriptae erant, et eundem tractatum serius adhuc finem suum sortiturum putaverunt.

Ad sacratissimam caesaream majestatem.

Has priores litteras nostras his adjunctas eramus tempestivius missuri via Veneta, sed audito celeriore adventu oratoris Persae, eas nonnihil detinuimus, sperantes, quod ubi ille advenisset, tale aliquid essemus de rebus illius principis intellecturi, et ad majestatem vestram scripturi, quae multo fuissent certiora, quam quae proximis litteris, via sancti Viti de Flumine datis, perscripsimus, ea enim ferme omnia veritate sua carnerunt, esto quod ab iis ea accepimus, quibus alii etiam majestatis vestrae oratores fidem habere consueverunt. Propter quod si quid nos incurrerimus reprehensione dignum, id aequo animo feri-

Digitized by Google

mus, veniam tamen humillime deprecamur. Quanquam adeo tunc temporis per Constantinopolim ea credebantur, ut eorum, qui publica scire student, nemo fuerit, qui in hunc errorem non impegerit.

Verum intenti nos in adventum hujus ipsius oratoris, quem ii tamdiu conceperunt et parturierunt, Sah Kuly nominatum, advenit tandem ad hanc urbem die XVI. mensis Februarii, comitatus equitibus circiter sexingentis, non admodum specioso apparatu. Quicquid autem imperator Selymus habuit hic militum equestris ordinis, misit illi obviam, mandavitque, ut quam honorificentius fieri poterit, excipiatur et in urbem deducatur. De qua principis voluntate, ajunt, admiratos fuisse passas, et contrariam babuisse sententiam, disuasisseque ut tanto cum honore exciperetur. Selymum vero sententia illorum non admissa, subjunxisse: velle si ita fieri, quum opera ac beneficio oratoris hujus principis ad paterni imperii solium pervenisset, et eo loco sederet, quo nunc sedet. Innuens hoc officio, quanta gratitudine Persam demereri vellet ob exstinctum fratrem cum liberis IIII., qui si feliciora fata habuisset, perfidiamque amici, cujus fidei ac juramento crediderat, evasisset, non ita facile, imperium hoc obtinuisset.

Tota haec civitas in suburbana et multo etiam longius effluxerat, desiderio eundem videndi oratorem. Quo nos quoque capti spectaculo, eo loci passa jusserat dari nobis stationem in quadam parte dervisiorum coenobii ad viam spectante, transenisque praestructa. Quum itaque idem orator locum hunc praeteriret, essetque admonitus ab iis viris, principis hujus ministris, qui eum deducebant: esse nos in opposito loco, constitit, coepitque nos respicere. Quumque non

Digitized by Google

posset facies nostras exacte assequi, quod eramus intra transenas, vertit erga nos gressum; vicissim nos quoque illi occurrere non praetermisimus, ibique plurium Turcarum et Persarum ejus comitum in coronam cincti, prior nos salutavit, precatusque nobis omnia felicia; dixit tandem, quod nos valde libenter viderit, quodque etiam, passa permittente, conveniet colloqueturque nobiscum, ut cum amicis et magni imperatoris oratoribus; nos vicissim pari functi officio, pariterque declarato illi nostro desiderio eundem videndi, propter quod etiam eo usque obviam illi ex urbe prodierimus, subjunximus: congressum et colloquium ejus nobis quoque gratissimum futurum, curaturosque apud passam, ut id utrisque concedere non gravetur. Audivimus postea multis hoc fuisse admirationi, nec displicuisse etiam principi ac passis ejus. Et haec de Persa hoc loco.

Insequenti die, quae fuit XVII, accersiti sumus a passa, nihil interim tale exspectantes, sed potius ex adventu hujus oratoris magnum certamen metuentes super arcium negotio, quod ita acriter inceperat urgere; coram quo ubi astitimus, et solito more jussisset nos assidere, mox exporrecta fronte vultuque nonnihil laetiore, subridentique, et ad lenitatem, quasi data opera, composito, de nostra ac de sua religione, incipiendo ab Adam et Eva, in quibus originem suae ponebat, argumentum proposuit. Miratique intra nos, quorsum tenderet, moveretque id sermonis, dubitavimus quoque, ne nobis aliud quodpiam injecturus esset negotium, arcium nodo nondum dissoluto. Ei tamen hoc interim, pari persona obducti vultus gratificari omnibus responsionibus, quas necessarias fore putavimus, non omisimus, hinc nostram religionem sal-

Digitized by Google

vantes, inde ipsorum non laedentes. Postremo hora ferme data huic colloquio, ipsemet: cessemus, inquit, de religione agere, et ad rem veniamus, cui jam finis imponi debet.

Tunc orsus a re arcium Vesprimii et Tattae, ususque oratione ad benevolentiam, qua majestatem vestram dicebat se complecti, accomodata, coepit excusare se, quod hactenus de memoratis arcibus imperatori suo nihil fuerit ausus loqui sine aliquo idoneo praetextu, ne sibi illudi diceret, quum intellexisset priorem de illis transactionem, cui consenserat, irritam fieri et in aliam commutari. Verum allatis litteris a majestate vestra, quas quinta Januarii Vienna dederat, eisque rumores illos diluebat, qui per Hungariam a malevolis sparsi fuerant, quod Lazarus Suenda oppugnationem in arcem Hwzt, aut quid simile pararet in Transsylvania; quas quidem, inquit, litteras animadverti, valde opportunas esse, ut earum interventu et imperatoris vestri de his rumoribus innocentiam exponerem, et de arcibus memoratis facerem liberius mentionem. Nec fefellit me opinio. Quia idem imperator meus, laetus, quod rumores per delatores ex Hungaria allati, fuissent falsi, quodque insuper agnovisset perseverantiam imperatoris vestri in retinenda ejus amicitia, et studium, quod gerit in conservandis finibus quiete et tranquille, non aegre audivit etiam de arcibus, quam tunc illi feceram mentionem. Addens illud quoque, quod subjunxisset: bene est, inquiens, ita fiat, si modo et nostrae stabunt permanebuntque incolumes. Meque respondente, quod sic, petitioni vestrae assensus est, vobisque Vesprimium et Tatta salvae erunt. Hunc in modum res acta est de his arcibus, quae cer te nobis non parum sudoris expresserunt.

Digitized by Google

Die post XX. ejusdem Februarii iterum ab eodem passa accersiti sumus, propositoque nobis Gallorum, Venetorum, Polonorumque negotio, quos omnino includi in pacem hanc volebat, institit etiam summo conatu, ut in ratificatoriis litteris utriusque partis ea etiam periodus inscriberetur: Amicus amicorum, inimicus vero inimicorum. Utrumque exhorruimus, maxime autem postremum. Nobisque tum respondentibus; hac de re nos nullas habere commissiones, caeterum si hi status hoc animi habuerunt, oportuisse illos tempestivius aut nobis loqui, aut curare, ut ab imperatore nostro certa mandata super hoc habuissemus. Verum hoc tempore pacis conclusae jam serum esse, nec posse nos vel verbo unico quicquam agere. Alioqui intercedere majestati vestrae cum hiis omnibus statibus non incertam amicitiam et confoederationem, cum Gallo vero et Polono eandem affinitate etiam conjungi, oratoresque et illam apud eos, et eos apud illam conservare. Demum, si quid novi vinculi ab aliqua partium desideraretur, peculiaribus legatis imperatorem nostrum convenirent et transigerent, quibus omnibus humanissime esset responsurus. Nec vestrum principem Christianorum rebus admiscerent praxibus hujusmodi.

De ea autem periodo, ut imperator noster imperatoris vestri sit amicus amicorum, inimicorum vero inimicus, esse quidem hoc valde novum imperatori nostro, quod nullis adhuc priorum imperatorum confoederationibus id in usu fuerit. Ne nunc quoque Maximilianum Secundum admittere velle. Quod quale et cujusmodi sit, nec a vobis, nec a nobis ignorari. Nostrumque imperatorem prohiberi, quod cum vestro non sit ejusdem fidei, et quoniam vester praecipue in

Digitized by Google

Christianos saevit, quorum noster ante omnes alios christiani nominis principes summus tutor, defensor ac protector est, qua ratione fieri possit, ut inimicorum ejus profiteatur se inimicum? Ideo si qui Christianorum levius aliquid judicant de his et de se constituunt, privata sua publicis praeferentes, ipsi viderint, imperator certe noster talium exempla non imitabitur. Et solus suo, fratrumque suorum nomine cum imperatore vestro sinceriter, amanterque pacem facit, eamque constantissime observabit, caeterorum formas confoederationum nec attendit, nec oppugnat, subditorum suorum dumtaxat tranquillitatem, quietemque procurat.

His non acquiescente passa, et adhuc aliis atque aliis oppugnante nos rationibus, ut omnino et hii tres status acciperentur in nostram pacem, et ea periodus, principe Christiano cum Turca pace conjuncto minime digna, in ratificatoriis utriusque partis includeretur, non tulimus enormitatem rei, expositaque iterum tota ejusdem periodus ratione, distinctius adjecimus quoque pleno ore, ut sciret serio nos pro honore majestatis vestrae agere, impossibile esse, ut imperator noster eam adeo infamem principi christiano periodum usurpare et proferre queat. Obsurdescente passa etiam ad haec, eo tandem profecti fuimus ejus pervicacia, ut dixerimus: cessandum ei esse ab hujusmodi postulatione; non esse opus, neque conveniens, ut imperatores Turcarum dissidia principum christianorum componant et foedera curent. Passam quoque non cognoscere hominum intima, et esse quosdam, qui uno commento vellent et te, et imperatorem nostrum post suas praxes abducere, in reteque, in quod ipsi descenderunt (causis nunc non explicandis), conjicere.

Digitized by Google

Quod utcunque tu consideras, nos tamen haud quaquam volumus, ut a spiritibus hujusmodi frenum sive lupatum imperatori nostro imponatur.

Non intellexit passa initio freni metaphoram, et arbitratus est, nos de potestate imperatoris ejus loqui; subjunximus itaque, nos de imperatoris ejus freno sive lupato non fecisse hanc mentionem, sed de eorum, qui quum imperator noster habeat et fratres et consanguineos et cognatos et amicos et demum magnam Christianitatis partem, quibus omnibus auxilio suo tempore necessitatis minime deesse possit (perturbantibus interim iis et suos et alienos, ut, qui nunc etiam in Galliis regem suum legitimum paterno regno exturbare conantur), vellent, subito apud imperatorem vestrum exclamare posse: Maximilianum imperatorem rupisse pacem, quod ejusdem imperatoris vestri amicos et inimicos pari opera offendisset, contra utrosque suppeditando suis subsidia. Et hoc est frenum sive lupatum, quo imperator noster nequaquam astringi velit. Nec nos, ad quod urgemur, praestare possumus. Careant itaque utriusque partis ratificatoriae litterae hujusmodi inconvenientiis, quia alioqui protestaremur, imperatorem nostrum neutrum horum admissurum. Pace interim in sua simplicitate et sinceritate cum magnitudine imperatoris vestri permanente eo modo, quo jam in articulis utrinque approbatis conclusum est et decretum.

His responsis nostris haud obscure, passam turbari apparebat rem nihilominus extenuare inceperat, solere haec fieri inter amicos et confoederatos. Venetos autem illis jam ferme a trecentis, Gallos et Polonos a quinquaginta circiter annis pace et amicitia esse conjunctos. Nec posse imperatorem suum

Digitized by Google

id formulae ex diplomatibus suis foederalibus excludere, qua usi sunt omnes sui majores; ideo haud dubie hos confoederatos suos ipse in ratificatoriis suis includet, aut imperator vester in suis respondebit aut non, quod ei erit liberum. Hic nos supramemorata protestatione adhibita, eotunc discessimus ab eo, alia super hoc conclusione non facta.

Postea occupati cura articulorum, quos non ita pridem exhibueramus, censuramque, et an placerent passae, scire exspectabamus, instabamus quoque ad postremum, ut, si placuissent, ratificarentur imperatoris ejus reversalibus, non dissimilibus his, quas est datura majestas vestra; et tandem, fine etiam caeteris omnibus rebus imposito, expediremur. Respondit: articulos sibi placuisse, ut rite factos, seque jam etiam mandasse eorum cancellario, ut dictae imperatoris sui ratificatoriae cito conficiantur, maturaturumque omni studio, ut citra moram longiorem absolvantur; nosque interim pararemus, ut ad XXIIII. diem memorati Februarii imperatorem suum adituri, veniamque discedendi ab eo accepturi, qui XXII. auditurus esset Persam.

Audito itaque Persa, nobis vero die constituta expeditis cum inauratis vestibus, quod reliquum temporis habuimus, denuo cum passa conflictati sumus. Primum ob Gallorum, Polonorum, Venetorumque negotia et periodum illam molestissimam auribus ingenuis; deinde ob articulorum directionem. Passa enim ubi dixisset nobis, imperatorem suum non ad decennium (sicuti nos volebamus ad differentiam superioris octennalis), sed ad octennium velle fieri: posse alioqui eandem pacem successu temporis in plures etiam annos provehi, ubi vidissent, quomodo hanc esse-

Digitized by Google

servaturi, annuimus vel unico verbo in contrarium non facto, quod hanc mentem vestrae quoque majestatis ex postrema instructione fuisse cognovimus, novas nobis difficultates movit, nimirum, ut communium colonorum divisio non aliter fieret, quam secundum imperatoris ejus librum. Item, ut quaedam arces et castella, jam eorum Marte distracta, Chorgo, Zakan, Chakan, Seghesd, Marzaly, Licches, Sogro, Chehwar, et Erdewd a majestate vestra non repararentur. Item ut cursus muneris honorarii non a conclusione pacis, vel a data ratificatoriarum, juxta veterum foederum transactiones, sed ab octavo mense jam elapso inciperet, videlicet a Julio, cujus kalendis Posonio discesseramus. Et hoc, existimans, posse se turcica sua vafricie nobis imponere, ut intra restantes menses quatuor proximum munus honorarium reciperent.

Necdum itaque odiosissimae illius periodus, et Gallorum, Polonorum, Venetorumque negotio liberati, haec insuper nobis injecta est sollicitudo valde et gravis et molesta praeter omnem exspectationem. Dumque aestuamus cura et cogitatione, quibusnam rationibus deberemus hiis occurrere, allata est nobis copia ratificatoriarum hujus principis. Qua traducta et perspecta, vidimus et periodum memoratam esse exclusam, et de his tribus statibus nihil aliud esse ascriptum, quam ut sciant omnes, quod illos jam a longo tempore habeant tum amicos, tum confoederatos. Tuncque demum victores nos factos esse de hoc nodo animadvertimus, cui valide obstiteramus, siluimusque, ne deinceps etiam memoria ejus refricaretur. Consideratis postea etiam reliquis, tria quoque illa, de quibus paulo ante attigimus, ita in dictis ratificatoriis expressa esse reperimus, ut passa nobis

Digitized by Google

proposuerat, excluso prorsus eo quoque articulo, qui est, ut utrique parti liceat in suo reparare munitiones veteres, et instaurare novas, quo majestas vestra hujusmodi exceptiunculis, cujusmodi ea quoque est de castellis non reparandis, gravaretur, ipsi vero ubique locorum pro suo arbitratu munirent.

His nos omnibus citra moram reformatis atque emendatis, et in schedа annotatis quod cuique articulo aut addi aut demi reponique pro hiis oportebat, quae vel cum praejudicio majestatis vestrae in eis deerant, vel praeter rem supererant, die IX. Martii passam adiimus, et de hiis, quanto diligentius potuimus, egimus. Ac primum de colonis communibus. Nos quidem non annuisse, ut secundum librum imperatoris ejus directe fieret divisio eorundem colonorum, sed ut idem liber mitteretur ad commissarios, ibique excuteretur, ac sic demum transigerentur omnia, quaecunque huc spectare viderentur, quandoquidem nec majestas vestra, nec nos quoque quicquam sciremus de hoc libro, expeditque omnino, ut illum majestas vestra perspectum habeat, quem hucusque omnino ignoravit. Circa quod insumpta contentione non exigua, obstinate enim exigebat, ut eorum libro duce tota res ipsorum colonorum istic transigeretur, postremo obdurantibus etiam nobis nihilo ipso obstinatius: quia bene sciebat, ita fuisse acta omnia, ut nos loquebamur, cessit, et illum articulum ex sententia nostra moderari jussit.

Durius aliquanto egit de castellis, et omnino institit, ut a majestate vestra nullae reparentur, quaecunque ipsi destruxerunt, praecipue autem Chehwar, et Erdewd; sic esse imperatoris ejus voluntatem et mandatum. Contra quam violentiam ingerentibus no-

Digitized by Google

bis: indignum esse, ut, quum sit expressus articulus in transactione nostra, quo declaratur, utrique parti licere in suo vetera reparare et instaurare nova, velit horum castellorum peculiari exceptione et majestatem vestram gravare et eidem articulo vim atque injuriam afferre, excludendo illum, et tenorem ejus infringendo. Cui exceptioni si est dandus locus, nos quoque pro communi aequitate aliam similem opponemus vestrae, ut hujusmodi oneris ambae partes aequaliter sint participes. Sed quum ex hoc reverteremur in controversias jam complanatas, quod esset et nobis et illi permolestum, pacique jam conclusae non accomodum, rogavimus eum, ut hanc exceptionem omitteret, et soli articulo memorato locum daret, inscribereturque in sui imperatoris ratificatorias. Non acquievit, sed eo acrius instare coepit, sic ut diceret, imperatorem suum ita fieri omnino velle. Colloquuti tunc inter nos, hoc esse violentum et plane tyrannicum, alienumque ab omni ratione et ab aequitate, quod per fas, nefasque exigeret, aliud facere nequivimus, quam ad postremum illi respondere: nos huic exceptioni haudquaquam subscribere, sed protestari, eam esse indebitam, hoc etiam differre ad majestatis vestrae deliberationem. Placuit dilatio, et articulum de libertate muniendi in suo loco jussit in memoratis ratificatoriis ascribi. Nec enim aliter potuimus ab ejus pervicacia elabi, vitantes omnino, ne denuo in contentiones pristinas recideremus.

Supererat statuere de tempore cursus muneris honorarii. Conclusa enim pace XVII. Februarii, respicientes ad datam credentialium majestatis vestrae, quae fuit XXIII Junii, volebat eundem cursum incipi primum mense Julio, quo Posonio discessimus. Re-

Digitized by Google

clamavimus. Deinde Augusto, quod tunc Constantinopolim appulimus, munus exhibuimus, et de pace agere incepimus. Reclamavimus. Postmodum Octobre, quasi gratiam nobis facturi de dimidia parte octo mensium, quibus hic et in itinere fuimus. Reclamavimus, semper interim unum urgentes, ut aut a conclusione pacis, aut a data ratificatoriarum idem cursus sumeret initium. Petente tandem passa mensem Januarium, ut initium nostri anni: nolentes aliquid ei non concedere, ne illum alieniorem a majestate vestra redderemus, annuimus. Et sic initium cursus muneris honorarii datum est mensi Januario.

Demumque quia ii nec nostras phrases intelligunt, nec habent tales interpretes, qui bene pollerent linguis latina et italica, immo etim turcica, ut recte scripta nostra reddere possent: omnia ita admisimus, ut necessitas voluit. In quo quidem non parum sudavimus, curantes, ut ab eorum stylo ac phrasi non recederemus, efficeremus alioqui, ut quoad ejus fieri posset, et ipsi sensus nostros et nos eorum assequeremur. Sic hac ipsa die IX. Martii omnium, quae restabant, finem attigimus.

Expeditis autem nobis, inducti sunt confestim ad passam secretarius et interpres oratoris Galli, quos audita conclusione pacis nostrae, magnis huc itineribus jusserat advolare, et sollicitare insanias, jam aliis nostris majestati vestrae perscriptas; sed non valde gratum responsum habuere. Instabat orator totis viribus, ut Ugonotti sui, elector quidam, et certi principes imperii, Ugonottorum confoederati, qui plurimum prodessent Turcicis rebus atque successibus, distinendo occultas voluntates, conatus et consilia majestatis vestrae, ne potentiae suae evehat in majus in-

Digitized by Google

crementa, cogeret nos in hanc ipsam pacem admittere. Eum principi suo magna commoda ex hoc comparaturum, impediturumque maxime imperatorem Maximilianum, ne et regi suo contra Ugonottos suppetias ferre possit et in imperio summum dominium sibi constituat, ad quod praecipue anhelat, pervenireque contendit; venturos autem et ab electore, et ab iisdem principibus, Ugonottisque propediem ad imperatorem ejus oratores cum muneribus, et plane tunc cogniturum, vera esse, pro quibus ipse tantopere esset sollicitus et aestuaret.

His auditis, quaesivit passa: Ugonotti quinam essent in Gallia, et cui parerent principi? Similiter et Elector ac caeteri principes in Germania, de quibus orator significaverat, cuinam subessent principi? Responderunt: quod Ugonotti regi Galliarum, Elector vero cum principibus nominatis imperatori Maximiliano. Subjunxit passa et cum ironia, et cum commotione animi, inquiens: Quid ergo is orator et regis sui rebellium adeo sit sollicitus, ac praecipue curam eorum gerit et alienos subditos in alieno regno ad rebellionem concitat? quare non curat ea, quae sunt sui principis, et desistat quaedam in medium proponere, quae nullum modum, nullam habeant rationem? Ite et renunciate illi, non ingerat sese in haec, ad quae imperator meus non vult nunc attendere, ut ad res et forma et judicio carentes; caeterum eundem imperatorem meum non omisisse eam de ejus rege mentionem in dicta pacificatione facere, quae visa est esse sufficiens ad sinceritatem confoederationis et amicitiae, quae est illi cum eo, conservandam et retinendam. Repressi hoc aculeato responso secretarius et interpres, copiam petierunt

Digitized by Google

transactionis ejusdem pacis. Respondit passa: eundem oratorem nunc non oportere esse sollicitum de transactione. Alioqui visurum se et illis responsurum. Sic eo tunc illos ab se expedivit. Ut autem majestas vestra dignetur credere, sic cum iis hominibus et cum eorum domino esse actum, Mahmut interpres, majestati vestrae fidelis, de verbo ad verbum haec nobis retulit, qui ibidem, dum res agebatur, praesens erat. Adjecitque, quod passae idem orator esset odiosissimus; quippe qui qua sit conditione homo, quove polleat ingenio, vel ex his majestas vestra poterit cognoscere. Quia admodum certe infantili et turbulento; nec ea existimatione (ajunt) illum domi suae pollere, quam hic ostentat, vocatur autem Gulielmus de Gran Rie signor de Gran Ciampo.*)

Quod jam attinet ad alia. Camelopardus, sive gyraffa (ut nunc vocatur) negata est nobis, sed promissa alia, quam affirmavit passa exspectari; sine autem hac praesenti noluisse carere suum principem ob raritatem ferae, quodque multi viri militares equos suos timiditate infames admovere ad eam soleant, ut discant esse animosiores. Frigida satis negationis causa, sed noluimus eam urgentius postulare ob majestatis vestrae dignitatem.

Captivi aeque nobis nulli sunt concessi, dixit enim passa, quodsi imperatorem suum de hac petitione interpellasset, mox intulisset: num vicissim a majestate vestra Zecieniensis beghus fuisset ei missus; quod quum non sit factum, me etiam silere oportuit. Et curetis diligenter, ut imposterum hoc genere officii im-

*) Azaz: seigneur de Grandchamp. Hammer e kettős névből hibásan két személyt farag ki.

Digitized by Google

perator vester gratificetur meo, si ab eo paria habere voluerit. Super qua re multa cum eo postea colloquuti, conquesti insuper sumus, quod omnes insignes viros nostros, qui in eorum captivitatem incidunt, citissime exstinguant, propterea cessarent sic saevire in nostros, si ipsi quoque suos habere a nobis velint. Quum revera consuetum sit, officiis officia pensare.

Pro Hieronymo Fabino, qui hujus principis fuit captivus, jam aggressi eramus liberationis ejus initia, sed interim filius ejus, Joannis Andreae Aurii miles, habens apud se captivum Turcam conditionis non postremae, transegit cum eo, ut, si ipse liberari velit, patrem suum permutatione sui curet liberandum. Sic hac re ad passam primum, inde ad principem delata, concesus est, et Aulonem mense adhuc Octobre deductus, ut ibi Turcae et Christiani permutatio transigatur.

Dominicus Zeffus interpres donatus erat nobis initio, sed postea, revocata hac donatione, dixit passa, principem suum scire voluisse, quosnam captivos postularemus, in quibus quum nominavisset etiam exulem Zeffum, quodque illum nobis concessisset, excanduisse illum supramodum, mandasseque, ut omnino nulla gratia in eum conferretur, et perpetuo exilio Theodosiae, sive Caffae damnaretur. Causamque ejus casus, quum Deo volente redierimus, exponemus. Neque tamen contenti semel pro eo passam rogavisse, novas preces, easque fortiores adhibuimus. Respondit tandem, quod videbit. Sic in hoc statu Zeffi rem dimisimus.

De Galli vel potius Ugonottorum oratore adhuc plura haberemus, sed quia ex trino ejus scripto, pasae hic per homines suos porrecto, nobis vero a Mahmutto interprete impertito, omnia intelliget, noluimus

Digitized by Google

esse prolixiores, illud tantummodo rogati exequemur, ut, si majestas vestra modum aliquem habebit, curet hunc hominem caute summovendum, quod (ut idem Mahmut nobis affirmavit) serenissimi regis Philippi opera facile fieri poterit, habebitque etiam passa pro re gratissima, quod hic mallet ex eo regno maturiores et graviores homines hujus officii residere. Quum is sit juvenis levissimus, et qui, quum regis sui nomine venerit ad hunc princípem, Ugonottorum impudentissime et intempestivissime tractat negotium, discordiarum ac belli causas inter principes movens, quas ii nunc haudquaquam volunt, easque omnibus modis ac rationibus, quibus possunt, vitant et aversantur.

A Transsylvano X. mensis hujus advenerunt duo nuncii: Nicolaus Orbay et Franciscus Balogh cum tributo. Ad quem dabuntur mandata, juxta passae verba, ut sese omnibus articulis pacis accomodet, in Transsylvania quietus maneat, suos quoque in officio secum domi contineat, neque foris ullo loco vel per se vel per suos grassetur; et si fortasse fecerit contrarium, sciret hunc principem inobedientiam illius non laturum. Mandatum ei quoque est, ut sine ulla tergiversatione, arces Chycho et Kykellewwar rerestituat Moldavo. Similiter et Transsylvanis concessa est facultas, vajvodam ex sese deligere, si is, qui nunc illis praesit, Joannis regis filius sine liberis decessiset.

Eum etiam articulum de commutatione bonorum cum Transsylvano obtinuimus. Ne tamen viderentur statum eum, quem possidet, nimis se illi absolutum contulisse, addiderunt ei, ut consensus commutationum hujusmodi ex hac porta peteretur. Alioqui non essent omnino futurae validae.

Digitized by Google

Praeterea, si aliquando contingerit, ut idem Transsylvanus partem aliquam capitulationum pacis cum offensione subditorum majestatis vestrae transgrediatur, dixit passa: nequaquam imperatorem suum assentiri voluisse, ut ipsa tales injurias vindicet, sed eas huc transmittat, qui in eum propterea ita animadvertet, ut majestati vestrae bene satisfiet. Et subjunxit causam: quum enim, inquit, idem Transsylvanus sit subditus, et tantummodo zanziacchus imperatoris mei, non rex, quandoquidem idem imperator in regnis et provinciis suis non educat cuiquam reges ac dominos liberos, sed sibi ipsi duntaxat servos et mancipia, puderet illum tales ab alienis castigari; se tamen daturum operam omni diligentia, ut majestati vestrae non sit molestus, neque injurius, sedeatque in eo pacifice, quod ei impartita est principis mei liberalitas.

Ii autem duo ejus nuncii, interrogati a passa: Banya, bona Erdewd et Chehwar, in Transsylvani ne, an in majestatis vestrae potestate forent inpraesentia? responderunt, quod in Transsylvani; qua opinione passa semper fuerat, nuncque magis ac magis ita esse crediderat, iis nunciis auditis. Quod nos pro viribus nostris magno conatu impugnavimus. Nihilominus commisit inscribi in ratificatoriis: ne Banyae quoque castellum instrauraretur, cujusvis auspiciis et potestate teneretur. Nos vicissim non cedentes ita subito, constantissime affirmavimus, dudum haec tria loca esse in manu majestatis vestrae, nisi quod Transsylvanus populationibus ea vexat etiam modo, quaerens occasionem, qua sub tractatu pacis hujus in se transferre posset. Idque clarius patebit cum aliis rebus, quae in confinibus per commissarios tractari debent. Ad quae conticuit nonnihil, cessan-

Digitized by Google

tibusque et nobis, quia loqui plura jam frustra erat, recessimus ab eo.

Verum quia Transsylvanus nondum acquieturus est, quantum audimus, ut excidat ab hiis tribus locis, majestas vestra dignetur caute curare, ut suis praesidiis seu officialibus teneantur, ne qua ansa huic molestissimo homini, veritatis, aequitatisque, immo et commodorum suorum ignaro detur ad prosequendum solitas turbulentias, tandemque et Banya et Erdewd et Chehwar apud majestatem vestram remaneat.

De domino Zlwny et Ladislao Giulaffy magnae, crebraeque afferuntur huc querimoniae. Et adduxerant ad nos de utriusque militibus gregariis, in excursionibus captis, qui palam fatebantur, rem ita se habere, ut Turcae loquerentur, quodque a dominis suis fuissent missi praedatum. Homo autem Hamzabeghi, Bosnensis praesidis, illud etiam passae affirmavit, quod Zluny cum ducentis et cum trecentis equitibus in mediam usque Bosnam, nobis jam hic existentibus, aliquoties excurrerit, quodque ipsum etiam beghum ad singulare certamen provocaverit. Quae quidem nos, quantum potuimus, conati sumus diluere omnibus opportunis remediis. Nimirum, rem pacis adhuc esse sub nube, et in suis principiis; necdum ea ad istas partes advolasse, quae nos hic confecimus, ubi tamen latius omnia innotescent, cessaturas ubique ejusmodi turbas ac licentias. Haberet tantummodo interim pacientiam donec nos ad majestatem vestram revertamur, quo tempore omnibus rebus ordine necessario posito, tunc demum similes querimonias locum habituras, si idem ordo negligentius servaretur; pluraque alia in hanc sententiam, adeo ut passa quoque his acceptis, visus est minus commoveri querulantium clamoribus.

Digitized by Google

Verum majestas vestra dignabitur hujus licentiae clementer providere, ne et dominus Zluny Croatiae reliquias in periculum ultimum adducat, et dominus Giulaffy majorem sitim hostibus injiciat de Vesprimio diruendo, quod nos tanta contentione et labore, Dei beneficio conservavimus.

De Uzkokis quoque Segniensium multum institit passa, ne teneantur, et voluit etiam, in articulis rem illorum includi. Nec dici potest, quantopere eorum pyratica offendantur hostes; audivimusque, quod superiori anno triremes certo numero voluerint in portu quodam ejus maris opportuno ad reprimendos eosdem Uzkokos conservare, sed Venetorum opera avocatos ab hac voluntate fuisse. Idque eo potissimum argumento: (sicuti nobis Turcae quidam retulerunt) futurum haud dubie, ut contra eos omnes Christiani status insurgant, si hoc hic princeps attentasset.

De oratore autem Persae aeque ad scribendum multa essent sed summarie cuncta perstringemus. Ajunt, quod magna summissione egerit apud hunc imperatorem in prima audientia de suo principe. Etenim pace postulata a Selymo, quam adhuc cum patre ejus habuerat, professus quoque est, quod quoadusque vivet, nunquam ensem suum stringet in illum, et si forte contingeret, eum cum ipso simul quopiam loco castra habere, (hujusmodi enim metaphoris utebatur) nunquam portas tentorii sui oppositurus est portis ejus tentorii, sed illas semper vertet ad eam plagam, in qua senserit illius hostes esse. Proinde ut parentem ejus pro parente suo habuerit et coluerit, ita ipsum Selymum fratrem suum habere bono jure possit: verum non aliter habiturum se et culturum illum, quam habuit et coluit patrem, contra quoque

Digitized by Google

ejus hostes, et maxime Christianos semper arma sua cum illius collaturus, quandocunque jusserit. Haec ab eo duntaxat petere, ut imposterum liceat Persis Meccham et communis prophetae sepulturam libere visere. Quod antea interdictum erat illis propter haeresim, qua eos damnant et aversantur Ottomani; deinde ut Turcmenes, qui Kecie passii et Jessil passii nuncupantur, incoluntque Parthiam atque Ircaniam, desinant illi esse molesti. Qui quum sint populi potentes, et confoederati Turcae, ita Persae dicuntur esse infesti, ut idem Persa nisi solos hos haberet hostes, dudum excussisset Ottomanicum jugum.

Selymus haec omnia illi detulit, voluitque vicissim, ut quaecunque in illis finibus uterque illorum possideant, deinceps quoque obtineat pacifice; demum, ne subditos suos cujusvis nationis ex Arabiis aliisque provinciis suis, illi inibi vicinis, transfugientes in ditiones, ejus recipiat, sed eos aut ipsemet jubeat affici poena capitali, aut suae potestati tradendos curet. Nec ulla mentio ab eodem oratore facta est de promissis Selymi ob fratris et IIII. filiorum ejus parricidium, (uti ante futurum ferebatur) tanquam nihil tale unquam inter eos accidisset.

Munus autem quod Selymo attulit, affirmant, fuisse opulentum: tentoria, tapetes, lapides pretiosi, margaritae, turchinae, bezaari et complura genera gemmarum ac res aliae multiplices in Asiaticum decorem elaboratae ac exornatae. Quo cultu etiam ipse orator et sui comites nobiliores circiter centum quinquaginta cum equis simul apparuerunt in curia spectabiles.

Quum autem idem orator initio conveniret de more passam, quidam ex plebe, religionis suae (uti

Digitized by Google

dicunt) zelo ductus, propter haeresim, quam Persae profitentur, sclopi globo interficere, dum it per viam, tentavit. Sed oratore evadente periculum, unum ex comitibus ejus, qui proxime sequebatur, in manu vulneravit. Exterritus orator tanto casu tantoque facinore, existimansque, quod res data opera fuisset perpetrata, referre se ad hospitium volebat; sed mox a passa praecipuis viris suae aulae ad eum misis, qui ei suspicionem eximerent curarentque ad se adducendum, eodem tempore comprehenso etiam homine patratore sceleris, et confessione ejus habita, jussit illum per totam urbem equo in mortem rapi, necdum oratore a passa digresso. Sic demum et suspicio Persae exempta est et placatus ad hospitium reductus est.

Alius quoque casus accidit hic non multis diebus ante adventum oratoris Persae. Beghus quidam de genere Curtorum, qui Assyriam et Mesopotamiam incolunt, venerat huc citatus a quadam parte gentis ejus, quod esset domi turbulentus et quam plurimis injurius. Passa adhibiturus questionem ejus negotii, miserat supremum praefectum ciausorum cum bono numero hominum sui ordinis, mandans, ut ad se accerseretur, et si forte venire recusasset, caperetur et adduceretur vinctus.

Erat ipse tunc in templo quodam orans cum paucissimis familiaribus, omnibus pro more suae gentis, sica armatis. Venit ad eum praefectus, ciaus passy nominatus, corripit raptim hominem, aitque captivum esse caesaris. Offensus beghus inopinata injuria, exclamat, quaesita causa, quidnam ejus magnitudini deliquisset? Caeterum socii mora rei nulla interposita, stringunt sicas et uno momento praefectum cum duobus aliis mox occidunt vulnerantque complures,

Digitized by Google

non paucos quoque in fugam vertunt, omnesque cum begho, equis conscensis profugiunt ex urbe. Immissi mox, qui fugientes insequerentur, beghumque haud ita longe fuga provectum capiunt cum suis, et in carcerem omnes simul conjiciunt. Die insequenti, facto judicio a veziriis et kady lescheris in divano principis, mortis sententia condemnantur, et citra moram ipse beghus ibidem in curia capite plectitur, ex comitibus vero circiter XXXII. extra urbem et suburbia educti, per viarum compita diversis suppliciis necantur.

De motibus autem quorundam Arabum, qui partim insulas Euphratis, quae dicuntur esse ad LX. sub dominio cujusdam reguli, Ulian Ogly turcice nuncupati, contra Bazeram civitatem Persico mari adjacentem, partim vero aliorum, Gemen similiter civitatem insignem ad Mare Rubrum incolentium, contra praesides suos excitatis, fortasse praetereunda erat nobis commemoratio, ut de re longinqua et non tanti, ut ea noster orbis sollicitus esse deberet. Sed quum haec quoque sollicitudo hujus principis non est postrema, quod Mecchae et earum partium pluribus ejus provinciis ex vicinitate memoratae civitatis Gemen grave videtur imminere periculum, id etiam novitatis, qua Selymus valde perturbatur, ad caesaream majestatem vestram perscribere voluimus.

Beglerbegus enim Babiloniae, injuria quadam Ulian Oglyi vicini sui offensus, quum ejus potestatem habere non posset, forte sororis ejus factus compos, eam suspendio necavit (sic enim dicebatur.). Ille ulturus generis sui, maxime tam propinqui ignominiam, urbem Bazeram, in ostio Euphratis ad Persicum Mare positam, magnis copiis pedestribus, quod ejus ditio equis careat, possit alioqui ad LXX. et ad

Digitized by Google

LXXX. hominum millia in aciem educere, coepit hostiliter infestare et premere, ascitis sibi etiam amicorum auxiliis. Hac rebellione commotus beglerbegus, ipse quoque summa celeritate quas potuit, subito coegit copias, easque duxit in regulum, habitoque cum eo praelio fudit illum, non tamen ita superavit, ut victus foret. Quin potius effervescente in eo majore ira, majores etiam copias aggressus est in arma excire, et fortius in Bazeram saevire, quum videret solum beglerbegum Babiloniae non sufficere ad eum debellandum.

Gemenses praefectorum suorum expilationibus durisque et crudelibus imperiis succensi jugumque excussuri Turcicae tyrannidis adeo inhumanae, incunt primum inter se, deinde cum provincialibus consilium quam secretissimum, et die dicta facinori, ubi omnes ad rem gerendam fuere parati, simul et urbani beglerbegum, zangziácchosque armati invadunt atque interficiunt, una cum toto ejus loci praesidio; caedeque tanta, tamque ingenti perpetrata, omnes quoque civitates tam littoreas Rubri Maris quam mediterraneas intercipiunt et praesidiis necessariis muniunt.

Selymus itaque de his utrisque adeo inopinatis motibus in sollicitudinem haud exiguam actus, Muztapham quendam passae titulo jam fungentem, virum aetate provectum, et paulo ante Damasci beglerbegum nulla rei mora data, septimo veziriatu donat, eique summa potestate in illis regionibus bellicorum munerum demandata, traditoque etiam exercitu centum ferme millium armatorum, tam equitum, quam peditum ordinis janizerorum, jussit, ut in Babiloniam, quam maximis itineribus possit, contendat, et cum ejus loci praeside, curet eos tumultus compescendos, puniendosque rebelles, si superare poterit. Quando-

Digitized by Google

quidem ajunt, hos utrosque Arabes duplo majores copias habere posse quam hae sunt Muztaphae traditae, si serio inccpta urgere voluerint, contendentque in omnem eventum ad victoriam tantae suae audaciae. Quis jam eorum motuum sit futurus finis, incertum est. Indies alioqui valde avide illinc nuncii ab hoc principe exspectabantur, quum nos jam essemus in discessu. Faxit Deus, ut illae etiam res ita cadant, ut Christianitas sentiat aliquod emolumentum, quum ii aeque metuunt de re male suis successura, ac spem habent de victoria obtinenda propter potentiam eorundem Arabum. Opinantur tamen Turcae et plures alii gentium earum ingenia callentes, quod ubi Selymus moderatiores praefectos dederit, demissuros animos temere susceptos, et ad officium reversuros, punitis rebellionum authoribus, et qui potentiores erunt, Ulianum Ogly omnino opprimere, et ditionem ejus in potestatem hujus principis redigere conabuntur, quo et Babiloniae et Bazerae partes securiores sint hoc sublato regulo. Quod si forte assequetur hic princeps, affirmant, tantos illi ex eisdem partibus reditus proventuros, quanti proveniunt ex Aegypto. Idque propter commercia, quae fiunt Babyloniae et Bazerae.

Dicunt autem, quod initio Selymus non parum hoc motu trepidaverit, veritus ne se cum Persa iidem Arabes conjunxissent, quando de illius quoque motibus tanti rumores Constantinopolim afferebantur, dubitabaturque admodum de adventu oratoris ejus. De quo revera diu est dubitatum. Verum postea, ubi oratorem adesse vidit, cognovitque ex eo, quanam esset erga se Persa voluntate, quodque pacem peteret, de bello neque mentionem faceret, respiravit a trepidatione, et tumultus Arabum multo minoris momenti

Digitized by Google

apud se habuit. Quanquam non omnino metu liberatus, rei eventu sollicitus, laetus alioqui supramodum de pace cum majestate vestra et cum Persa transacta, ajunt peculiari quadam hilaritate fuisse affectum, frontem etiam ultra solitum et foris et in domestico ac privato convictu multo amplius exporrexisse, et indulsisse genio.

Persae quoque oratorem eo tunc expedire volebat, sed initium jejunii obstitit, quo legibus et disciplina majorum vetitum est Turcis, dare operam conviviis, quibus et excipere et expedire, pro insigni honore morem habent. Sic a bariano mox expedietur, reverteturque etiam Selymus Constantinopolim ad diem circiter XXVI. Aprilis, curabitque (uti sermo communis erat) triremes XXX. Alexandriam in Aegyptum mittendas, metu tumultus Arabum, ne quid etiam illuc extendant suae audaciae. In Aegaeum vero mare alias XXX. eas partes Graeciae custodiendi gratia, non autem aliquam Christianitatis regionem offendendi consilio, si modo perfidiae Turcicae secure sit fides adhibenda, qui omnia dolis agunt.

Quod reliquum est, hae postremae nostrae epistolae binae totam actionem nostram in se continent, quam ab Eduardi reditu usque ad conclusionem pacis habuimus cum Turcico principe Selymo, et cum supremo ejus vezirio Mehmetto passa, adjunctis ei etiam illis privatis, et mixtis quibusdam aliis rebus suo ordine, quas Eduardo non dederamus celerioris ejus expeditionis gratia.

Quod autem et nos serius Hadrianopoli moverimus, pace confecta, et ipsum Eduardum etiam expediverimus, remorati sumus cancellariae hujus principis occupationibus. Quae quum infinitis prope nego-

Digitized by Google

tiis distinetur, ne nostrum quoque ita cito absolvi potuit, quemadmodum nos volebamus, et sane etiam urgebamus, solliciti interim ea quoque cura, ut simul omnia reciperet et certo cognosceret quaecunque cgeramus.

Ut praeterea plane sciat, esse jam nos quoque in itinere nostri reditus, quod, Deo comite, hodie ingressi sumus, ita omnia etiam maturavimus, ut hoc ipso tempore Eduardum quoque dimitteremus, et quam celerrime fieri posset, exspectatum majestati vestrae afferret nuncium, eandem edocentes, venire nobiscum etiam Ibraimum, supremum Turcae interpretem, missum ab eodem cum suis ratificatoriis; relaturusque eas, quas vicissim majestas vestra dabit. Nec plura per has litteras, quam quod post Eduardum nos etiam omnem diligentiam adhibebimus, ut maturemus nostrum reditum, ibique praesto simus, ubi sacram majestatem vestram caesaream esse cognoscemus. Quam Deus Optimus Maximus felicem atque incolumem quam diutissime servet. Hadrianopoli XX. Martii 1568.

Digitized by Google

LX.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad majestatem caesaream.

Nos beneficio Dei, heri hora secunda a meridie huc appulimus, hodie apud passam fuimus, perendie Strigonium promovebinus, inde post Comaronium, et tandem per vadum Zent Maria Viennam nos conferemus. Interim autem caesarea majestas vestra dignabitur nos informare, quomodo oratorem principis Turcarum deducemus, ordinemque jubebit poni, quo honorifice excipiatur. Quia nos et Constantinopoli et hic satis convenienter pro dignitate caesareae majestatis vestrae, et equitatu et peditatu aulico et militari excepti sumus. Orator autem est cum bono apparatu, habet equos, mulos, camelos, et homines circiter 35. et curandum erit illi tale hospitium, quo capi commode poterit. Deus Optimus Maximus sacram caesaream majestatem vestram diu felicem et incolumem servet. Budae 29. Aprilis 1568. 1568 apr. 29.

Digitized by Google

LXI.

A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach.

Ad caesaream majestatem.

1568. máj. 3. Hodie nos cum oratore principis Turcarum Comaronium pervenimus, et hic interim commorabimur, donec de ulteriori progressu nostro a caesarea majestate vestra clementer informabimur, juxta humilem petitionem etiam aliarum litterarum nostrarum, quas adhuc Buda dedimus. Habenda autem erit cura etiam de sumptibus ejusdem oratoris per iter, sic ut dignitati majestatis vestrae caesareae omni ex parte inserviatur. Essetque omnino operae pretium, si hoc tempore magnificus dominus capitaneus reperiretur, quia omnia commodius haberentur. Deus Optimus Maximus caesaream majestatem vestram servet diu incolumem et felicem. Comaronii 3. Maji 1568.

Digitized by Google

LXII.

Verancsicsnak és Teuffenpachnak a császár.

Reverendo devoto, ac nobili, fidelibus, nobis di- 1568. máj. 4.
lectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, nostris consiliariis et oratoribus. Comaronii. Ubicunque fuerint. Cito, citius, citissime etc.

Teuffenpach kezével: Praesentatae 5. Maji, Comaronii.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator, ac Hungariae et Bohemiae etc. rex.

Reverende devote, ac nobilis, fideles nobis dilecti. Accepimus litteras vestras Budae vigesima nona die proxime elapsi mensis Aprilis datas, libenterque intelleximus, vos salvos eo pervenisse, atque jam confidimus, vos iter vestrum eo, quo instituistis modo, Deo propitio, ac sine impedimento et obstaculo aliquo prosequutos esse. Itaque in dies adventum vestrum exspectabimus. Gratum quoque nobis est, oratorem principis Turcarum vobiscum esse, quem volumus, ut Vischamindam usque deducatis, eique persuadeatis, ne gravetur ibi unum atque alterum diem subsistere, donec illum accersamus; vos vero ex eo loco, relictis apud illum aliquot ex vestro comitatu, qui illius et familiae ipsius, nc quid illis a quoquam exhibeatur

Digitized by Google

molestiae, curam gerant, extemplo huc ad nos advoletis, quo possimus vobiscum deliberare, quomodo pro dignitate condecenter excipiendus et in urbem hanc nostram introducendus sit, facturi in eo benignam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna die quarta Maji anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo; regnorum nostrorum, Romani sexto, Hungarici quinto, Bohemiae vero vicesimo. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

LXIII.

Veranczicsnak és Teuffenpachnak a császár.

1568. máj. 5. Reverendo devoto, ac nobili, fidelibus nobis dilectis, Antonio episcopo Agriensi, ac Christophoro a Teuffenpach in Mairhofen, nostris consiliariis et oratoribus. Comaronium, vel ubi fuerint. Cito, cito, citissime etc.

Teuffenpach kezével: Accepimus Comaronii 6. Maji.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, ac nobilis, fideles nobis dilecti. Litteras vestras Comaronii tertia praesentis datas accepimus, et illico mandavimus provideri, sicuti fideliter consuluistis, de sumptibus oratoris Turcici, ne quid in hac parte, quod ad dignitatem et existimationem nostram pertinere videbitur, negligatur; quin etiam scripsimus supremo capitaneo nostro Comaroniensi, qui hic est in propinquo, ut e vestigio

Digitized by Google

isthuc se conferat, ne propter absentiam ejus quidpiam deficiat, quantumvis nesciamus, an in tempore adesse poterit.

Quod ad deductionem oratoris Turcici attinet, inhaeremus iis, quae heri per specialem veredarium ad vos scripsimus, quarum litterarum accipietis cum his exemplum, quo rectius vos benignae voluntati nostrae accommodetis; nec opus erit, quod supra modum festinetis, sed itinera juxta commoditatem oratoris Turcici instituatis.

Id quod vobis super memoratis litteris vestris clementer respondendum et significandum duximus. Datum in civitate nostra Vienna die quinta Aprilis*) anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, regnorum nostrorum, Romani VI. Hungarici V. Bohemici vero XX. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p.

LXIV.

A császárnak Verancsics és Teuffenpach.

Ad caesaream majestatem.

Die sexta currentis, qua movimus Comaronio, 1568. máj. 8. in ipso discessus nostri momento ad rhedas nostras accepimus a sacra caesarea majestate vestra responsum, atque hodie hic in Prellenkirchen moram habituri, crastinum exigemus Vischeminii. Ubi pro man-

*) Tollhiba „Maji" helyett.

Digitized by Google

dato vestrae caesareae majestatis relicto magnifico domino capitaneo Kilmano et provisore Comaroniensi cum oratore Turcae, nos die sequenti ad majestatem vestram festinabimus. Hoc pro humili informatione nostri progressus. Et Deus Optimus Maximus sacram caesaream majestatem vestram diu feliciter et incolumem servet. Ex oppido Prellenkirchen. 8. Maji 1568.

Digitized by Google

ELSŐ TOLDALÉK.

Az 156⅞ követséghez vegyesek.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

Az 1562. s 1564-diki békekötések.

Instrumentum ratificationis pacis cum imperatore Turcarum initae. *)

Maximilianus Secundus, etc.

Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis. Quod cum proximis annis pro quiete et tranquillitate publica totius orbis, et praesertim pro afflicti regni nostri Hungariae, continuis bellorum calamitatibus ferme penitus exhausti, oppressi et desolati beneficio, et ut jam tandem ab effundendo humano sanguine cessaretur, inter serenissimum et potentissimum quondam principem dominum Ferdinandum electum Romanorum imperatorem, augustae memoriae, dominum et genitorem nostrum observandissimum ex una, et serenissimum quoque ac potentissimum principem dominum sulthanum Solymanum imperatorem Turcarum ac Asiae et Graeciae etc. ex altera, post multos, difficiles atque diuturnos tractatus hinc inde medio oratoris, a praelibato divo genitore nostro destinati, et pleno ac sufficienti ad id mandato instructi, agitatos, ad octo annorum spatium, a die prima Junii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo proxime et immediate

*) Verancsics kezével a másolat elébe vetve. Ő t. i. ennek formájára fogalmazta az 1568-diki békepontokat.

Digitized by Google

sequentium numerandorum, redintegrata, conclusa, et litteris confirmatoriis, ultro citroque exhibitis, firmata et constabilita fuerit, juxta certas quasdam conditiones in litteris confirmatoriis dicti serenissimi quondam, et observandissimi domini patris nostri descriptas et comprehensas, quarum litterarum tenor sequitur, et est talis:

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis: Quod cum superioribus annis post multos et diuturnos tractatus inter nos et serenissimum ac potentissimum principem, et dominum sulthanum Solymanum imperatorem Turcarum ac Asiae et Graeciae etc., interveniente pro nobis nobile, fidele, nobis dilecto Augerio a Busbeck, consiliario et oratore nostro, ad id pleno et sufficienti mandato instructo, inita et conclusa fuisset firma pax et amicitia, ad octo annos duratura; et nos hujusmodi pacis et amicitiae conclusionem pro nostra parte ratam, gratamque habuissemus, et litteris nostris in patenti et opportuna forma expeditis confirmassemus sub certis quibusdam conditionibus, quas idem orator noster descriptas, et sigillo suo munitas, adhibita protestatione, consiliariis et passis praefati serenissimi Turcarum imperatoris tunc exhibuerit, prout in dictis litteris nostris confirmatoriis latius apparet, quae datae sunt in nostra imperiali civitate Augusta Vindelicorum die vigesima nona mensis Aprilis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono. Exhibitis vero per dictum oratorem nostrum iisdem litteris nostris confirmatoriis, diversae difficultates intercidissent, ita, quod nec litterae confirmatoriae, nostris per omnia similes et congruentes in hanc usque diem a dicto serenissimo Turcarum

Digitized by Google

imperatore nobis allatae fuerint, adoque ejuscemodi pax octennalis realem suum effectum hactenus sortiri nequiverit; et tandem, cum ob talem pacis, seu inducіarum incertitudinem in finibus regni nostri Hungariae ac partium ei subjectarum, et praecipue in confiniis Croatiae multa contra inducias evenissent; quin insuper etiam ex alia parte inter nos et illustrissimum Joannem Sigismundum ducem, serenissimi quondam regis Joannis filium gravissimae turbae ac motus bellici exorti essent, rursus de redintegranda et stabilienda memorata octennali pace inter saepefatum oratorem nostrum, dictosque serenissimi Turcarum imperatoris passas et consiliarios agi ceptum esset, atque idem orator noster sub spe nostrae ratificationis iterum proposuisset quasdam conditiones, sub quibus optata pax, sublatis difficultatibus, demum coalesceret atque in effectum deduceretur; quin etiam serenissimo Turcarum imperatori visum esset, mentem ac voluntatem nostram de istiusmodi pacis redintegratione et conglutinatione cognoscere, misso ad nos hanc ob causam egregio viro Chassan chiaussio cum serenitatis suae litteris. Nos sane cupientes, quantum in nobis est, consultum esse quieti et tranquillitati publicae totius orbis, et praesertim afflicti regni nostri Hungariae, continuis maximisque bellis funditus pene exhausti et desolati, atque jam tandem pacem antehac, ut praefertur, conclusam, sed nondum ad effectum deductam, debitum summ vigorem obtinere: dictos tractatus per oratorem nostrum cum dictis passis nomine et loco serenissimi Turcarum imperatoris agitatos, ratos gratosque habuimus, litterisque his nostris corroboravimus et confirmavimus, et in eadem pace ipsum quoque filium quondam regis Jo-

Digitized by Google

annis cum Transsylvania comprehendi consensimus, prout per praesentes ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, et omni meliori modo et forma quibus possumus ac debemus, ratificamus, approbamus, corroboramus et confirmamus, declarantes et pollicentes, nos non solum cum praefato serenissimo Turcarum imperatore, verum etiam cum dicto quondam regis Joannis filio fovere et servare bonam ac sinceram amicitiam et pacem ad octo annos proxime sequentes, et a die, qua datae sunt praesentes litterae, numerandos, quatenus nobis serenitas ejus, dictusque quondam regis Joannis filius mutua sinceritate et integritate correspondebunt, ita, ut quilibet nostrum aequaliter ad hujus pacis observationem adstrictus et obligatus sit juxta has infrascriptas conditiones.

Primo igitur, universis et singulis nostris capitaneis, praefectis, officialibus, ministris, militibus ac subditis serio et sub poena capitis mandabimus, ut hanc pacem sancte, firmiter et inviolate observent, et ne militibus aut subditis serenissimi imperatoris Turcarum, ac praefati filii quondam regis Joannis arma, vim et ullam hostilitatem inferant, nec eosdem ad arma lacessant, sed cum illis pacem et bonam vicinitatem foveant.

Quodsi quis capitaneus, miles, aut subditus noster locum aliquem serenissimi imperatoris Turcarum occupaverit, ceperit, expugnaverit, aut attentaverit, statim illum pro demerito capite puniri, ac locum illum sine dilatione restitui faciemus.

Item, si post publicationem istius pacis et amicitiae contigerit a militibus, aut subditis nostris aliquos subditos serenissimi imperatoris Turcarum capi, ii quoque ubicunque fuerint, liberi esse, et sine impe-

Digitized by Google

dimento, aut alicujus pretii pactatione vel solutione demum dimitti debebunt, modo idem quoque ex parte Turcarum fiat.

Et quoniam in tractatibus illis pacis quinquennalis, quam cum praefato serenissimo Turcarum imperatore anno Domini millesimo, quingentesimo, quadragesimo septimo, inivimus ac firmavimus, conclusum, pactum et conventum fuerat, ut annuatim mitteremus ad portam serenissimi Turcarum imperatoris munus honorarium triginta millium ducatorum, nos sane juxta dictam pactionem et conventionem quinquennalis illius pacis, ut afflicto Hungariae regno, miserorumque colonorum et subditorum quieti et incolumitati consultum sit, in posterum quoque singulis annis, durante ista octennali pace, ad portam serenitatis ejus triginta illa ducatorum hungaricalium millia transmittemus.

Deinde, licet nullo jure obligati simus ad solvendum munera, quae a nobis in tractatibus, antehac habitis, ex parte serenissimi Turcarum imperatoris pro duobus ultimis annis praememoratae pacis quinquennalis, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo conclusae et initae petita fuerunt: volentes tamen ipsi serenissimo imperatori Turcarum sincerae amicitiae et benevolentiae studium nostrum hac quoque in parte testatum reddere, ex duorum illorum annorum intermissis muneribus serenitati illius unum, scilicet triginta millia ducatorum transmittemus.

Similiter, ab arcibus quoque et castellis, urbibus ac locis Transsylvaniae omnem vim atque hostilitatem abstinebimus. De locis vero extra Transsylvaniam positis, quorum longe alia est ratio,

Digitized by Google

quam Transsylvaniae, respectu dicti serenissimi Turcarum imperatoris, ac praesentis concordiae et pacis causa non recusamus cum illustrissimo Joanne Sigismundo duce, serenissimi quondam regis Joannis filio, concordare, quae loca nobis restitui, et quae ipsi pacifice relinquere velimus, ita tamen, ut dictum quondam regis Joannis filium, durante hac octennali pace, ad satisfaciendum nobis de locis extra Transsylvaniae fines in Hungariae partibus citra et ultra Tibiscum sitis, armata manu non compellere possimus aut debeamus, salvo tamen et reservato nobis nihilominus omni jure et actione, quam contra illum praetendimus.

At viceversa idem quondam serenissimi regis Joannis filius tempore hujus pacis, sive induciarum ab omni hostilitate et injuria abstineat, ac subditos nostros non affligat, villas non diripiat, nec excursiones in ditionem nostram faciat, neque castella nostra vel subditorum nostrorum oppugnet, vel ipse nova castella in detrimentum ditionis nostrae, vel subditorum nostrorum exstruat, neque etiam bona mobilia vel immobilia, contributiones, dicas, decimas et proventus ad nos et subditos nostros spectantes, invadat aut sibi vendicet, quin immo inducias sancte et inviolate observet et per suos observari faciat, quemadmodum etiam nos, ut idem nostra ex parte sancte observetur et praestetur, diligenter curaturi sumus. Quod si secus fecerit et inducias violaverit, ac nos, aut subditos nostros injuria affecerit, nos idipsum impune ferre non patiemur.

Item, ut quaecunque nos extra propriam Transsylvaniam possidemus, sive per nos ipsos, sive per nostros subditos et vasallos, in posterum quoque sine

Digitized by Google

Melchior Balassa et Nicolaus de Bathor, caeterique barones, nobiles et cujuscunque status homines, qui ad fidelitatem et obedientiam nostram reversi fuerunt et revertentur, usque ad illam diem, qua nobis constiterit, supradictum quondam regis Joannis filium inducias ad mandatum serenissimi imperatoris Turcarum sub his conditionibus acceptasse et observare velle, cum omnibus eorum rebus, juribus ac bonis, quaecunque possident et tenent.

Praeterea tam nostri, quam praedicti filii quondam regis Joannis subditi, in utriusque nostrum obedientia et potestate constituti, qui in praesentibus turbis et motibus, vel ob metum vel aliam quamcunque causam vacillassent, sive suspectos se reddidissent, seu alterutrum quovis modo offendissent, hisce induciis comprehensi, earum ita participes reddantur, ut nulla in eos quovis quaesito colore vindicta institui, sed omnis in illos concepta indignatio et persecutio utrinque cessare debeat.

Et quia, ut dictum est, in honorem et gratiam serenitatis suae consensimus, sub his induciis filium quondam regis Joannis ad satisfaciendum nobis, ratione locorum extra Transsylvaniam sitorum, armis non compellere: confidimus, uti par est, serenissimum Turcarum imperatorem, habita ratione, quod nos ita faciles et benignos erga dictum quondam regis Joannis filium exhibeamus, nobis aliquos captivos haud gravatim concessurum esse.

Caeterum, quod attinet ad ipsummet serenissimum Turcarum imperatorem, mens et voluntas nostra est, prout et ipsa ratio et aequitas postulat, ut ejus quoque serenitas litteris suis confirmatoriis ad has sequentes conditiones adstringatur.

Digitized by Google

Imprimis: ut serenitas sua bonam et sinceram pacem atque amicitiam nobiscum ad supradictos octo annos, a die datarum praesentium litterarum incipientes colat et servet.

Item: ut omnibus ac singulis suis passis, beglerbeghis, sanziackis, vajvodis et quibuslibet capitaneis, officialibus, ministris, militibus et subditis mandet sub poena capitis, ut hanc pacem firmiter et sancte observent, et ne militibus, seu subditis nostris arma, vim vel ullam hostilitatem inferant, nec eosdem ad arma lacessant, sed cum illis pacem et bonam vicinitatem servent, inter quos serenitatis suae militares praefectos etiam Transalpinus et Moldavus vajvodae comprehensi intelligantur.

Item: ut pax ista pro Hungaria, Croatia, Dalmatia, Sclavonia, et pro reliquis universis nostris regnis, dominiis et provinciis, eorundemque finibus, limitibus, et locis quibuslibet tam terrestribus, quam maritimis et aquaticis confecta et confirmata intelligatur, habeantque haec ita universaliter comprehensa eandem vim, ac si singula essent expressa.

Quodsi vero tempore hujus pacis a serenissimi imperatoris Turcarum praefectis, militibus aut subditis arx, oppidum, urbs, castellum, fortalitium, seu qualiscunque locus noster ullo praetextu occupatus, captus, expugnatus, aut attentatus fuerit, quicunque id fecerit, statim capite plectatur, et talis locus sine dilatione restituatur.

Idque intelligatur, sive locus immediate noster fuerit, sive subditi nostri; nec referat, utrum talis subditus rebellis fuerit, sive non, quia si rebellis fuerit, talis locus nobis restitui debebit, idque in reliquis rebellium rebus ac bonis similiter locum habeat.

Digitized by Google

Simili modo quaecunque in his litteris comprehenduntur, de nulla injuria aut damno inferendo, ea semper tam ad res et jura subditorum cujuscunque illi gradus sint aut conditionis, quam de rebus, immediate ad nos pertinentibus intelligantur.

Item: ut liberum sit pro arbitrio et libito aedificare, reparare, munire et fortificare quaevis loca, quae directe in aedificantis potestate et ditione existere dignoscentur, ita quod in hoc turbari vel impediri non possint aut debeant.

In solo vero, in aliena ditione aut dominio sito, aedificare, reparare, munire aut fortificare aliquem locum posthac durante pace non sit licitum.

Et quoniam non restituitur Tata contra omnem aequitatem intercepta, saltem villae et possessiones ultra Danubium sitae, non inquietentur, sed Comaronio, sicuti fuerunt a principio, subjectae maneant. Quia Tata non fuit tale castrum, quod propriam jurisdictionem haberet, sed Comaronio submissum, adeoque praefectus illius tantummodo castellani officium gerebat, ibi collocatus, ut hujusmodi villas, ad Comaronium pertinentes, quae per Comaroniense praesidium non satis commode tempore bellorum regi poterant, per ipsum eo minori negotio in officio continerentur; hujusmodi ergo villae omnes praefecto Comaroniensi deinceps pareant, neque ab illis, qui erunt in Tata, aut aliis quibuscunque Turcicis militibus inquietentur.

Item: sub hac pace nullo modo nostra jura in Hungaria impediri, neque nostris colonis ac subditis quocunque praetextu vel colore quaesito, exactiones aut onera ulla imponi debeant, ita quod omnia illa loca, quae in praesentiarum in nostra ditione et potestate sita sunt, cum universis suis pertinentiis,

Digitized by Google

castris et oppidis, redditibus ac quibuscunque bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, in eadem nostra potestate sint ac maneant, nec in illis ullum jus exactionis, vel alterius oneris, subditi, vel milites, vel officiales Turcici quaerant seu praetendant, multo vero minus villas nostras subinde occupent, aut missis litteris, comminatione incendii, depraedationis, seu captivitatis subditos nostros ad deditionem sollicitent. Et quicunque coloni hactenus ad utramque partem servitia, census, vel decimas praestiterunt, ubicunque illi siti sunt, in posterum quoque nobis, vel subditis nostris servitia vel census praestent.

Et quoniam Turcae, quando primum occupaverunt deditias villas, contenti fuerunt solitis et ordinariis colonorum proventibus, progressu vero temporis majores in dies exactiones illis imposuerut in tantum, ut nunc decuplo plus exigant ab aliquibus, adeo quod pauperes non habentes unde amplius solvant, tandem metu captivitatis, relictis sedibus, aufugiant, et postea neque nobis, neque serenissimo Turcarum imperatori, ejusque subditis ullam amplius utilitatem praestent; mandet proinde serenitas ejus, ne praefati milites et spahiae sui colonos ipsos ultra eorum ordinarios proventus, quos dominis eorum solvere consueverunt, et quibus Turcae initio contenti fuerunt, compellant, sed dimidia parte ejusmodi ordinarii proventus contententur, reliquam vero colonorum dominis relinquant, ut hoc modo pauperes, miserique coloni nimiis et intolerabilibus extraordinariis exactionibus liberati, non aufugiant, sed maneant et utrinque parti diutius utiles sint.

Digitized by Google

Praeterea deinceps a publicata pace ista nulli subditi nostri, sive sint Hungari, sive alterius cujuscunque nationis, captiventur: quodsi tamen factum erit, ii ubicunque detinebuntur, mox libertati restituantur, et tuto atque pacifice sine ulla pactatione, seu pretii redemtorii exactione domum redire permittantur, neque tales captivi ullo modo, colore, vel ingenio quaesito, detineantur, mancipentur, vendantur sive donentur.

Porro, si nobis in futurum etiam videbitur aliquis homo in excelsa porta saepedicti serenissimi Turcarum imperatoris intertenendus, sive oratoris, sive agentis, sive procuratoris, sive quocunque titulo: is oratoris libertate etiam ac privilegiis, immunitatibusque frui debebit, quemadmodum aliorum principum, qui serenitati illius amici sunt, procuratores frui solent aut debent, habeatque liberam potestatem conducendi dragomanum sive interpretem quos et quotcunque velit.

Similiter non impediantur etiam homines aut nuncii nostri, qui interdum ad amplissimam illam portam, vel ad hominem nostrum, qui ibi residebit, aut etiam ab eo ad nos mittentur, quin potius eisdem omnis favor et auxilium praestetur.

Quas quidem conditiones et articulos pro firmiore pacis robore serenissimus Turcarum imperator, perinde ac nos, sese firmiter, inviolateque observaturum sub fide et verbo suo promittat, necessariisque et opportunis litteris statim confirmet.

Cum vero ad pacis firmitatem plurimum pertineat, omnem dissidiorum et motuum causam in confiniis tolli, et ad hoc valde expediat certos limites statui, utrique parti tolerabiles, quos alterius partis

Digitized by Google

militibus hostiliter transgredi non liceat, optimum erit id negotii commissariis, ex utraque parte pari numero deligendis, viris probis, pacificis et rerum gerendarum peritis, qui quidem pari authoritate praediti, justitiae et utriusque partis habita ratione, tales limites statuant.

Similiter, si magnae aliquae et arduae differentiae orirentur, quae prorsus celerem compositionem requirerent, ad tales commissarios constituendos refugiendum erit, qui loco opportuno convenientes sine exercitu, atque aequali personarum numero et comitiva omnes et singulas hujusmodi controversias emergentes decidant, et amicabiliter componant, et talis denique ordo ac modus constituatur, ut utraque pars suos homines et subditos citra omnem tergiversationem, vel praetextum, gravissimis poenis ad integre, firmiter et inconcusse observandam pacem compellat.

Quoniam vero in tam amplo regno, tam diuturnis bellis afflicto, fieri non potest, quin multi latrones et malefici homines passim divagentur: propter talium hominum subitos et improvisos incursus pax violata non debet intelligi, neque si vel subditi, vel milites alterius partis contra pacem aliquid attentarint, vel alias aliqua controversia aut differentia ex utraque vel altera parte emergat, ut interdum accidere solet, neque omnia semper praecaveri possunt, ideo pax violata intelligatur. Sed utraque pars sedulo operam dare debebit, ut tales praedones et damnificatores et pacis perturbatores debitis poenis afficiantur; in gravioribus vero casibus (ut dictum est supra) ad commissarios confugere expedit.

Licitum sit etiam Turcis, si tales praedones aut raptores in sua ditione deprehenderint, illos supplicio

Digitized by Google

afficere, si vero illos deprehendere non potuerint, capitaneis aut officialibus nostris, sicubi eos esse compererint, indicent, qui eos punire a nobis mandatum habebunt; si vero ab illis non punientur, nos ea de re informati, probe pro demerito puniendos curabimus, modo idem ex altera quoque parte fiat.

Sed et duella, quoniam multorum motuum ac dissidiorum causam saepe subministrare solent, optimum erit tempore hujus pacis inhibere, quin immo ii, qui alios ad hujusmodi singularia certamina provocare ausi fuerint, ad alterius partis instantiam et requisitionem puniantur.

Quae quidem omnia, si serenissimus Turcarum imperator rata, grataque habuerit, ac litteris suis corroboraverit et confirmaverit, pollicemur in verbo nostro caesareo, nos quoque candide et firmiter observaturos et adimpleturos esse, pecuniasque supradictas ad portam ejusdem serenissimi Turcarum imperatoris missuros, et quaecunque nobis vigore conditionum et pactorum suprascriptorum incumbunt, executuros esse, nec eis ullo quaesito colore per directum vel indirectum contraventuros, indubitatam spem et fiduciam in serenitate ejus ponentes, omnia vicissim bona et integra fide agi, nec ministros et subditos, militesque serenitatis suae iis, quae juxta praemissa tractata et conclusa fuerint, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, contraventuros, quemadmodum et nos, omni dolo et machinatione remotis, jubebimus et mandabimus ministris nostris, ut pax et quies a nostra parte integre observetur, ut dignum est fide et magnanimitate nostra, harum testimonio litterarum manu nostra propria subscriptarum, ac sigilli nostri appensione munita-

Digitized by Google

rum. Datum in arce nostra regia Pragae, die prima Junii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, regnorum nostrorum, Romani trigesimo secundo, aliorum vero tricesimo sexto.

Defuncto vero divo genitore nostro praefatus serenissimus Turcarum imperator per litteras a nobis petierat intelligere: utrum et nos pacem et amicitiam paternam cum serenitate ejus servare vellemus. Nos sane intellecta et considerata ejusmodi propensa et sincera voluntate, quam serenitas ejus erga nos praeseferre videtur, cupientes etiam beneficio et quieti publicae et praesertim commodis oppressi regni nostri Hungariae consultum esse, vestigiis divi domini parentis nostri in servanda et continuanda hujusmodi pace et amicitia insistendum duximus. Itaque non solum nostro, verum etiam serenissimorum principum, Ferdinandi et Caroli, archiducum Austriae etc. fratrum nostrorum charissimorum nomine praeinsertas serenissimi et potentissimi quondam domini genitoris nostri litteras ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, et omni meliori modo et forma, quibus potuimus atque debuimus, approbavimus, ratificavimus et corroboravimus, prout vigore praesentium approbamus, ratificamus et corroboramus, declarantes, et in verbo nostro caesareo pollicentes pro nobis et jam nominatis serenissimis ac charissimis fratribus nostris, quod ceptam inter saepedictos divum genitorem nostrum et serenissimum Turcarum imperatorem pacem et concordiam usque ad finem constituti octennii candide ac sincere observabimus, munusque honorarium posthac etiam quolibet anno, Deo dante, mittemus, omniaque et singula, quae nobis praestanda incumbunt, exequemur et adimplebimus,

Digitized by Google

nec eis ullo quaesito colore per directum vel indirectum contraveniemus, ac demum omni dolo et machinatione remota, curabimus et jubebimus, ut etiam a praefectis, ministris, officiariis, militibus et subditis nostris pax et quies integre observetur, sicuti dignum est fide et magnanimitate nostra, dummodo similiter serenissimus quoque Turcarum imperator haec omnia rata, grataque habuerit, observaverit, adimpleverit, quemadmodum non diffidimus, ex parte serenitatis suae perinde bona et integra fide omnia agi, nec serenitatis suae ministros, subditos et milites iis, quae juxta praemissa tractata et conclusa fuerunt, directe vel indirecte, quovis praetextu quaesito, contraventuros esse. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri appensione munitarum. — Datum Viennae die vigesima septima mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto.

Digitized by Google

II.

1565-diki szatmári pontok.

Articuli pacis conclusi inter supremos commissarios et capitaneos caesareae majestatis ac oratores Transsylvani. Zathmarii in mense Martio. 1565.

Primum: quod illustrissimus dux Transsylvaniae, et legitimi illius posteri ac descendentes ex eodem sexus masculi, Transsylvaniam, sicuti intra limites suos constituta est, retineat sub certis quibusdam conditionibus, de quibus postmodum oratores seu nuncii ad caesaream majestatem profecturi, cum majestate sua latius tractabunt et concludent. Reliquam vero ditionem, in Hungaria existentem, caesareae ac regiae majestati, et ejus haeredibus ac successoribus, legitimis Hungariae regibus, pro se et suis haeredibus libere cedat ac remittat, excepto comitatu praefato Byhoriensi cum castro Waradiense, suisque pertinentiis, quae ex speciali suae majestatis concessione et gratia ad dies vitae illustrissimus dux possidere et frui debet, ea tamen conditione, ut post mortem illius ea omnia reliquo corpori Hungariae regni statim de facto uniantur, et suae majestati caesareae vel suis successoribus, regibus Hungariae restituantur.

Deinde, quod posthac, deposito titulo electi regis, vocentur duces Transsylvaniae.

Quod sua caesarea majestas libere retineat jure

Digitized by Google

belli castrum Tockay et arcem Zerench, ac alia loca ab exercitu suae caesareae majestatis occupata, cum universo territorio atque districtu ad ea spectante, nisi specialem gratiam aliquibus, quorum interest, ad intercessionem illustrissimi ducis Transsylvaniae facere sua majestas sponte velit.

Quod specialiter dux Transsylvaniae libere cedere atque suae caesareae majestati resignare teneatur castra Mwnkatch et Huzt cum omnibus et singulis eorum pertinentiis ac juribus, ubicunque locorum existentibus, quemadmodum nunc ab ipso Transsylvano duce vel saltem nomine et loco ipsius possidentur, et quod interim etiam horum castrorum oppugnatio omittatur.

Quod omnes captivi, qui adhuc detinentur, libere et sine impedimento dimittantur.

Praeterea subditis utriusque partis nihil impedimenti inferri debebit, quo minus deinceps quoque bona, proventus et redditus, quos vel Hungari in Transsylvania, vel Transsylvani in Hungaria habent, libere et pacifice tenere, percipere et eis uti, frui, gaudere atque potiri queant.

Digitized by Google

III.

Maximiliánnak Muztaffa budai pasa.

1567. jul. 28. Serenissimo ac inclitissimo domino Maximiliano Secundo, favente Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto, domino nobis gratiosissimo.

Serenissime et invictissime imperator semper auguste, domine nobis gratiosissime, salutem ac nostri debitam commendationem. Misimus nunc ad tuam celsitudinem praecipuum nostrum consiliarium et curiae nostrae fidelem provisorem Kwrth agam cum munere, quo potuimus quam honestissimo, quod tamen pro temporis angustia nunc celeriter apparare potuimus, quo nimirum nostram erga celsitudinem tuam debitam fidelitatem et favorem certo ac re ipsa commonstrare declarareque voluimus, precamurque tuam celsitudinem, hoc muneris, pro sua erga nos singulari ac jam multis modis comprobata munificentia et clementia, aequi bonique velit consulere, ac omnibus huic nostro legato Kwrth agae, quaeque nostro nomine retulerit, clementem audientiam velit praestare ac fidem adhibere; simul autem id quoque precamur, ne eam tua celsitudo isthic diutius detinere velit, sed ut primum salvum et incolumem, cum clemente et nobis optata relatione remittat. Nos interim nos totos tuae celsitudini in omnibus fideliter offerimus. Tuam celsitudinem feliciter valere quam diutissime exoptamus. Datae Budae 28. Julii 1567. Tuae celsitudini deditissimus Muztaffa bassa,

Digitized by Google

potentissimi caesaris Turcarum Budae et in tota Hungaria locumtenens.

IV.

A budai pasának Maximilián.

Spectabilis ac magnifice, sincere nobis dilecte. 1567. aug. 30.
Reddidit nobis consiliarius et nuncius vester Kwrth aga litteras vestras una cum muneribus, quae nobis per eundem misistis, fideliterque et diligenter exposuit, quidquid vobis visum est nobis per eundem officiose nunciare. Ea vero omnia cum viderentur ex animo erga nos sincero, atque ad pacem et tranquillitatem publicam servandam et tuendam admodum inclinato fuisse profecta, nos itidem grata et perbenigna mente illa omnia accepimus et quandoque mutua nostra caesarea munificentia affatim compensare studebimus.

Quod vero ad nunciata illa vestra attinet de removenda natione Hungarica a confiniis, ac praesidiis eorum per Germanos firmandis, dubitare non debetis, sive Germanicis sive Hungaricis praesidiis loca nostra finitima fuerint firmata: nos pro eo studio, quo tenemur, stabiliendi et conservandi cum serenissimo imperatore vestro amicitiam et bonam vicinitatem, sedulo curaturos esse, ut induciae nostra ex parte candide et inviolate observentur, et qui ex nobis comprehensus fuerit secus facere, is debitas inobedientiae suae poenas non effugiet. Inprimis autem mandabimus etiam capitaneo nostro Agriensi Simoni Forgach, ut milites illos nostros, sub ductu ejus existentes cohibeat, ne quid contra inducias moliantur.

Digitized by Google

et ipse quoque, si non paruerit, nequaquam impune feret, dummodo ex vestra parte in observandis induciis et puniendis inobedientibus eadem cura atque integritas appareat. Hactenus enim tam contra praefectos et begos, quam milites vestros allatae sunt et adhuc afferuntur quotidie gravissimae querelae, sicuti partim ex scripto, quod vobis mittitur, percipietis.

Praeterea, aliud etiam est, de quo in praesentibus litteris vos admonendos duximus, videlicet: ex quo hinc inde convenit, inter nos et serenissimum imperatorem vestrum, ut, donec oratores nostri in tractatu pacis versabuntur, in confiniis non solum arma utrinque deponantur et induciae observentur, sed res omnino in eo statu relinquatur, quo tum erat, nec quidquam innovetur, quod propterea non consentaneum sit sive ejusmodi mutuae conventioni et conclusioni, sive etiam omni rationi et aequitati: ex parte vestra passim in confiniis nova castella aedificari, prouti nobis refertur jam exstrui in Bathyan, Zeriss*) et alibi, et nonnulla quoque desolata restaurari, praesertim vero Zabadkam, quod castellum superiore aestate, ne in posterum ibi, ut antea, receptus esset praedonibus, indesinenter subditos nostros inde infestantibus, milites nostri combusserunt et solo aequarunt.

Et propterea gratiose postulamus, ut vos ad istam nostram et serenissimi imperatoris vestri conclusionem ipsi quoque conformetis, neque vel talibus novis castellis erigendis, vel alio quovis modo in finibus quibuscunque innovetis, sed omnia in statu, quo erant tempore initarum hinc inde induciarum, relin-

*) Segesd et érti.

Digitized by Google

quatis, siquidem haec et alia ad tractationem in porta serenissimi imperatoris vestri instituendam spectant. De iis quoque rebus vos celare non possumus, quae in finibus Transsylvaniae geruntur. Nimirum, quod praefecti Joannis Sigismundi ducis non cessant nostros milites lacessere, nostramque ditionem, utputa, Banyam et dominium Chech ac Erdewt, et eorum locorum pertinentias sibi vendicare et usurpare, aperte profitentes, id se a domino suo in mandatis habere, quod cum praefecti et milites nostri ferre non possint neque debeant, ut qui a nobis habent in mandatis, supradicta nostra dominia et loca tueri et conservare, aliena tamen non attingere: necesse est, quotidie ea de causa oriri discordias, rixas et pugnas, sicuti nuper accidit propter quasdam decimas, ex loco quodam ad nostram ditionem pertinente ablatas, quod ad manus ventum sit, et praefecti, militesque Transsylvani, ut nobis relatum est, meritas temeritatis suae poenas dederint.

Quocirca operae pretium fuerit, vos hac quoque in parte providere, et Joannem Sigismundum ducem monere, ut audaciam suam compescat. Sed haec fiunt fortassis ab illo in eum finem, ut tractatibus pacis, qui inter nos et serenissimum imperatorem vestrum nunc agitantur, aliquid impedimenti injiciatur, quemadmodum etiam antea fieri consuevit. Id quod vobis ad memorata scripta et nunciata vestra per antedictum consiliarium vestrum Kwrth agam, quem, quod a vobis missus sit, libenter vidimus atque audivimus, et nunc legatione sua singulari fide et studio perfunctum, cum munusculo quodam vobis ex nostra parte exhibendo, in signum propensae nostrae in vos voluntatis, ad vos remittimus, benigne respondere

Digitized by Google

voluimus. Datum Viennae die penultima Augusti, 1567.

V.

Ugyanannak ugyanaz.

1567. sept. 1. Spectabilis ac magnifice etc. Scriptis et obsignatis jam aliis litteris nostris, allatae sunt ad nos adjectae etiam querelae et gravamina de variis Turcarum violentiis, quae et ipsa vobis communicanda duximus, etiam atque etiam postulando, ut ejusmodi injuriis modum ac finem imponi curetis, provideatisque, ne ex vestra parte novis turbis et motibus contra nostram et serenissimi imperatoris vestri mentem causa et materia praebeatur; velitisque annexas litteras nostras, una cum aliis ad oratores nostros Constantinopolim mittere, facturi in hoc quoque nobis rem gratam. Datum Viennae die 1. Septembris 1567.

Digitized by Google

MÁSODIK TOLDALÉK.

Oklevelek a Verancsicsok történetéhez.

Harmadik Közlemény.*)

*) Folytatása az I. és II. kötet toldalékának.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXVI.

Reverendo devoto Antonio Verancio episcopo 1559. mart. ecclesiae Agriensis, comiti perpetuo Hewessiensi et administratori comitatus Borsodiensis, sacrae caesareae majestatis consiliario, fideli nobis dilecto.

Verancsics kezével: Receptae Agriae 21. Martii 1559.

Maximilianus, Dei gratia rex Bohemiae, archidux Austriae etc.

Reverende devote, fidelis dilecte. Cum his litteris nostris habet devotio tua supplicationem fidelium nobis dilectorum, Francisci Gemer et Demetrii Philippi centurionum peditum Agriensium, qui ut ex ea supplicatione apparet, summopere verentur, ne devotio tua vel numerum militum, quibus jam inde a multo tempore praefuerunt, diminuat, vel ipsis alium aliquem ordinem serviendi praescribat. Petentes humillime, ut cum nostra voluntate, et pormissione liceret ipsis posthac, ordine inter eos observato, servire. Ne igitur eos responso inconvenienti a nobis dimitteremus, petimus a devotione tua majorem in re informationem, quos scilicet pedites diminuere, vel quem serviendi ordinem centurionibus ipsis praescribere vellet. Centuriones vero interea in priori ordine relinquat. In quo benegratam voluntatem nostram executura est. Datae Posonii, die quinta mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesi-

Digitized by Google

mo nono, regni nostri Bohemiae undecimo. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Gebhartt Wellczer m. p. H. Fieringer m. p.

XXVII.

1559. mart. 29. Reverendo devoto, fideli nobis dilecto, Antonio Verancio episcopo Agriensi, consiliario nostro.

Verancsics kezével: Receptae Sepusii 17. Aprilis 1559.

Ferdinandus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverende devote, fidelis nobis dilecte. Cum nobis occurrant ejusmodi negotia, in quibus ob tuam singularem erga nos fidem ac eximiam prudentiam, rerumque agendarum dexteritatem, opera et praesentia tua opus habemus, tuae propterea fidelitati clementer committimus, ut absoluta consultatione, quam serenissimus princeps dominus Maximilianus rex Bohemiae et filius noster charissimus, de rebus Turcicis tecum et cum aliis nonnullis potioribus consiliariis nostris Hungaris, ad octavam hujusce paschatis instituit, quamprimum te huc ad nos conferas, et sumas tecum omnem familiam tuam, quam semper tecum habere soles, quando Viennae vel alibi extra episcopatum tuum residere solitus es, qua nimirum continue tibi domi opus non est, causas enim adventus tui postmodum intelliges.

Exequeris autem in eo benegratam, adeoque etiam expressam et omnimodam voluntatem nostram, clementer admodum erga te recognoscendam. Datum

Digitized by Google

in nostra imperali civitate Augusta Vindelicorum die XXIX. mensis Martii, anno Domini MDLIX°, regnorum nostrorum Romani XXIX°, aliorum vero XXXIII°. Ferdinand m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium M. Singkhmoser m. p. Vt. Seld.

XXVIII.

Ego Antonius Verancius, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Agriensis etc. notifico ac testatum facio per praesentes meas, quod quum ad me, a sacratissima caesarea et regia majestate Ferdinando, divina providentia Romanorum imperatore semper augusto electum, nominatum ac praesentatum ad episcopatum memoratum, videlicet Agriensem, sanctissimus dominus noster papa Pius felicis nominis IV. de plenitudine suae potestatis, juxta ritum sacrae matris ecclesiae romano-catholicae atque apostolicae bullam provisionis et consecrationis meae destinasset, egoque a reverendissimo domino Nicolao Olaho, archiepiscopo Strigoniensi, metropolitano meo etc. munus consecrationis Viennae Austriae in templo, divo Francisco dicato, die XXI. mensis Septembris, qui fuit beato Matthaeo apostolo et evangelistae festus ac sacer, anno instanti, videlicet MDLXI., solitis omnibus ceremoniis adhibitis, juxta usitatam et laudabilem ejusdem praefatae sacrae catholicae ac romanae ecclesiae consuetudinem accepissem, tunc tempore talis consecrationis deposui corporale juramentum, quod in ipsa bulla consecrationis expressum est in haec verba: Ego Antonius Verancius, electus Agri- 1561. oct. 14.

Digitized by Google

ensis promitto etc. Datum Viennae XIV. die mensis Octobris anno Domini MDLXI.

XXIX.

1561. oct. 10. Zachariae episcopi Pharensis, Pii IV. PP. nuncii legati ad aulam imperatoris et regis Hungariae, facultas legendi libros prohibitos et haereticos, ac recitandi cum aliis horas canonicas, episcopo Agriensi concessa. Datum Pragae VI. idus Octobris, anno 1561.

XXX.

1562. máj. 10. Copia juramenti Valentini Pelyni ad provisoratum Agriensem.

Ego Valentinus de Pelyn fateor et recognosco per praesens chirographum meum, quod quum reverendissimus dominus meus, dominus Antonius Verancius episcopus ecclesiae hujus Agriensis, comes perpetuus Hewesiensis, Borsodiensisque administrator etc. confisus de mea fide, humanitate, integritate, constantia, provisoratum, hoc est: administrationem omnium et singulorum proventuum totius praefati hujus episcopatus sui Agriensis, ejusque colonorum ac bonorum universorum, quovis nomine vocatorum, et custodiam conservationemque ejusdem arcis hujus suae Agriensis, quae mihi et duobus collegis meis, qui castellani et capitanei sunt eruntque pro tempore, incumbet, nec non omnium etiam eorum, quae in hac ipsa arce Agriensi modo continentur ac continebuntur postea, tam ea, quae ex redditibus suis vel aliunde

Digitized by Google

ad ejusdem reverendissimi mei episcopi partem tertiam et ad duas alias sacrae caesareae ac regiae majestatis provenient, quam omnium ingeniorum bellicorum, munitionum, nec non armorum, pulverum, globorum, instrumentorumque tormentariorum et generaliter universarum rerum aliarum in eadem arce Agriensi modo existentium, juxta inventarium, quod ab eodem reverendissimo domino meo episcopo mihi est traditum, et quae imposterum per intervalla temporum existent comparata ac reposita, et in inventarium consribentur, mihi commisit, assignavit et concredidit, durante ejus beneplacito atque ea conditione, ut semper illi in ipsa instructione, quam dedit mihi, quaecunque cognoverit succisivis diebus sibi et suae huic arci fore utiliora, liceat et demere et addere, uti voluerit. Idem ego Valentinus de Pelyn per Deum verum, vivum et unum, ac per filium ejus dominum nostrum Jesum Christum et Spiritum Sanctum, immensam videlitet trinitatem, unam deitatem juro ac promitto eidem reverendissimo domino meo, domino Antonio Verancio episcopo Agriensi, quod imprimis hunc provisoratum sive hanc administrationem omnium et singulorum, quovis nomine vocatorum, praefati hujus episcopatus Agriensis proventuum, bonorumque et colonorum mihi peculiariter commissorum omni fide, integritate et diligentia pro posse meo, ut virum bonum atque honestum decet, soli ipsi reverendissimo praefato domino meo episcopo, sacrae caesareae Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. regiae majestati, Ferdinando augusto, ac serenissimo domino Maximiliano etc. regi Bohemiae, dominis nostris clementissimis, conscio ejusdem sacrae caesareae et regiae majestatis rationista sive contrascriba moderno

Digitized by Google

et futuris, juxta instructionem, quam mihi idem reverendissimus dominus meus episcopus dedit, fideliter *) ac citra omnem personarum respectum ac largitionem omnibus colonis et subditis ejusdem reverendissimi domini mei episcopi justitiam et aequitatem administrabo. Deinde arcem quoque hanc suam Agriensem, cujus cura mihi in parte est commissa, resque eas omnes, quae et intra et foris arcem sunt vel erunt, et ad ejusdem episcopatus proventus pertinebunt, contra omnes tam suae reverendissimae dominationis quam praefatae sacrae caesareae et regiae majestatis ac serenissimi regis Maximiliani inimicos fideliter et constanter custodiam, tuebor et conservabo.

Praeterea, quandocunque idem reverendissimus dominus meus episcopus Agriensis Antonius Verancius memoratum provisoratum cum praefatis rebus tam bellicis quam munitionum atque proventuum et aliorum omnium singulorumque, in inventario, quod ab eo jam accepi, continentium, quodque tunc temporis conscribetur, a me repetierit, nec voluerit, ut eo fungar inposterum: pari fide promitto, quod ipso facto, nulla mora, nulla renitentia interposita, nec ullo aut verborum aut rerum causarumque quarumcunque quaesito colore et subterfugio, ipsi reverendissimo domino meo praefato episcopo eundem provisoratum pure et simpliciter restituam et resignabo.

Et insuper de tota administratione ejusdem provisoratus ipsi reverendissimo domino meo episcopo praefato, vel si ipsum e vivis migrare contigerit (quem Deus diu servet incolumem) sacrae caesareae et regiae majestati, aut serenissimo regi Maximiliano, earundemque majestatum fidelibus hominibus ad id

*) Kimaradt, úgy látszik, az összekötő ige.

Digitized by Google

deputatis justam et rectam rationem reddam, faeturus similiter in omnibus et singulis suprascriptis cum sua saepe jam nominata caesarea ac regia majestate et cum serenissimo rege Maximiliano, suisque successoribus et haeredibus, legitimis Hungariae regibus vel eorundem fidelibus hominibus, quibus eam restitui, reddi ac resignari mandaverit.

Casu vero, quo idem reverendissimus dominus meus episcopus e vivis, uti jam dictum est, decederet, eadem fide, qua superius, promitto meque obligo, quod quicquid proventuum quorumcunque, etiam pecuniarum ac quarumvis rerum aliarum tertiae partis ex eodem episcopatu suo Agriensi eidem provenientium, juxta limitationem et conventionem cum eo a praefata caesarea ac regia majestate transactam, tempore mortis suae tam in hac arce sua Agriensi, quam in bonis et pertinentiis ejusdem inveniretur, nemini alii, quam solis fratribus suis duobus, Michaeli et Petro, ac filiis et nepotibus eorum, aut quibus ipsi commiserint, reddam atque restituam, idque ex gratiosa sacratissimae caesareae et regiae majestatis ac serenissimi regis Maximiliani annuentia.

Porro, obligo etiam me sub vinculo ejusdem fidei, honoris et humanitatis meae, quod eidem reverendissimo domino meo episcopo domino Antonio Verancio in omnibus obediens ero, commoda suae reverendissimae dominationis, servitorumque et subditorum suorum totis viribus meis juvare et promovere, damna vero et adversa avertere propulsareque studebo, amicos item et benevolos ejus pro amicis, hostes autem et adversarios pro hostibus et inimicis habebo. Contendamque ita omnia superius expressa, toto posse meo curare et administrare, ut quantum

Digitized by Google

per me fieri poterit, inhibeam omnes proventuum suorum dissipationes, nihilque nec huic arci suae conservationis, nec ejusdem reverendissimi domini mei episcopi ac sacrae caesareae et regiae majestatis commodorum decedat. Immo etiam ut penes eundem reverendissimum meum episcopum ac sacram caesaream regiamque majestatem et serenissimum regem Maximilianum in omnem eventum casumque fortunae fideliter constanterque permaneam et perseverem.

Et generaliter omnia, quaecunque ad bonum et commodum tam dicti reverendissimi mei episcopi quam suae caesareae et regiae majestatis pertinere cognovero, fideliter, sineque omni dolo ac fraude, conscio semper praefatis, moderno et futuris ejus majestatis caesareae et regiae rationistis sive contrascribis, secundum instructionem supradictam, mihi exhibitam, servabo atque exequar.

Si tractatus quoque aliquos, seu societates seu confoederationes, quovis nomine vocitatas, inter subditos ac servitores ejusdem reverendissimi domini mei episcopi intellexero fieri, promitto fide praefata, quod ego neque consentiam illis, neque earum vel in minimo particeps esse volo, sed potius eas pro posse meo, pro authoritate mea, pro denique viribus ac debito et parte mei officii, remoto omni colore ac tergiversatione, semper veraciter aversabor et prohibebo.

Omnes similiter insidias, si quas ubivis locorum et a quibusvis hominibus contra eundem reverendissimum dominum meum episcopum, contra caesaream et regiam majestatem, et contra serenissimum regem Maximilianum peculiariter, seu una contra omnes communiter fieri continget, haedemque insidiae ad meum scitum pervenient, eadem fide saepe jam me-

Digitized by Google

morata promitto, quod eas reverendissimo domino meo episcopo, sacrae caesareae et regiae majestati ac serenissimo regi Maximiliano, subito et sine ulla dilatione patefaciam et indicabo, nullas ad hoc omnino cum quibusvis hominibus intelligentias particulares habiturus, sine scitu, voluntate ac mandato ejusdem reverendissimi domini mei episcopi, caesareae et regiae majestatis ac serenissimi regis Maximiliani, praesertim quae essent manifeste regno atque huic arci Agriensi perniciosae.

Postremo, omnia quoque probi, fidelis et obedientis servitoris officia praestabo, ac per omnes ministros, qui a me post reverendissimum dominum meum episcopum pendebunt, praestari atque obire summa faciam integritate et fidelitate, immo juro et obligo me eidem reverendissimo domino meo episcopo Antonio Verancio, per fidem, honorem et humanitatem meam ad praemissa omnia firmiter observanda, harum mearum, sigillo et manus meae propriae subscriptione communitarum vigore et testimonio litterarum mediante. Actum in arce Agriensi, decima die mensis Maji anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

XXXI.

Copia juramenti Francisci Horvat ad castella- 1562 máj. 13.
natum et capitaneatum Agriensem.

Ego N. N. fateor et recognosco per praesentes meas litteras, quod quandoquidem reverendissimus dominus meus gratiosus, confisus de mea fidelitate, constantia et integritate, capitaneatum et castellana-

Digitized by Google

tum arcis hujus suae Agriensis, ejusque assiduam, vigilantem fidelemque custodiam et conservationem, durante suo beneplacito, mihi dederit et concrediderit: ego idem N. N. per Deum verum, vivum et unum, ac per filium ejus, dominum nostrum Jesum Christum et Spiritum Sanctum, immensam videlicet trinitatem, unam deitatem, juro ac promitto eidem reverendissimo domino meo episcopo, domino Antonio Verancio, quod hanc ipsam arcem Agriensem contra omnes inimicos suae reverendissimae dominationis ac sacratissimae caesareae et regiae majestatis, serenissimique regis Bohemiae Maximiliani, dominorum nostrorum clementissimorum assidue, vigilanter, diligenterque et fideliter pro posse meo eidem domino meo reverendissimo custodiam, tuebor et conservabo. Et quandocunque idem reverendissimus dominus meus hanc ipsam arcem suam Agriensem a me repetierit, nec voluerit fungi me suo capitaneatu et castellanatu, eandem pro mea parte, simul cum omnibus ingeniis bellicis, nec non pulveribus tormentariis et victualibus, ac generaliter omnibus rebus in eadem arce existentibus, secundum inventarium in regestum conscriptis, aut in futurum conscribendis, sine ulla renitentia et mora, sineque omni praetextu aut quaesito colore, aut creditorum meorum quorumcunque tam praeteriti temporis quam futuri, quibus sive reverendissimus dominus meus episcopus tenebitur, sive sacratissimi nostri principes, sed pure, simpliciter ac defacto eidem reverendissimo domino meo episcopo reddam ac resignabo. Et casu quo idem reverendissimus meus episcopus (quem Deus diutissime servet) decederet e vivis, eadem fide promitto, quod hanc praefatam arcem Agriensem nemini alii custodiam, tuebor

Digitized by Google

et conservabo, quam solis ante jam nominatis dominis nostris principibus, similiter etiam nemini alii reddam ac resignabo, nisi illis solis, nimirum sacratissimae majestati caesareae ac regiae, ac serenissimo regi Maximiliano eorumque successoribus et haeredibus, legitimis Hungariae regibus; sive iis, quibus ipsimet mandaverint, et a me memoratam arcem Agriensem repetierint, nec deinceps voluerint in ejus servitio opera mea uti; perficiamque ista omnia, sine omni tergiversatione, uti supra dixi.

Obligo etiam me sub vinculo fidei, honoris et humanitatis meae, quod suae reverendissimae dominationi in omnibus obediens ero, quodque ejus dignitatem, authoritatem, salutem, honoremque et subditorum, bonorumque suorum omnium pro viribus meis defendere, juvare et promovere, cuncta vero eidem adversantia avertere et propulsare contendam.

Item: amicos suos pro amicis, inimicos vero pro inimicis habebo, penesque majestates suas, hoc est: penes sacratissimam majestatem caesaream, et serenissimum regem Maximilianum, in omnem fortunae eventum et casum fideliter et constanter cum omnibus ad me pertinentibus persistam et perseverabo.

Et generaliter omnia, quae ad bonum et commodum tam praefatorum dominorum nostrorum principum, quam ejusdem reverendissimi mei episcopi putavero pertinere, fideliter, sineque omni dolo ac fraude praestabo.

Si praeterea tractatus aliquos, seu societates aut confoederationes quovis nomine vocitatas inter subditos et servitores ejusdem reverendissimi domini mei episcopi intellexero fieri, promitto fide praefata, quod ego neque consentiam illis, neque earum vel in

Digitized by Google

minimo particeps esse volo, sed potius eas pro posse meo et debito mei officii, remoto omni colore atque affectu, semper veraciter aversabor et prohibebo.

Item omnes insidias, si quas ubivis locorum et a quibusvis hominibus contra eundem reverendissimum dominum meum episcopum, contra caesaream et regiam majestatem et contra serenissimum regem Maximilianum peculiariter, seu una contra omnes communiter strui continget, et eaedem insidiae ad scitum meum pervenient, similiter fide memorata promitto, quod eas reverendissimo domino meo episcopo, sacrae caesareae majestati ac serenissimo regi Maximiliano, subito et sine ulla dilatione patefaciam et indicabo. Nullas ad haec omnino cum quibusvis hominibus intelligentias particulares habiturus, sine scitu, voluntate ac mandato ejusdem reverendissimi mei episcopi et praefatorum sacratissimorum nostrorum principum, praesertim quae essent manifeste regno atque huic arci Agriensi perniciosae.

Omnia denique probi, fidelis, constantisque et obedientis servitoris officia in hoc meo memorato castellanatu et capitaneatu, erga eundem reverendissimum meum episcopum exhibebo, ac per eos, quorum intererit ac mihi suberunt, exhibere sine contradictione faciam. Immo juro ac promitto et me obligo eidem reverendissimo domino meo episcopo per fidem, honorem et humanitatem meam, ad omnia praemissa firmiter in mortèm usque observanda et tenenda, harum mearum sigillo et manus subscriptione meae propriae communitarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in arce Agriensi decimatertia die Maji anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

Digitized by Google

XXXII.

Reverendo ac egregiis etc. praefecto, caeteris- 1562. jun. 12.
que sacrae caesareae majestatis camerae hungaricae consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Maximilianus, Dei gratia Bohemiae rex, Austriae archidux etc.

Reverende ac egregii, fideles nobis dilecti. Significavit nobis reverendus episcopus Agriensis Antonius Verancius, se Valentinum Pelyni in provisorem et Franciscum Horwath de Petropolya ac Joannem Zaberdinum in castellanos et capitaneos arcis Agriensis adscivisse, ipsisque hoc nomine de officio credito instructionem expedivisse, quam vobis hisce additam, una cum exemplis juramenti per ipsos praestiti mittimus, sacrae caesareae majestatis etc. domini ac genitoris nobis observandissimi nomine vobis mandantes, ut hanc instructionem cum transactione per sacram caesaream majestatem superioribus exactis annis cum dicto episcopo inita diligenter et accurate conferatis, et num conveniant seu discrepent, exacte cognoscatis, nosque tunc, ubi instructionem praesentem priori transactioni adversari compereritis, quid facto opus videatur, consilio opinioneque vestra doceatis. Exequemini hoc modo cum sacrae caesareae majestatis e:c. tum nostram benignam voluntatem. Lyntzio die duodecima Junii, anno etc. sexagesimo secundo, regni nostri Bohemici decimo quarto. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Lien. (?) Püchler de Weittenegg m. p. Olvashatlan név. m. p. J. Rexius m. p.

Digitized by Google

XXXIII.

1563. máj. 25. Reverendo Antonio Verancio, episcopo ecclesiae Agriensis ac perpetuo comitatus Hewesiensis comiti, sacrae caesareae majestatis consiliario, fideli nobis dilecto.

Verancsics kezével: Redditae 20. Junii Agriae 1563.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus etc.

Reverende fidelis nobis dilecte. Exposuit nobis generosa et magnifica nobis grata Sophia Patoczy, magnifici Georgii Bebeci consors, quod quidam miles Agriensis, Thomas Baxay nuncupatus, indesinenter molestaret eam in bonis Gagy et ejus pertinentiis, per sacram Romanorum caesaream majestatem, dominum ac genitorem nobis observandissimum superiori tempore eidem Bebeco ex gratia collatis, petens humillime, ut ei rei providere dignaremur. Quam ejus petitionem aequitati consentaneam existimantes, tibi clementer mandamus, ut authoritate tua efficias, ne posthac dictus Baxay in bona illa sese violenter ingerat, sed si quid juris in eis se habere praetendit, juxta consuetudinem regni id prosequatur, alioquin gravem indignationem caesareae majestatis incursurus sit. Datum in civitate Vienna, die vigesima quinta mensis Maji anno etc. sexagesimo tertio, regnorum nostrorum Romani primo, Bohemici vero decimo quinto. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Gebhartt Wellczer m. p. H. Fieringer m. p.

Digitized by Google

XXXIV.

Reverendo Antonio Verancio, episcopo ecclesiae Agriensis ac perpetuo comitatus Hewesiensis comiti, sacrae Romanorum imperatoriae majestatis consiliario sincere nobis dilecto. 1563. apr. 2

Verancsics kezével: Redditae 29. Aprilis, Agriae 1563.

Maximilianus Secundus, Dei gratia rex Romanorum semper augustus.

Reverende devote, sincere nobis dilecte. Venerat ad nos Vitus Peninger Agriae rerum armamentariarum praefectus, et supplicando declaravit nobis, licet isthic exstructum esset molendinum pro conficiendis pulveribus, salnitrum tamen ad eam rem imprimis necessarium deesset; petebatque submissius, ut ejus quantitatem aliquam Agriam mitteremus. Deliberantibus autem nobis, quid in hac parte faciendum esset, occurrit, te aliquando scripsisse, quod in Debrecenio salnitri magna copia coqueretur, simul ac spem fecisse illius quantitatem aliquam consequendi ab ejus oppidi incolis, loco alicujus servitii seu contributionis, quam Agriae praestare tenerentur. Quare clementer petimus, quid in hac re egeris vel acturus sis postea, nobis quamprimum significes, signanter vero in eo sis sollicitus, ut Agria salnitro isthic muniri queat, quandoquidem abhinc vix pretio, quo isthic emitur, devehi posset.

Retulit praeterea idem Vitus Peninger, quod nullum exstaret inventarium super bambardis et aliis

Digitized by Google

rebus bellicis, quas in sua custodia haberet, et hinc fieret, quod quilibet sibi potestatem vendicaret in domum armamentariam imperandi. Quare abs te clementer petimus, ut super eisdem rebus universis duo aequalia inventaria illico conscribi cures, et unum quod ipsius Viti manu et sigillo munitum sit, nobis ad manus consiliariorum bellicorum transmittas, alterum vero tua manu subscriptum ipsi relinquas. Praeterea potestatem in eam domum imperandi, omnibus, te, vel in absentia, castellanis exceptis, adimas, et si quid ex ea deprompseris, quicquid illud fuerit, chirographo eidem Vito assignando comprehendas, atque castellanis, ut idem faciant, injungas, ne in sola Agria fiat confusio, sed observetur ordo, quem passim in omnibus domibus armamentariis suae majestatis observare consueverunt.

Supplicaverat etiam pro aliis quibusdam rebus vilissimis, Cassoviae aeque ac hic venalibus, pro quibus emendis ad Franciscum Pestiensem mandatum dedimus. Reliquum est, quod tibi regio nostro favore inclinati sumus. Datae Viennae secundo die Aprilis anno Domini MDLXIII, regnorum nostrorum Romani primo, Bohemiae decimoquinto. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Gebhartt Wellczen m. p. H. Fieringer m. p.

Digitized by Google

XXXV.

Maximilianus Secundus, divina favente clemen- 1563. jun. 27.
tia Romanorum rex semper augustus etc.

Reverende, fidelis nobis dilecte. Questus est apud nos magnificus Franciscus Therek de Ennyng, Transsylvanum, filium quondam regis Joannis, a se et orphanis quondam fratris sui, oppidum Debrecen, tanquam quod jure haereditario ad se pertineat, redimere et alienare velle: quod quidem ab adposito ipsius Transsylvani litterarum exemplo clarius cognosces. Eapropter sacratissimae caesareae majestatis etc. domini ac genitoris nobis observandissimi nomine tibi benigne praecipimus, ut nos, an oppidum illud ab ipso Transsylvano tanquam haereditarium superioribus annis inscriptum, seu an fisci regii peculium sit, informes, et num, seu quo pacto haec, quam instituit, redemptio impediri possit seu debeat, diligenter deliberes, et nobis deinceps sententiam opinionemque tuam hac de re diserte idque mature rescribas. Executurus ejusdem majestatis caesareae et nostram perquam benignam voluntatem. Datae in civitate Vienna die vigesima septima mensis Junii, anno a nato Christo millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, regnorum nostrorum Romani primo, Bohemici vero decimo quinto. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Lien. Püchler de Weittenegg m. p. Olvashatlan név m. p. J. Rexius m. p.

Digitized by Google

XXXVI.

1563. jul. 2. Reverendo Antonio Verancio, episcopo ecclesiae Agriensis, comiti perpetuo Héwessiensi, sacrae caesareae majestatis consiliario, fideli nobis dilecto.

Verancsics kezével: Redditae 22. Julii Agriae 1563.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus etc. Reverende, fidelis nobis dilecte. Accepimus ternas litteras tuas de XV. et ultimo praeteriti mensis Maji, alias vero de quarto Junii, et quantum ad primas, commisimus illico Ladislao Keretscheni, ut Zygethienses, qui sunt Agriae applicati, sine mandatis aliisque molestationibus amplius non urget, (így) verum ipsos quiete Agriae servire sinat.

Deinde quae de civi quodam Hadhwanensi et Turcarum conatibus scribis, clementer intelleximus, tuamque in scribendo operam approbamus, committentes, ut etiam in posterum, si quid tale intellexeris, nobis perscribas. Et quoniam brevi commissarios nostros Agriam missuri sumus, qui rebus Agriensibus, tam his quam aliis, prospicient atque dirigent: ideo tibi sacratissimae caesareae majestatis, domini ac genitoris nostri colendissimi nomine firmiter mandamus, ut interea temporis pro tuo candore et industria sedulo advigiles, cumque militibus Agriensibus agas, ut excubias et officia sua militaria diligenter, sicque praestent, ne de periculo aliquo timendum sit.

Praeterea quae de Turca Zolnokiensi, qui Franciscum Kathay in duellum et certamen singulare pro-

Digitized by Google

vocavit, scribis, intelleximus, attamen tibi peroptime constat, apud majestatem caesaream jam antea deliberatum et conclusum fuisse, ut hujusmodi duella amplius non concedantur, cui deliberationi etiam nos inhaerimus. Quare eidem Francisco Kathay interdicas, ne se cum huic (így) vel alio Turca intromittat. Quod tibi ad praefatas litteras rescribere voluimus, tibique gratia nostra regia inclinati sumus. Datae in civitate Vienna secunda die Julii anno etc. sexagesimo secundo, *) regnorum nostrorum Romani primo, Bohemici vero decimoquinto. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini regis proprium Gebhartt Wellczen m. p. H. Fieringer m. p.

XXXVII.

Nos Ferdinandus, divina favente clementia ele- 1563. dec. 1.
ctos Romanorum imperator, semper augustus etc.

Fatemur et recognoscimus his litteris nostris memoriae commendantes universorum et singulorum. Quod nos, praesentis temporis perturbatione et periculis a vicino hoste, eoque formidolosissimo imminentibus, moti: quum nostri sit muneris et officii, tum hujus regni nostri Hungariae saluti, tum caeterarum Christiani imperii partium securitati consulere, plurimumque momenti in Agriae incolumitate situm intelligamus, tam ad dicti regni nostri Hungariae conservationem, quam ad vicinorum regnorum et provinciarum christianarum tranquillitatem. Ac pro-

*) Tollhiba ‚tertio' helyett, mit abból is láthatni, mert Maximilián, ki magát e levél elején Romanorum rexnek irja, 1562. julius 2-án még nem volt római király.

Digitized by Google

inde statum Agriae in aliam, quam quae hactenus fuit, formam, re ipsa et necessitate publica requirente, restaurandum, adducendumque rati, cum fideli nobis dilecto reverendo Antonio Verancio episcopo Agriensi consiliario nostro in tractatum venimus, quo ipse Agria ad tempus cederet, eamque nostrae curae, providentiae atque tutelae concrederet atque commendaret, praefectura imposita, praesidioque militum ad praesentes opportunitates, contra hostium insidias, atque improvisas impressiones ordinando, etiam ipsius ad hoc consilio, petitioneque accedente, qua non multo ante tempore hortabatur nos non minus pie quam prudenter, ut ei arci atque oppido aliter, et meliore quidem modo prospiceremus, quam ad hoc usque tempus prospectum fuerat, atque ut sibi alium locum pro sua residentia tribueremus, postulabat. Ac in has infrascriptas tractatus conditiones benignum illi assensum praebuimus.

Primum: ut dictus reverendus episcopus omnes et singulos episcopatus proventus, deinde arces duas Agriensem et Zarwaskew cum colonis, eorumque servitiis, quo earundem arcium conservationi commodius ac liberius valeamus consulere, totamque rerum Agriensium administrationem, tutelam, curam ac providentiam nobis ad tempus credat et commendet propter praesentium temporum pericula.

2. Retineat autem sibi omnimodam jurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam, cum jure patronatus, quod habet a nobis donatum super omnia beneficia ecclesiastica et bona ac jura possessionaria dicti episcopatus Agriensis, ne praefecti et moderatores Agrienses, vel donationibus, vel libertationibus, vel relaxationibus, vel similibus aliis titulis, praedicta

Digitized by Google

bona et jura distrahant in ejus et ecclesiae suae praejudicium.

3. Uti nos mandemus expresse praefecto, ne miseram plebem insolitis exactionibus et laboribus gravet, sed contentus sit ordinariis et consuetis, neve episcopatus possessiones militibus in officia distribuat, unde vexatio colonorum, et desolatio memoratorum bonorum episcopatus sequeretur, sed juxta antiquam consuetudinem officiales adhibeat.

4. Uti mandemus eidem praefecto, ut ad retinenda et tuenda jura supradicta et existimationem in ipso episcopatu dicto episcopo Agriensi omnino auxilio sit et protectioni.

5. Quod ad privilegia episcopatus attinet, quum homines sint mortales, et incerta sit hora fati supremi, et successoribus ejus, indemnitatique ecclesiae consulere nos oporteat, privilegia episcopatus apud capitulum Posoniense pro secura custodia reponantur, asserventurque.

6. Porro: ut pro illa sede habeat receptum et locum residentiae commodum et securum, et proventuum pro sua portione cedentium certam compensationem: conferimus ei praeposituram Turociensem cum omnibus ejus pertinentiis et utilitatibus, libere et pro suo arbitrio, integre, sine ulla pensione cuipiam ex ea praestanda possidendam, tamdiu donec Agria commode ei restitui poterit. Et praeterea paratae pecuniae in monetis florenorum rhenensium octo millia, quotannis eidem in tricesima nostra Zempciensi numeranda, et intra anni exitum persolvenda, atque initium a principio messis praesentis anni, calendis videlicet Augusti sumendum decrevimus.

7. Praeterea quum idem episcopus non intendat

Digitized by Google

se abdicare praefato episcopatu suo, et jurisdictionibus arcibusque, et colonis, caeterisque hujusmodi juribus suis, ne in quampiam diminutionem dignitatis suae episcopalis, et rerum suarum aliarum jacturam decidat: annuimus ei ad ejus humillimam petitionem, ut quoscunque capitaneos seu officiales successivis temporibus sumus constituri in arcibus episcopatus dicti, Agriensi et Zarwaskew, in eis diligendis et constituendis ejus quoque opinionem et consilium clementer intelligamus, et ut eidem pro episcopalis dignitatis respectu praefectus sit juratus, quod illum episcopum et patronum loci agnoscet, et si quando jusserimus, ei arcem resignabit, nec contra ejus jura quicquam molietur, salvo nobis corporali dominio ad tempus; eundemque honorifice habebit, et ubi erit necesse, tuebitur ac proteget.

8. Praeterea ut eo majorem gratiae nostrae in se inclinationem memoratus episcopus agnoscat, concessum ei etiam esto, ut coloni in pertinentiis episcopatus, ipsum dominum terrestrem et episcopum agnoscant, modo ne in proventus et servitia arcis se ingerat. Licebit ei etiam vineas suas colere, quemadmodum ipsemet postulat, suo sumptu, suoque modo, absque arcis detrimento. Si quae porro vineae ab antiquo ad arcem pertinuisse compertae fuerint, eas ad arcem possidendas permittat.

9. Ubi autem capitaneus noster Agriae collocandus, ita ut promissum est, juraverit, reverendus episcopus Agriensis Antonius Verancius illi administrationem honoris comitatuum, quorum ipse comes est, Hewesiensis et Borsodiensis committat, uti is ipsius loco ea authoritate fungatur et judicia administret, et jurium ejus possessionariorum procurationem

Digitized by Google

obeat, et quaecunque controversiae et negotia colonorum inciderint, discernat, juxta id, quod idem episcopus sese obtulit facturum, ne multiplici gubernatione status loci perturbetur.

10. Liceat etiam ei de quartis statuere, quae jurisdictionem decimarum episcopalium sequuntur, ita tamen, uti parochis et altaristis et caeteris ecclesiasticis personis liberae eorum quartae relinquantur. Ac si quae essent quartae vel vineae ecclesiarum aut altaristium, ubi illae parochis aut altaristis vacarent, curam adhibeat dictus episcopus, ut personas idoneas substituat, eisque ejusmodi vineas et quartas atque beneficia ecclesiastica conferat. Si tamen catholici tales ministri non invenientur, episcopus earum pro suo arbitratu, qui ecclesiae Agriensi servit, curam habeat. Nec tamen easdem sive parochias, sive altaria sectariis et alienis a dogmate ecclesiae catholicae conferat.

11. Quod ad habitationes attinet, concessae sunto ei habitationes solitae in arce Agriensi, cum Agriae fuerit, et alia domicilia ejus usibus necessaria. Ita tamen, ut eo absente, praefecto et officialibus eisdem habitationibus et repositoriis uti liceat.

12. Magister scholae, fiscalis, quatuor capellani praelati, nec non procurator episcopatus, vicecomites duo, Hewesiensis et Borsodiensis, et subcustos de redditibus episcopatus conserventur, si ab antiquo iis de redditibus sustentatio est suppeditata, pro veteri ejus ecclesiae consuetudine.

13. Sciat autem reverendus episcopus, demandatum esse praefecto, et ejus instructioni insertum, uti clerum totius sui episcopatus Agriensis per totam diocesim existentem, specialiter vero capitulum suum

Digitized by Google

Agriensem, una secum, et ecclesiam suam et religionem catholicam pro suis viribus tueatur et protegat, cum omnibus bonis et juribus possessionariis eorundem, et in arce et in oppido nullomodo, neque in pagis totius vallis Agriensis et in villis eidem contiguis, quantum fieri poterit, concionatores et magistros scholarum haereticos teneri, foverique etc. patiatur. Neve statum eundem Agriensem quem repererit, deteriorem faciat, sed potius meliorem reddendum curet.

14. Quum porro frumentis et vinis ex hujus anni messe atque vindemia collectis, Agriam toto anni decursu usque ad futuram messem, tam solutionibus quam commeatibus provideri ac sustentari oporteat: frumenta proinde ac vina, tum ex decimis episcopatus, tum ex nonis, aut alias quibuscunque colonorum constributionibus consuetis ac legitimis contracta, et caeteros etiam proventus, integre ac in universum et citra omnem divisionem necessitatibus Agriae cedat et relinquat. Nec secus reputet in ea parte, quam si haec trasactio ante messis praeteritae exordia secum sit inita, cum tractatus inter nos et ipsum dudum antea fuerit institutus. Si quae vero ex superiorum annorum divisionibus pro sua rata, frumenta et vina adhuc supersunt, illa salva ipsi sunto, et liberae ejus dispositioni relinquuntor. Itidem etiam vina, quae ex ejus vineis propriis provenerint, aut aliter ipsi proprium obvenerint, relinquuntor.

15. Quantum ad decimas superioribus annis pro necessitate nostra, ad provisionem Cassoviae, caeterorumque finium perceptas attinet, rationibus cum dicto episcopo subductis, id, quod pro tertia parte deberi liquebit, ei sine difficultate praestetur.

16. Ubi autem episcopus postulat, ne decimae

Digitized by Google

per dispartitionem progressu temporis ab episcopatu abalienentur: sciat, non esse animum nostrum, ut illae aliis atque aliis distribuantur vel in diversa distrahantur, verum ut ad solutiones et necessitates Agriae conferantur, et in posterum juri episcopatus integre conserventur, etiamsi pro servitiis collatae quibuspiam fuerint decimae aliquae, qui eas pro tempore percipient. Cautum tamen esto, ne per hoc successivis temporibus, tanquam haereditario jure ab eisdem usurpentur.

17. Si quid episcopus comperietur de sua propria portione tertia ad necessitates Agrienses exposuisse, aequum censemus, uti id illi reponatur. Idque clementer fieri demandabimus.

18. Quod spectat ad officialium rationes, si ii subductis calculis convicti fuerint, facturi sumus id, quod aequitas et justitia postulabit.

Atque haec praescripta omnia testamur et promittimus, nos rata, grata et firma habituros et observaturos. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, quas pro majori robore manu nostra propria signavimus, sigillique nostri secreti appensione communivimus. Datum in civitate nostra Viennae Austriae calendis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, regnorum nostrorum Romani tricesimo tertio, aliorum vero tricesimo septimo. Ferdinandus. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium. Lien. Püchler de Weittenegg. Erasmus Haidenreich. J. Rexius. J. Baptista Dunant.

Digitized by Google

XXXVIII.

1563. dec. 13. Nos Ferdinandus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis praeclaris virtutibus et meritis fidelis nostri reverendi Antonii Verancii, episcopi ecclesiae Agriensis, comitis perpetui comitatus Hewesiensis et consiliarii nostri, quibus eum nostra propria experientia praeditum esse cognovimus; et nihilominus pensantes eximiae devotionis et fidelitatis sinceritatem, qua idem honori et commodis majestatis nostrae servire non cessat: eidem praeposituram conventus ecclesiae beatissimae Virginis Mariae in comitatu Thurociensi existentem et habitam, per mortem fidelis nostri reverendi condam fratris Joannis Colosvariensis, episcopi ecclesiae Chanadiensis, ejusdem praeposituraе ultimi, veri et legitimi possessoris, nunc de jure et de facto vacantem, authoritate jurispatronatus regii, quod generaliter in omnibus praedicti regni nostri Hungariae ecclesiis, more praedecessorum nostrorum, ejusdem regni Hungariae regum felicis memoriae, habemus: simul cum totalibus castro Znyo, nec non oppidis, villis teloniis, possessionibus, curiis, portionibus, praediis, et aliis quibusvis juribus possessionariis tam in dicto Thurociensi, quam in aliis quibusvis regni nostri

Digitized by Google

Hungariae comitatibus existentibus et habitis, ad eandem praeposituram Thurociensem de jure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus, in commendam duximus dandam et conferendam, ita tamen, et istis sub conditionibus: ut idem conventum ecclesiae illius restauret, et in pristinum statum redigendo in integrum restituat; religionem ejusdem conventus secundum regulam illius ordinis reformet; item, ut in conventu personas regulares et idoneas, more aliorum conventuum, prout scilicet ibidem ab antiquo consuetum, sed praeteritis hisce disturbiorum et bellorum temporibus intermissum fuit, intertenere, et per easdem, executiones juridicas in comitatibus, eidem praepositurae in faciendis executionibus sub antiquo subjectis, fieri curare, divina officia, verbique divini ac sacramentorum administrationem debite peragi et obiri facere, doctum item et catholicum ludimagistrum, quo juventus in litteris et vera religione recte erudiri ac institui possit, intertenere debeat ac teneatur. Et quum praeterea fidelis nobis sincere dilectus reverendissimus in Christo pater Dominus Nicolaus Olahus archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungariae, legatus natus, summus et secretarius cancellarius ac in Hungaria locumtenens noster etc. in ejusdem praeposituraе oppido Sellye, hactenus usque dum praeposituram illam tenuit, certum ordinem instituerit, secundum quem pedites et eorum decuriones tempore necessitatis arcem Wywar armati, cum banderio et tympano militari praesidii causa intrare et ibi manere fuerunt soliti: idem quoque secundum eandem ordinationem in posterum memoratis oppidi Sellye inhabitatoribus committat, ut postulante necessitate, ad mandatum provisoris et capitanei, in dicta arce Wywar

Digitized by Google

pro tempore constitutorum, armati, ut dictum est, more militari pro praesidio in eandem arcem venire, ibique tamdiu, donec necessitas postulaverit, manere et perseverare, ac capitaneo ipsi in rebus bellicis omnem obedientiam praestare debeant et teneantur. Immo eligimus et nominamus, damusque et conferimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Quocirca vos fidelem nostrum memoratum nobis sincere dilectum, dominum archiepiscopum Strigoniensem etc. praesentibus clementer hortamur: quatinus praefatum Antonium Verancium in dicta praepositura Thurociense, ordinaria vestra authoritate canonice instituere, investire et confirmare non omittatis. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viennae decima tertia die mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio. Ferdinand m. p. Andreas Dudith Sbardellatus episcopus Quinqueecclesiensis etc. m. p.

Digitized by Google

XXXIX.

Exemplum instructionis commissariis Agriam ad collocationem Casparis Magochy delegatis datae. 1564. febr. 9.

Ferdinandus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus ac Germaniae, Hungariae et Bohemiae etc. rex etc.

Instructio fidelibus nostris, reverendo Gregorio Bornemizza, electo episcopo Chanadiensi, ac magnificis Francisco Thurzo de Bethleenfalwa, consiliariis, et Joanni Pruzkowzky capitaneo Trinciniensi, commissariis nostris Agriam expeditis data.

1. Quum fidelium nobis dilectorum reverendi ac magnifici Gregorii Bornemyzza episcopi Chanadensis, Francisci Thurzo de Bethleenfalwa, consiliariorum nostrorum et Joannis Prwzkowzky, capitanei nostri Trinciniensis fidem erga nos, industriamque et agendi dexteritatem ex multarum et magnarum rerum tractatione cognitam et perspectam habeamus, eis potissimum provinciam demandandam duximus status arcis Agriensis ordinandi, clementer confisi, eos ita id totum negotii tractaturos, ut eorum operae diligentiaeque insignem fructum capiamus, cum singulari nostra adprobatione.

2. Imprimis et ante omnia commissarios nostros scire oportet, quod nos fideli nobis dilecto magnifico Gaspari Magochy, attentis et consideratis pristinis ejus fidelibus servitiis et meritis praeclaris, spe etiam

Digitized by Google

eerta de illius dexteritate et scientia militari concepta, episcopatum Agriensem, arces itidem Agriensem atque Zarwaskew cum earum pertinentiis omnibus, ac proventuum administrationem; ad haec bonorum universorum ubilibet existentium ad Agriam pertinentium aut adnexorum quovismodo, posessionem, regimen atque gubernationem, curam, custodiam et defensionem contulerimus, absolute exclusis duntaxat negotiis ecclesiasticis et spiritualibus. Ita ut ipsi sit plena facultas disponendi, (ex usu tamen nostro et regni nostri Hungariae) pro suo arbitrio tam quod ad regimen spectat, quam quod ad proventus. In eas tamen nobis cum illo convenit conditiones, quae instructione expedita sunt comprehensae. Cujus ob id commissariis nostris per litteram *a* hic copiam facimus. Addita etiam transactione cum reverendo Antonio Verancio episcopo Agriensi inita per litteram *b*.

3. Juxta illas igitur conditiones consiliarii nostri dictum Casparem Magochium in arcem Agriensem, praefecturamque seu capitaneatum introducent et collocabunt, cujus actionis hunc ordinem observabunt. Primum: pro more, loco publico, in ipso scilicet arcis aditu juramentum stricte ac religiose ab illo exigent, quatenus arcem nobis fideliter custodiet ac conservabit, nec eam vel christiani nominis hostibus Turcis, vel adversariis nostris, neque cuipiam alteri praeterquam nobis ipsis, aut sacratissimo domino Maximiliano Romanorum, Hungariae et Bohemiae regi, liberisve et successoribus nostris, regni Hungariae regibus, sive hominibus per nos, seu serenissimum regem Maximilianum, liberosve et successores nostros ad id expeditis assignabit. Et pro suis viribus de officio boni, vigilantis, fidelis et strenui capitanei nihil

Digitized by Google

omittet, eamque imminente obsidione (quam Deus pro sua ineffabili clementia avertat) minime deseret, et quoad humana diligentia atque providentia virtuteque effici, praestarique potest, integram atque incolumem nobis, dictoque serenissimo Hungariae regi ac successoribus nostris regnoque nostro conservabit. Arcem itidem Zarwaskew fideliter nobis conservabit, nec in alterius cujuspiam manus sinet pervenire, atque castellanum, cui eam arcem committere Magochius voluerit, coram ipso juramento ipsimet commissarii de fideli ejus arcis custodia et conservatione nobis obstringent. Bona et proventus episcopatus ac coronae nostrae non diminuet, nec dilacerabit, nec quoquomodo abalienabit. Subditos non opprimet, nec vexabit injuste, sed in eorum justis juribus, privilegiis ac libertatibus retinebit, legitimisque et consuetis eorum tributis et servitutibus, quantum haec tempora ferent, contentus erit. Ac si quando vel ipse officiose abdicare voluerit, vel nos illi successorem dare decreverimus, aut aliter de statu arcis deliberaverimus, arcem vacuam victualibus non resignabit, sed ea omnia tum victualia, tum tormenta, caeterasque machinas et instrumenta bellica, aut alias in arce necessaria, quae inventario ipsi fuerint tradita, in ea sine defectu aliquo relinquet.

Ejusmodi porro accepto juramento, claves arcis a pristinis officialibus in manus suas receptas, illi ibidem tradant, et super ejus jurisjurandi obligatione reversales nobis sufficientes ab illo capiant, quas una cum relatione sua nobis reversi porrigant.

4. Eodem autem juramento in eam quoque transactionis conditionem Magochium simul obstringent, quod reverendum Antonium Verancium, episcopum

Digitized by Google

Agriensem, ejus loci episcopum et patronum agnoscet, et siquando id ita jusserimus, illi arcem resignabit, nec contra jura illius quandocunque molietur, eundemque honorifice habebit, et ubi erit necesse, tuebitur ac proteget.

5. Deinde in ipsa arce granaria omnia, apothecas, cellasque vinarias, ac repositoria farinae, eodemque pacto armamentaria quoque diligentissime perlustrabunt, victualiaque cuncta per genera, distinctis titulis, inventario conscribent. Nec minore attentione tormenta bellica, barbatas, pixides, pulverem tormentarium, globos, igneam materiem omnem, sulfur, salnitrum, ferrum, aes, plumbum, chalybem, funes, trochleas, tractoria et vehicula tormentorum, et generatim machinas universas, instrumentaque bellica, et quaecunque alia in arce necessaria, ubique et in omnibus arcis partibus atque recessibus conscribent, nulla penitus necessaria re, materieve nequidem minima omissa. Ejusce vero inventarii tria exemplaria facient, pro majori robore sigillis suis et manuum suarum appositione consignata, quorum unum Magochio relinquent, alterum in cameram nostram hungaricam tradent, tertium nobis una cum relatione exhibebunt.

6. Quod porro in omni actione hac caput quodammodo esse videtur, ut caetera rite deinceps ordinari administrarique possint, notum commissariis nostris esse voluimus, nos transactionem cum reverendo devoto fidele nobis dilecto Antonio Verancio, episcopo Agriensi non secus inivisse, atque ut ea ab exordio messis anni proxime praeteriti sexagesimi tertii initium sumat, nimirum a prima Augusti die, quandoquidem multo ante tractatum cum illo fuerimus in-

Digitized by Google

gressi. Unde etiam pensionem ipsi annuam octo millium florenorum rhenensium in tricesima nostra Zempciensi inchoandam benigne ordinavimus. Quamobrem praecipimus commissariis nostris ac mandamus expresse, uti a provisore caeterisque officialibus dicti reverendi Antonii Verancii proventus universos, et particulatim singulos, ubique a prima die Augusti mensis proxime elapsi anni postulent, atque citra omnem defectum produci, ac sibi numero eodem, qui in codicibus perceptionum continetur, exhiberi jubeant. Vina et frumenta decimalia ac nonalia, verna, item sementem omnem, census, taxas, mulctas, Jazygum ac Cumanorum nostrorum contributiones, pecunias ex arendationibus decimarum et quartarum episcopalium collectas, atque alios redditus cunctos, quocunque vocabulo adpellentur, eosque ipsos codices rationarios a provisore et officialibus per autographa, seu in specie in manus suas poscant, atque accurate excutiant, indagentque ea, qua in hujusmodi re opus est, solertia adhibita, defectus codicum et fraudes officialium, easque compertas annotent. Si quae vero de proventibus provisor ac officiales dissimulare conati fuerint, ea quoque sagacissime rimentur et eruant, adhibito in eam pervestigationem etiam contrascriba nostro egregio Benedicto Bachy, et per jusjurandum, quod nobis super fidelitate juravit, serio examinato. Ea vero cuncta ac singula eo pacto deprehensa et eruta, in scriptum redigant, quo etiam distincte et quasi numerato referant ea quoque, quae cum manifesta erunt, tamen illi vel contumacia, vel cupiditate privata, vel jussu episcopi proferre et redhibere noluerint. Ut eis omnibus ex ipsorum relatione cognitis defectibus, facultas sit nobis statuendi, quod ex usu

Digitized by Google

nostro fore videatur. Cognoverint etiam, num caeteri capitanei et servitores ac officiales nostri quospiam proventus pro seipsis usurpaverint, eosque praefixo singulorum nomine distincte conscribent.

7. Et quia civitas nostra Cassovia, arx Saros, caeteraque loca finitima, uti Zenderew et Zathmar, non aliunde quam ex decimis Agriensibus commeatu queunt provideri, quo tam praesidia sustententur in dies, quam in incertum necessitatis articulum prospiciatur, dispicient commissarii nostri, quaenam sint decimae dictorum locorum alimento et sustentationi maxime opportunae, quaeque prae aliis cunctis, citra detrimentum Agriae, ad ea loca adplicarentur, easque certas ac necessarias tantum deligant, nominentque, quas deinceps administrator noster percipiat singulis annis, reliquas autem omnino missas faciat. Ac super universis aliis decimis Gaspari Magochio libera facultas esto disponendi pro arbitrio suo, eas ipsas colligendi, locandique, et violentos impetitores ab earum usurpatione arcendi. De dictis autem decimis in nostros usus sequestrandis, cum Magochio certo concludant, ut illae ratae nobis et firmae permaneant. Deque earum arendae modo constituant, ac rationem aptam ineant, unde et quo facto earum arenda memorato Gaspari Magochio commode compensari posse videatur. Atque singularem in deliberationem vocabunt, num ex jurisdictione capituli Agriensis decimae in annonam supra memoratorum locorum sufficientes possint conduci, ac si ita compererint, ejusmodi decimas nominabunt. Ea enim ratio nobis vehementer probaretur, ut integris decimis episcopatus Magochio permissis, proventus universi in solutiones militum, arcesque provisionem conferrentur, quo melius loco

Digitized by Google

esset prospectum, Magochioque nulla relinqueretur ansa in posterum conquerendi, et supplementa defectuum immodica postulandi. Etiam si forte decimae capitularium provisioni finium illorum sufficientes idoneaeque per se non essent, tamen illis quoque accedentibus, tanto minor fieret decimarum episcopatus avulsio, quanto plures e censu capituli adplicarentur.

8. Inquirant etiam commissarii nostri diligenter, num quid episcopus ad arcis aedificia atque munimenta de sua tertia contulerit, et quantum id sit; sive nihil ejusmodi compertum fuerit, nos, prout res se habebit ipsa, certiores reddent, cum is nobis exposuerit, non modicum se de sua rata in fabricas expendisse.

9. Et quoniam proventus ad Agriam pertinentes magna ex parte consumpti, et duae possessiones nostrae inter Cumanos, Maria-laka et Chersa aliis collatae dicuntur, volumus, ut commissarii nostri defectus ejusmodi resciant et annotent, atque quodnam hac una vice e dicis comitatuum Pesthiensis et Borsodiensis subsidium pro meliori integri ordinis militum sustentatione annuendum sit, deliberent, nosque relatione sua edoceant.

10. At quia etiam oppidum Zegediense Valentino Peleni, durante beneplacito nostro, collatum perhibetur, id quoque dicti commissarii certo cognoscant, nosque consilio et opinione sua doceant, quo pacto id oppidum in usus nostros commode recuperare queamus.

11. Porrectae porro nobis sunt querelae de officialibus nomine civium Agriensium, super laboribus atque servitiis, taxis extraordinariis, et quod officiales propria civium vina adimant, eisdemque pretio im-

Digitized by Google

modicum taxato revendant, quas huic instructioni eo fine adjungendas mandavimus, ut eas commissarii certo cognoscant, statuantque ordinem aptum aequitati, ne cives posthac causam conquerendi habeant.

11. Perlustrabunt nostri commissarii arcem ipsam, et singulas ejus regiones accurata inspectione considerabunt, atque statuent, an aliquibus fabricis, munimentisque ea indigeat; quaeque summa singulis annis e proventibus Agriensibus in aedificia ac munimenta arcis converti possit, definiant, ad nosque scripto suo referant; de castello item Chyath fratrum Raphaelis, Stephani ac Bolthasaris Zini, (?) quod Agriae contiguum esse audimus, sententiam ferant, num scilicet illud praesidio sit muniendum, vel absque regni detrimento dirui possit.

13. Monebunt etiam atque etiam Casparem Magochy, ne quam decimarum, bonorumque et proventuum ejusmodi dispartitionem seu locationem faciat. unde ditionis episcopatus, decimarumque atque aliorum proventuum et bonorum coronae avulsio, alienatioque sequatur. Neve oppida et pagos officii titulo militibus distribuat, in oppressionem subditorum.

14. Quia vero instructione singula negotiorum momenta, praesertim vero, casus in loco ipso, reque praesenti emergentes conprehendi nequeunt, erit industriae fideique commissariorum nostrorum, si quae hac nostra instructione praeterita animadverterint, quae ad rem spectare videantur, ea quam diligentissime et quam rectissime curare, disponere atque perficere in commodum nostrum, locique conservationem. Quam eorum operam omni nos gratia nostra imperatoria ac regia agnoscemus, et datis occasionibus gratam nobis accidisse declarare haud omittemus.

Digitized by Google

15. De tota vero actione, partibusque ejus atque capitibus singulis relationem nobis lucidam et ordinatam perscribent, eamque ad nos, addita super quibuslibet punctis praecipui maxime momenti opinione sua, quam accuratissima deliberatione deducta et conclusa, primo quoque tempore perferent. Datum Viennae 9. Februarii anno etc.

16. Post scripta. Commissarii nostri inquirant diligenter, qualis ordo annis superioribus institutus inter magnates, comitatusque et civitates Agriae vicinos super subsidio in obsidionis periculo Agriae ferendo, donec auxiliares nostrae copiae illuc pervenirent; atque ut ille ipse ordo imposterum quoque observetur, et ratus habeatur, efficiant. Actum ut in instructione.

Digitized by Google

XXXIX.

Exemplum instructionis Gaspari Magochy praefecto arcis Agriensis datae 10. Februarii 1564.

1564. febr 10. Ferdinandus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Instructio magnifico fideli nostro Gaspari Magochio, comiti comitatuum Hewes, Borsod et Torna, capitaneo nostro Agriensi super officio suo rite exercendo data.

1. Postquam de fide fidelis nobis dilecti Gasparis Magochii, industria, dexteritate, reique militaris peritia, et infracti animi constantia, tum ejus capitaneatu antea Giulae gesto, tum recentioribus praeclaris facinoribus, diversis in nostris expeditionibus editis, certa et sufficientia documenta acceperimus, ei ante omnes uti capitaneo et praefecto nostro Agriam committendam duximus, arcem ut proventibus opimam, ita ad defensionem regni, potissimum autem superiorum partium atque aliarum etiam christianarum provinciarum maxime opportunam, ac propterea non parvo in discrimine, quantum ad insidias atque impetitiones tum hostium Christiani nominis Turcarum, tum adversariorum nostrorum attinet, positam, clementer confisi, fore, ut eam nobis, regnique nostri Hungarici coronae integram atque incolumem conservet, speique in eo, et exspectationi de se nostrae abunde satisfaciat.

Digitized by Google

2. Primum omnium sciat Gaspar Magochy nos praememoratis ejus virtutibus confisos, perspectaque singulari erga nos fide, ipsi capitaneatum Agriensem contulisse, curamque, custodiam, regimen, gubernationem totius episcopatus Agriensis, arces duas Agriensem et Zarwaskew, episcopatum item totum, et pertinentias Agrienses universas, quantum ad custodiam, curam, conservationem, regimen et gubernationem, praeterea proventus cunctos Agrienses, ad haec universorum bonorum ubilibet existentium ad Agriam pertinentium, tam ipsi episcopatui proprie, quam coronae nostrae subjectorum, uti Jazygum et Cumanorum nostrorum, plene et absolute credidisse et commisisse, uti nullo penitus adhibita contrascriba vel rationista, ipsi liceat disponere et statuere pro suo arbitratu, ex usu tamen nostro et regni nostri Hungariae, juxta eas conditiones, quae hic ordine sequuntur.

3. Inprimis autem cautum esse volumus, ne ullo pacto in ecclesiastica et spiritualia negotia, religionem, ritus ac ceremonias se ingerat, sed eas partes tamquam a se longe alienas iis relinquat, quibus ex officio ea cura incumbit. Ipse defensioni tantum et custodiae Agriae, reique militari ac gubernationi sibi commissae sit intentus, intraque sui muneris metas se contineat.

4. Notum itaque esse volumus Magochio, nos omnimodam jurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam, cum jure patronatus, sicuti jam antea a nobis donatum habuit, reverendo fideli nobis dilecto Antonio Verancio, episcopo Agriensi, super omnia beneficia ecclesiastica, ac bona et jura possessionaria dicti episcopatus Agriensis integram eidem reliquisse. Volumus igitur, ne praefectus noster vel donationibus, vel li-

Digitized by Google

bertationibus vel relaxationibus vel similibus aliis quibuslibet titulis praedicta bona et jura ecclesiae distrahat in illius et ecclesiae suae praejudicium.

5. Praecipimus item et mandamus, ne miseram plebem insolitis exactionibus et laboribus gravet, sed contentus sit ordinariis et consuetis, neve episcopatus possessiones militibus in officia distribuat, unde vexatio colonorum et desolatio memoratorum bonorum episcopatus sequeretur, sed juxta antiquam consuetudinem officiales adhibeat.

6. Item mandamus eidem Magochio, ut ad retinenda et tuenda jura supradicta et existimationem in ipso episcopatu dicto episcopo Agriensi auxilio sit et protectioni.

7. Annuimus etiam memorato episcopo Antonio Verancio, cum episcopatu nec ipse se abdicet, nec nos eum summovere intendamus, jusque omne episcopi illi integrum manere velimus, uti illi quoque praefectus noster sit juratus, quatenus illum episcopum et patronum loci agnoscet, et si quando id ita jusserimus, illi arcem resignabit, nec contra illius jura quicquam molietur, salvo nobis corporali dominio ad tempus, eundemque honorifice habebit, et ubi erit necesse, tuebitur et proteget.

8. Praeterea annuimus, ut coloni in pertinentiis episcopatus ipsum dominum terrestrem et episcopum agnoscant, modo ne in proventus et servitia arcis se ingerat. Liceat eidem etiam vineas suas colere, quemadmodum ipsemet postulavit, suo sumptu suoque modo, absque arcis detrimento. Si quae porro vineae ab antiquo ad arcem pertinuisse compertae fuerint, eas ad arcem possideri volumus.

9. Et quoniam capitaneus noster ita ut prae-

Digitized by Google

missum est, ei juramento obstrictus esse debet, rursus etiam ipse episcopus illi administrationem honoris comitatuum, quorum ipse comes est, Hewesiensis et Borsodiensis, committat, uti is ipsius loco ea authoritate fungatur et judicia administret ac jurium ejus possessionariorum procurationem obeat, et quaecunque controversiae ac negotia colonorum inciderint, discernat, juxta id quod idem episcopus se se obtulit facturum, ne multiplici gubernatione status loci perturbetur.

10. Permissum etiam esto episcopo, ut ei liceat de quartis suis statuere, quae jurisdictionem decimarum episcopalium sequuntur. Ita tamen, ut parochis et altaristis et caeteris ecclesiasticis personis, libere eorum quartae relinquantur, ut habeant unde se se sustentent, ne ecclesiae, subtractis beneficiis, parochis ac ministris destituantur. Ac si quae essent quartae vel vineae ecclesiarum aut altarium, ubi illae parochis aut altaristis vacarent, curam adhibeat dictus episcopus, ut personas idoneas substituat, eisque ejusmodi vineas et quartas atque beneficia ecclesiastica conferat.

11. Quod ad habitationes in arce sitas attinet, volumus dicto episcopo concedi habitationes solitas in arce Agriensi, cum Agriae fuerit, et alia domicilia ejus usibus necessaria. Ita tamen, ut eo absente, praefecto et officialibus eisdem habitationibus et repositoriis uti liceat.

12. Ordinamus super his, ut magister scholae, fiscalis, quattuor capellani praelati, nec non procurator episcopatus, vicecomites duo: Hewesiensis et Borsodiensis, campanator et subcustos de redditibus episcopatus conserventur. Ita tamen, si ab antiquo iis

Digitized by Google

de proventibus sustentatio est suppeditata, pro veteri ejus ecclesiae consuetudine.

13. Commissum sibi praeterea putet Magochius defensionem episcopi et totius cleri Agriensis per totam dioecesim Agriensem, ac religionis catholicae, juriumque et bonorum possessionariorum ejusdem episcopi et capituli. Edictumque itidem, ne in oppido ipso Agriensi, neve in pagis totius vallis Agriensis villisque Agriae contiguis, in quantum id fieri potuerit, concionatores et magistros scholae haereticos teneri, foverique patiatur. Neve statum Agriensem quem receperit, deteriorem faciat, sed potius meliorem reddendum curet.

14. Quia vero postulavit episcopus, ne decimae per dispartitionem progressu temporis ab episcopatu abalienarentur, sciat Magochius, non esse animum nostrum, ut illae aliis atque aliis distribuantur, vel in diversa distrahantur, verum ut ad solutiones et necessitates Agriae conserventur et in posterum juri episcopatus integre conferantur, etiam si pro servitiis per ipsum collatae quibuspiam fuerint decimae aliquae, qui eas pro tempore percipient. Cautum tamen esto, ne per hoc successivis temporibus tamquam haereditario jure ab eisdem usurpentur.

15. Porro, quum certum sit et evidens, arci Saaros. Cassoviae, Zenderew, Zathmar, atque aliis finitimis locis, quae praesidiis nostris tenentur, de commeatu non aliunde, quam ex decimis Agriensibus provideri posse, in hac ipsa praefecturae collatione expresse cautum esse volumus, ut Magochius decimas jam nunc in ingressu ad dictorum praesidiorum locorumque sustentationem atque conservationem necessarias decidat et attribuat. In quo ordinem hunc statuimus: ut

Digitized by Google

commissarii nostri, cum in rem praesentem venerint, cum ipso agant et concludant de certo numero decimarum propinquarum et maxime opportunarum, quae deinceps singulis annis ad memorata loca percipiantur. Nec quicquam amplius administrator noster successivis temporibus nostro nomine poscere audeat in eorum locorum provisionem, neque se in alias decimas universas et quaslibet ingerere. Verum dictus Magochius habeat plenam et absolutam de reliquis cunctis decimis disponendi facultatem pro suo arbitrio, et violentos occupatores earum arcendi et prohibendi.

16. Ac diserte et signanter illa etiam subsequentia cauta et expressa volumus, ut cum dicto capitaneatu Agriensi vel ipse se abdicare voluerit, vel nobis seu serenissimis liberis nostris istius regni nostri Hungariae regibus eum absolvere clementer visum fuerit, arcem nostram Agriensem victualibus omnis generis, frumento, vino, pabulo, farina, lardis, ovibus atque aliis bene instructam una cum arce Zarwaskew nobis ipsis, aut serenissimo domino Maximiliano, Romanorum, Hungariae et Bohemiae regi, liberisve et successoribus nostris regni Hungariae regibus, sive hominibus per nos, seu serenissimum dominum regem Maximilianum, liberosve et successores nostros ad id expeditis obedienter resignet tradatque, ut is, qui ei successerit, tanquam in loco et magni momenti et periculis exposito, ejus sustentationi absque defectu aliquo queat respondere. Tormenta itidem bellica, barbatas, pixides, globos, pulverem tormentarium, materiam inflammabilem, sulphur, salnitrum, plumbum, aes, ferrum, vehicula tormentorum, et generatim instrumenta omnia ad artellariam attinen-

Digitized by Google

tia, honeste commissariis nostris exhibeat, si minus plura quam quae acceperit, saltem eo numero, qui inventario per praesentes commissarios nostros, quos ad ipsum collocandum expedivimus, fuerint ipsi assignata.

17. Ut praeterea in hac nostra arce et oppido ordinarie praesidium quadringentorum equitum et trecentorum peditum alat, ex quibus scilicet equitibus centum et quinquaginta equites sub ejusmet ordine, centum vero sub suo vicegerente sibi adsciscendo existant, reliquis centum et quinquaginta equitibus, tribus aut pluribus aliis viris primariis, gravitateque et militari scientia pollentibus, de quorum fide et integritate non sit dubitandum, distributis. Singulis item centenis peditibus, uno wayvoda idoneo et probatae fidei homine, nec non equitum et peditum cohortibus singulis, tubicinibus, tympanistis, vexilliferis et decurionibus adhibitis, pro more militari adhiberi consuetis. Sub quo quidem ordine atque apparatu, tam equites quam pedites a primordio officii sui, quamdiu in eo manserit, singulis tribus mensibus lustrandos exhibeat commissariis nostris, quibus hujus rei munus pro varietate temporis demandaverimus.

18. Et quia sibi hanc quoque facultatem dare dignati fuimus, quod equites et pedites praescriptos, eorumque capitaneos ipsemet assumere, et qui ei in rebus ad nostri et coronae emolumentum spectantibus non obtemperabunt, vel aliud aliquid delinquent, sive primarii viri, sive gregarii milites illi fuerint, omnes juxta sententiam bonorum et legisperitorum virorum punire et officio etiam rursus amovere possit, dummodo propter quod delictum quemlibet dimiserit, quemque illi substituere velit, nobis qualibet vice

Digitized by Google

perscripserit. Confisi nimirum quod in perquirendis ac conducendis illis veteranorum servitorum nostrorum rationem sit habiturus, et exclusis quibuslibet ignotis, seu adversae parti adhaerentibus, blasphematoribus et notoriis latronibus, pedites itidem vagantes et errabundos non secus atque secundum publicas proximi conventus Posoniensis constitutiones licebit, Agriae passurus sit. Proinde ut huic quoque articulo satisfaciat, sibi inprimis enitendum erit.

19. Eadem etiam cura et sollicitudine inducias, quas cum principe Turcarum, vel aliis quibusvis adversariis nostris, aut jam inivimus, aut inituri sumus postea, candide observet, et suos, qui eas excesserint, ipse puniat, de alienis vero nobis statuendum relinquat. Si vero Turcae his non consideratis, in ditionem nostram eruperint, militibus nostris insidiandi, vel miseris subditis novas et a die firmatarum induciarum inconsuetas contributiones imponendi gratia, ipse eis resistat omnibus viribus, et hujus rei gratia correspondeat cum reliquis nostris capitaneis, in quacunque regni nostri Hungariae parte constitutis, et rebus ita expostulantibus ipsis suppetias ferat, et eos ab eis vicissim operiatur, ut mutuis ita viribus ditio nostra conservetur, et si aliquando profligati fuerint hostes, ipse levata pro se ejus praedae ad summum tertia parte, reliquis manubiis milites, pro militari in Hungaria diu jam observata consuetudine frui sinat et humaniter eos tractet. Passis tamen, zansakis et begis exceptis, quos, si capientur, nobis omnino reservavimus.

20. Caeterum Agriae fortificationem opera colonorum episcopatus, necnon praelatorum, baronum atque nobilium in qualibet diaeta Agriae decernendorum

Digitized by Google

absque nimio tamen eorundem gravamine quam studiosissime prosequatur, et principaliora quaeque aedificia imprimis absolvat, in iisque continuandis et absolvendis imitetur semper opiniones belli consiliariorum et aliorum nostrorum architecturae peritorum commissariorum, quos deliberandae hujus rei causa nunc vel in posterum Agriam miserimus. Et quia ejusmodi fabrica, absque paratis pecuniis, quibus lapicidis, carpentariis et his similibus opificibus solvatur, nec non instrumenta fossoria, funes, ferrum, et reliqua materiae conficiantur *), ideo ipse Magochy his usibus eam pecuniarum summam singulis annis suppeditabit, de qua commissarii nostri, ad ejus collocationem expediti, visa aedificiorum absolvendorum qualitate, cum eo convenerint, de his etiam pecuniis singulis annis rationes reddat, et si erit opus, exhibeat, quid quolibet anno exstruxerit, decernendum, num facti labores impensis respondeant.

21. Si etiam in globis, ferro, funibus, instrumentis fossoriis, et hujusmodi rebus obsidionis et fabricae usibus necessariis defectus reperietur, ipse eum resarciat ex proventibus arcis, cum non desit in Scepusio rerum istarum comparandarum copia. Signanter vero salnitrum a Debreceniensibus contributionum suarum loco exigat, et ejus competentem quantitatem in Agria ad belli eventus asservet, et si quid erit residuum, illud nobis ad reliquorum finium nostrorum usus concedat.

22. Ad eventum item obsidionis in arce reponat atque assidue in promtu habeat eam omnis generis victualium copiam, quae justo ejus praesidio, si non

*) Kimaradt: ‚non potest erigi' vagy hasonértelmű szavak.

Digitized by Google

ultra ad minus tamen sex integros menses sufficiat, et si ea interdum propter vetustatem erunt divendenda, seu recentioribus commutanda, iis temporibus id faciat, quando sibi nullum obsidionis periculum incumbere videbit. De quo quidem periculo si prius edocti fuerimus, ipsum mature certum reddemus, et quae in hoc casu ad Agriae totiusque regni conservationem et incolumitatem spectabunt, haud dubie suscipere dignabimur. Viceversa vero et ipse fidos idoneosque exploratores sibi constituat, ne fortuitis quibuslibet rumoribus nos confundat, seu in novos apparatus et sumptus bellicos praecipitet.

23. Quum denique ordinem super maturo subsidio in hoc obsidionis periculo Agriae ferendo, superioribus annis, nonnullis magnatibus, comitatibusque et civitatibus Agriae propinquioribus praescripseramus, eum et nunc renovare dignati sumus. Mandando singulis illis magnatibus, civitatibusque et comitatibus, ut in hoc periculo singuli designatum numerum in Agriam mittant, ibidemque tam diu relinquant, donec auxiliares copiae nostrae eo pervenerint.

24. Caveat autem Magochius, ne in officium authoritatemque seu administrationem locumtenentis nostri regii se se ingerat, sed sicuti alii capitanei nostri, ita et ipse in omni publica administratione secundum consuetam et nobis illi datam authoritatem eidem locumtenenti pareat atque obediat. Is enim praeter alias ejus praerogativas praeest etiam nostro nomine omnibus tam praelatis quam baronibus et nobilibus ac reliquis regnicolis, habetque facultatem eis legitime mandandi in omni publica regni administratione et defensione, ut secundum constitutionem publicam, quae in articulis diaetarum late patet, gentes suas tam

Digitized by Google

continuas, ut vocant, quam alias paratas, semper tenere debeant.

25. Et quia manifestum est, Agriam in eum statum devenisse, ut idoneo et sollicito capitaneo semper summopere egeat, ideo ipse continue, signanter vero obsidionis tempore in ea permanere, neque insciis nobis quopiam discedere debebit.

26. Haec igitur fuerunt conditiones, in quas saepe dicto Caspari Magochio capitaneatum memoratae arcis nostrae Agriensis ad beneplacitum nostrum benigne committendum duximus, quas ille absque transgressione observare studebit, et in omni officio et administratione ita se geret, uti bono viro, et capitaneo strenuo et vigilante dignum est, et fidei ejus obligatio requirit; unde majora in eum indies gratiae nostrae imperatoriae monumenta accedant. Et si ei groviora quaedam negotia occurrent, quam quae ingenii sui tenuitate decernere poterit, ea ad nos, seu ad serenissimos liberos nostros, et quos pro varietate temporis supremos capitaneos constituerimus, dirigat; in quibus omnibus expressam voluntatem nostram faciet. Datum Viennae 10. Februarii anno 1564

Digitized by Google

XL.

Nos Maximilianus Secundus, Dei gratia electus 1567. jun. 2
Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. Recognoscimus per praesentes. Quod nos habentes respectum ad fidelia servitia et merita fidelis nostri reverendi Antonii Verancii episcopi Agriensis ac consiliarii nostri, quae ipse annis superioribus, vivente sacratissima olim majestate caesarea, domino et parente nostro observandissimo, in legatione sua Constantinopolitana nobis et regno nostro Hungariae praestitit: tum etiam, quod hoc quoque tempore iterum ad Turcarum principem Selymum nostro nomine proficisci debebit. Quae legatio cum dubia et incerta, plenaque sit periculis, ut ipse eam alacrius et minori cum cura rei familiaris, nepotumque suorum subire et perferre queat: eundem in eo assecurandum duximus, quod nos fratres nepotesque et consanguineos suos habebimus commendatos, eosque gratia et clementia nostra caesarea et regia prosequemur, et si qui ex eis erunt habiles, et ad beneficia ecclesiastica apti et idonei, nos respectu servitiorum et fidelitatis dicti episcopi, de talibus beneficiis quae vacaverint, et ad quae fratres, nepotes et affines ipsius idonei videbuntur, eis conferendi non erimus immemores, aliisque etiam modis eos clementer et benigne tueri, ac pro ratione promovere, gratiamque nostram illis impartiri non negligemus. Immo assecuramus et certificamus harum nostrarum vigore et

Digitized by Google

testimonio litterarum. Datum Posonii die vigesima nona mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo. Maximilianus m. p. Nicolaus Olahus Strigoniensis archiepiscopus m. p. Georgius Bochkay m. p.

XLI.

1567. jun. 30. Nos Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod nos debitum habentes respectum ad servitia fidelia et merita fidelis nostri reverendi Antonii Verancii episcopi ecclesiae Agriensis et consiliarii nostri, quae ipse nobis et regno nostro Hungariae, cum alias saepe tum in legatione sua ad Solymanum Turcarum principem praestitit; considerantes etiam id, quod rebus regni nostri Hungariae ita exigentibus, nunc quoque ex commissione nostra ad novum Turcarum principem Selymum oratoris nomine proficisci debeat. Quae legatio cum anceps et periculi plena sit, ei praesertim, qui jam senio gravatus esse videtur: de regiae nostrae potestatis plenitudine id eidem annuendum duximus et concedendum, ut ipse de omnibus rebus et bonis suis mobilibus et immobilibus, per se qualitercunque acquisitis, exceptis tamen rebus et bonis ecclesiasticis, ad eas videlicet ecclesias, quibus nunc praeest, pertinentibus, testamentum rite et legitime condere, et illa sive fratribus sive nepotibus et aliis, quibus voluerit, fidelibus nostris legare et relinquere

Digitized by Google

possit. Quod ejus testamentum nunc prout ex tunc, et tunc prout ex nunc, authoritate nostra regia benigne confirmandum duximus, promittentes, quod illud tam per nos observabimus, quam per alios quoscunque subditos nostros observari faciemus. Immo annuimus et concedimus approbamusque et confirmamus ac promittimus, harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungariae utimur, est appressum, vigore et testimonio litterarum. Datum Posonii ultima die Junii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo. Maximilianus m. p. Nicolaus Olahus Strigoniensis archiepiscopus m. p. Georgius Bochkay m. p.

XLII.

Maximilianus etc. Reverende, magnifice, ac egre- 1569. jan. 27.
gii, fideles nobis dilecti. Vehementer urget solutionem reverendus episcopus Agriensis pro suo nobis dato Turca, duorum millium quingentorum florenorum; quam cum vobis nunc aliquoties imposuerimus et ipsum diutius detinere nolimus: vobis benigne mandamus, ut sine ulteriori excusatione praefato episcopo satisfaciatis, pecunia, si in promptu non esset, vel aliunde interea mutuo sumpta; quamvis arbitramur, de ea pecunia, quam in adventum nostrum corradendi mandatum habueratis, tantum reliquum fore, unde praefatam summam Agriensi solvere possitis. Exequemini hoc modo certam et benignam voluntatem nostram. Datae in civitate nostra Vienna, XXVII. die Januarii anno Domini etc. sexagesimo nono, regnorum nostrorum Romani septimo, Hungarici sexto,

Digitized by Google

Bohemici vero vigesimo. Maximilianus m. p. Ad mandatum domini electi imperatoris proprium. B. Streuchzer (?) m. p, Fieringer. m. p. Hueber. m. p.

Domine perceptor. Reverendissimo domino Antonio Verancio episcopo Agriensi, in satisfactionem mancipii Turcici per sacram caesaream majestatem adempti et chauzio Turcorum imperatoris donati, florenorum nimirum bis millium quingentorum, redde in praesens florenos hungaricales quingentos, accepta ejus sufficienti quietantia. Actum Posonni die vigesima secunda Januarii anno etc. sexagesimo nono. Ex consilio Camerae Hungaricae: Vaciensis m. p. Sigismundus Torda m. p.

XLIII.

1569. apr. 24 Nos Josephus Dominicus de Meldis, Vicentinus, almae universitatis juristarum Patavini gymnasii rector, universis et singulis fidem facimus et attestamur, infrascriptum esse nostrum scholarem descriptum in matricula, et ob id gaudere omnibus et quibuscunque privilegiis scholasticis, et exemptionibus datiarum juxta statutorum nostrorum seriem. In cujus rei fidem has nostras fieri jussimus, sigillique nostri impressione communiri. Datae Patavii, ex officio universitatis die 14. mensis Aprilis 1569. Dominus Faustus Verancius Dalmata, habens cicatricem in fronte. Antonius Villanus notarius universitatis mandato subscripsit.

Digitized by Google

XLIV.

Reverendo Antonio Verancio, episcopo ecclesiae Agriensis et consiliario nostro etc. fideli nobis dilecto. Posonii. Cito, cito, citissime. 1569. jan. 25.

Verancsics kezével: Redditae Posonii 25. Junii 1569.

Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex etc.

Reverende, fidelis nobis dilecte. Quemadmodum nuper, ita denuo tibi committimus et mandamus, ut nulla facta excusatione, eorum, quae proxime tibi significavimus, arduorum negotiorum causa, statim ubi has acceperis, huc ad nos festines et secus non feceris. Datum Viennae vigesima quarta die mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Maximilianus m. p. Joannes Listhius episcopus Vesprimiensis etc. m. p.

Digitized by Google

XLV.

Maximilianus etc. Tibi fideli nostro reverendo
1569. Antonio Verancio, ecclesiae Agriensis episcopo et consiliario nostro salutem, gratiam nostram caesaream et omne bonum. — Palam est confirmatum, apud priscos sapientes fuisse opinionem: regna, imperia et respublicas justitiae potissimum observatione et bellicae fortitudinis studio conservari, quod haec impetus hostiles longius a patria depelleret, illa disciplinae severitatem complexa, otium, pacem et tranquillitatem domi retineret. Nec dubium est, virtutes has, si externa imperiorum adminicula considerentur, merito principem sibi locum vendicare. At si penitius rem quis introspiciat, et externarum actionum moderatricem rationem consulat, prudentiam inter eas vel maxime dominari, iisque, quae extrinsecus fiunt, imperatricem facile reperiet. Quantumvis enim regna justitiae administratione, studioque armorum polleant, haec tamen nisi prudenter et summo cum judicio tractentur, nullam sane fortunae firmam sibi diuturnitatem polliceri possunt. Unde clarissimos reges atque imperatores ab initio rerum videmus omni diligentia ac sollicitudine eo animum intendisse, omnemque operam ac studium sapientissime in id impendisse, ut viros prudentia et rerum experientia praeditos, diversisque functionum generibus idoneos undique conquirerent, eosque non benigne tantum haberent, sed etiam maximis praemiis, primariisque honoribus et dignitatibus amplificatos apud se retinerent, ex-

Digitized by Google

perti nimirum et virtutem privatam suis fructibus, languescere, et imperia praestantium hominum penuria orbata facile collabi. Quem sane amplissimorum regum ac principum morem nos quoque pro ingenito nobis ornandae et amplificandae virtutis studio libenter imitamur, et quoad ejus fieri potest, omni liberalitate et favore nostro imperiali cunctis nobis fideliter famulantibus exprimere conamur, maxime vero iis, qui virtutum ornamentis atque insigniis claros natales suos clariores et illustriores contendunt reddere. Quorum in numero tu quidem, Antoni, consiliarie noster dilecte, opportune nobis occurris, quem ob eximiam tuam virtutem, insignemque erga nos et rempublicam fidem, tuaque adeo et majorum tuorum non obscura merita gratum acceptumque habeamus, teque ac caeteros de domo et familia tua haud ignobili propter merita tuae devotionis congruis extollamus honoribus, et specialibus praemiis pro munificientia nostra decoremus. Siquidem, ut imprimis de natalibus tuis non obscuris pauca proferamus, accepimus a testimoniis non obscuris, te ab ipsis vetustissimae gentis Dalmatarum nobilibus originem ducere, patre natus Francisco Veranchyth, viro praestanti et nobili Sibenicensi, cujus majores ex Bosnensi provincia, veteri oriundi familia, quorum prae vetustate nomina quoque recenti memoria repeti vix possunt, dum adhuc eadem provincia christianam religionem amplecteretur, et divis pareret Hungariae regibus, antecessoribus nostris, egregiam semper militiae operam dederunt, suisque principibus non minus fideliter, quam strenue grata impenderunt servitia, qui tandem ob insignes actiones et pleraque egregia facinora a divo quondam rege Ludovico, Magno nuncupato, feliciter ea tempestate

Digitized by Google

regnante, amplissima praemia promeruerant. Nam et nobilitate cum insignibus trium liliorum, aureo colore fulgentium, de regalibus armis suis depromptorum, et bonis possessionariis non solum in provincia Bosnensi, sed etiam in regno Hungariae munifice donati exstiterint. Verum, postquam Turca in eamdem Bosnae provinciam irrupisset, eamque late sibi subjugasset, universa ejus nationis nobilitate crudeliter exstincta, eotum et haec vestra familia, una cum privilegiis majorum vestrorum intercidisset, excepto quodam ex atavis vestris, nomine Ivanacz, hoc est Joannes, a priscis gentis suae auctoribus, cognomento Wranychyth nuncupato, qui quidem Joannes, Mahometicae professionis foeditatem detestatus, barbaraeque turpitudini ac tyrannidi tempestive cedendum sibi esse ratus, una cum uxore et liberis suis in Croatiam e patria profugit. Sed illuc quoque haud ita multo post Turcarum armis penetrantibus et ferocius vicinas nationes infestantibus, ne in Croatia quoque subsistere ausus est, sed inde in Dalmatiam profectus in civitatem Sibenicum migravit, in qua demum et aedibus et possessionibus comparatis, sedem sibi et familiae suae stabilivit, brevique postea jus gentis et civitatis illius assequutus, in antiqua nobilitate sua confirmatus est, ubi etiam a vulgari et pristino cognomento Vranychyth, primo Wranchyth, postea mutatis nonnihil syllabis, Veranchyth et sibi et familiae suae universae cognomentum mansit. Verum ne avunculorum quoque tuorum encomia silentio praetereamus, (pulchrum est enim laude eos extollere, qui praeclara facinora ediderunt) duos potissimum ex illis in medium producemus: Petrum Berislaum et Joannem Statilium, praestantissimos sane viros, quorum

Digitized by Google

alter, Petrus nimirum Berislaus, tanta fidei constantia, fortitudine animi et operum magnitudine apud serenissimum quondam dominum Vladislaum regem, affinem et praedecessorem nostrum charissimum felicis memoriae claruit, ut ob egregia studia et virtuosa obsequia, ab eodem serenissimo rege, domino suo, sub unis auspiciis atque uno tempore, pro virtutum et meritorum qualitate, pluribus simul dignitatibus et summis magistratibus, ecclesiasticis pariter et saecularibus ornatus et honoratus exstitit. Ipse enim episcopatui Vesprimiensi, prioratui Auranae, supremaeque totius regni nostri Hungariae quaesturae, nec nec non regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae banatui simul et semel cum summa nominis sui laude praefuit. Quanto autem ille moderamine utrumque munus, spirituale scilicet et temporale gessit: abunde ejus magnifica opera et strenui actus testantur, quos ille ob zelum et defensionem religionis ac reipublicae Christianae contra inimicos crucis Christi, Turcas, multiplici experimento edidit, quoties aperto marte eosdem Turcas forti et imperterrito animo congregiendo, fugit et decollavit, quibus ad postremum semet etiam ad necem impendit: victoribusque suis fortior, gloriosa morte hostes inglorios superavit. Cui demum alter, Joannes nempe Statilius, pari fidei ingeniique praestantia succedens, ad episcopatum Transsylvanicum est evectus, qui et ipse non minus rara se in eo prudentia, quam pietate exercuit. Praeclara sane sunt, quae narrantur originis et gentis tuae decora; sed ut ad te, Antoni Veranci, consiliarie nobis dilecte, sermonem convertamus, non modo tu haec, majorum tuorum aemulus, tibi a puero imitanda duxisti; sed etiam augenda et

Digitized by Google

retinenda in familia tua proposuisti. Quis vero est, qui in hoc elusus spe opinioneque de te sua sit? ipso naturae raptu majorumque tuorum virtute nonnisi ad res magnas te comitante. Probe siquidem et nos ipsi meminimus, superiori aevo te, in aula regis quondam Joannis constitutum, munere secretarii aliisque non contemnendis officiis summa diligentia aliquamdiu functum esse, teque plurimas et honorificas legationes apud omnes fere primarios Christianitatis principes, nomine ejusdem regis, prudenter gessisse, et prout illius temporis conditio tulit, plurimum tuo domino exinde commodi fideliter reportasse, non obscura jam tum, in ipso aetatis tuae flore, maturescentis et quotidianis in dies auctibus insurgentis virtutis argumenta exhibens. Ob quae tua bene merita, licet non mediocria praemia, ultro tibi oblata, a praefato domino tuo illorum temporum recipere potueris, spreta tamen omni fortuna et dignitate, quamtumvis ampla, qua illic potiri potuisses, maluisti illinc ab aemulis nostris palam, honesta facultate abeundi accepta, recedere, teque recta occasione habita, ad augustissimam domum nostram Austriacam, nullo munere seu curruptela illectus, sed mero zelo et sincera devotione ductus erga serenissimos dominos Austriae, tamquam veros et legitimos regni Hungariae reges, publico omnium scitu, quo magis honori et fidei tuae consuleres, manifeste conferre. Quo sane prudenti et maturo tuo consilio ingens eotum integritatis et sincerae fidei tuae specimen edidisti, dignamque ab omnibus bonis laudem promeruisti; maxime vero a divo parente nostro felicissimae recordationis, sacratissimo quondam imperatore et rege Ferdinando, a quo etiam, postquam in ejus gratiosam notitiam perve-

Digitized by Google

nisset, tua virtute, ingenio, integritate, et ob praeclaras animi tui dotes, tuas virtutes, grataque obsequia, amplissimis insuper honoribus et dignitatibus brevi spatio temporis, ut merebaris, illustratus es. Primo namque, quum idem parens noster charissimus, ad insignem tuam eruditionem et caeteras virtutes tuas, sacrarum quoque litterarum non vulgarem cognitionem ac doctrinam tibi accessisse animadvertisset, ecclesiasticis te functionibus ornavit: simulque te et episcopum Quinqueecclesiensem, et consiliarium suum, summo totius ordinis consiliarii consensu et approbatione creavit, quo in eo quoque vitae genere, per has praesertim perniciosarum opinionum procellas, ceu fidus gubernator, dignam Deo ovibusque suis operam navares. Verum, invalescente interim hostilitate Turcica, quum post aliquot expeditiones bellicas ac ultro citroque factas dimicationes ad inducias cum principe Turcarum, regnante tunc sultano Solimano, ineundas, res nobis devenisset, eaque de causa oratores a praefata paterna majestate ad illum viri primarii delegandi fuissent: tu potissimum ob excellentem omnium bonarum artium cognitionem ac linguarum peritiam, dicendique oratoriam facultatem, totius Hungaricae nationis voto delectus es, qui cum fidele nostro magnifico Francisco Zay, collega tuo, id provinciae, tametsi magno periculo vitae, non solum intrepide suscepisti, sed etiam alacriter, totos circiter annos quinque continuo inter barbaros vivendo, obivisti; adeoque, Deo et virtute comite summa, cum tua laude ac totius Christianae reipublicae commodo atque salute confecisti. Quae tua honestissima merita ut idem optimus parens noster ampliore munificentia tibi recompensaret, mox in tuo salvo et felici ex le-

Digitized by Google

gatione Turcica reditu, te ex sede episcopatus Quinqueecclesiensis, cui cum gloria praefuisti, in Agriensem, cujus, secundum archiepiscopatus, in eodem regno nostro prima semper dignitas et amplitudo fuit, transtulit, quo post annorum servitia, vigilias, sudores exhaustos, periculorumque procellas obitas, inclinanti in dies aetati tuae non deesset locus, in quo cum sancto te otio dedere, tum ecclesiae, sponsae filii Dei, erudiendae confirmandaeque invigilare posses. Quanta vero prudentia et dexteritate eam quoque ecclesiam primariam, pluribus hac tempestate periculis et seditionibus, Deo ita permittente, undique circumseptam, per multos jam annos usque ad hoc tempus moderatus sis, nemo est, qui citra injuriam non te merito laudare possit. Verum enimvero ne reliqua quoque eximiarum virtutum et honestissimarum actionum tuarum praeconia sub nube relinquamus, quibus te non solum tuis principibus, sed omnibus fere nationibus Christianis, immo etiam barbaris ipsis clarum et maxime commendatum reddidisti, libet ea etiam officia et obsequia tua dignissima in lucem proferre et posterorum memoriae tradere, quae tu post fatum divi genitoris nostri in plerisque arduis nostris et reipublicae negotiis, adeoque novis et gravibus legationibus confectis, promptissimo ac obsequentissimo animo, erga nos declarasti ac velut jure haereditario a parente in filium transfudisti. Postquam enim idem divus parens noster, vitae suae cursu felicissime peracto, migravit ad superos, hujusque sacri imperii habenas prospere, Dei gratia, ad nostras manus accepimus: ita tum res nostrae tulerunt, ut exstincto in Hungaria apud arcem nostram Zigeth infensissimo nostro hoste, principe Solimano, qui dira rabie universam

Digitized by Google

ditionem nostram Hungaricam perditum in magnis viribus contra nos irruerat, pro ineunda et confirmanda nova pace cum sultano Zelymo, ejus filio, qui recens paterno successerat imperio, novam et insignem legationem Byzantium mature expediremus. Quumque inter alios fideles nostros virum imprimis dignum, et tanto muneri obeundo idoneum diligenter inquireremus, qui et placare hostem cum dexteritate posset, et conciliare ac confirmare firmam cum barbaris pacem novisset, tu magno omnium de te bene sentientium judicio et laudabili commendatione oblatus es nobis, qui secundario hanc gravissimam provinciam, ad nostram benignam requisitionem, una cum fideli nostro, magnifico Christophoro Teuffenpach, lubens assumeres, nihil aetati tuae, senio, viribusque prope modum confectis parcendo, nihil etiam mille pericula vel ipsam mortem formidando, universos labores, curas et sollicitudines, quae procul dubio magnae et difficiles tibi fuerunt, hujus gravissimae legationis sufferres, et intra ferme breve tempus, octo annorum pacem, uti antea feceras, cum Turca, tua eximia virtute doctaque in rebus gerendis industria conficeres, gratumque nobis et universae reipublicae nuncium et responsum reportares. Nihil enim gratius aut majus praestari nobis a te tum potuit, quam quanto obsequio in subeunda hac difficili legatione clementi voluntati nostrae morem gessisti, qua sollicitudine et vigilantia mandata nostra tractasti, qua dexteritate confecisti, qua denique prudentia et perspicuitate, ad nos reversus, exposuisti. Unde plane judicamus, te non solum majorum tuorum claritudinem tuis virtutibus exaequasse, sed longe etiam superasse, opinionemque de te nostram, dudum conceptam, studio et

Digitized by Google

industria tua mirifice comprobasse et confirmasse. Dignum itaque te, Antoni Veranci, omni laude censemus, digna longa memoria acta tua judicamus, qui tam insignibus legationibus bis inter totius orbis monarchas, duo potentissimorum imperatorum paria, gravissimus orator adhibitus, cuncta ad turbas et ad ruinam tendentia, studio, facundia et opera tua non minus prudenter quam viriliter compressisti, et ad tranquillitatis pacisque statum perduxisti. Dignus plane etiam, qui pro tantis meritis tuis ab inclita domo nostra Austriaca, cui te totum ab annis jam 20 perpetua fidelitatis constantia addixisti, perpetua gratia et munificentia fovearis; a patria vero, cujus pacis toties auctor exstitisti, omnia grata promerearis. Ut igitur imprimis a nobis amplissimorum meritorum tuorum aliquam gratitudinis vicem percipias, donec te uberiori gratia nostra, quae tibi nunquam est defutura, ornare et cumulare possimus, quo non apud te solum, sed etiam apud universam familiam et gentem tuam nostri erga te favoris exstet testimonium, ac tui quoque nominis et virtutum memoria apud omnem posteritatem tuam longe innotescat et celebretur: nos ex singulari nostra gratia et spontanea quadam animi nostri inductione arma seu insignia vestra gentilitia, superius declarata, meraeque nobilitatis vestrae jura et privilegia, quae longo jam aevo, quandocunque tuis majoribus deperdita esse dinoscuntur, tibi Antonio Verancio ac per te egregiis Michaeli et Petro, fratribus germanis, ac nepotibus tuis, omnibus et singulis, eorundem liberis et posteris universis, legitime natis et nascituris, reparanda, renovanda et ex abundantia nostrae in te gratiae amplificanda et confirmanda decrevimus.

Digitized by Google

Immo quatenus opus est, authoritate nostra imperatoria et regia, qua ut imperator et rex Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. divina clementia praediti sumus, nova nobilitate donamus, et per novam donationem conferimus omnia illa avitae et germanae nobilitatis tuae ornamenta, privilegia, libertates, immunitates et jura, quae a dictis majoribus et progenitoribus tuis accepisti, quibusque alii nostri et sacri imperii Romani, Hungariae, Bohemiae, aliorumque regnorum nostrorum, a quatuor avis paternis et maternis procreati veri nobiles utuntur, fruuntur et gaudent. Talesque nobiles vos ab universis et singulis hominibus atque subditis, cujuscunque conditionis, eminentis status, gradus et dignitatis existant, perpetuo dici, nominari et haberi volumus. Quo vero haec tua, domusque tuae decora illustriora et nonmodo in animis sed etiam in oculis hominum conspectiora sint, concedimus et largimur vobis insignia haec nobilitaria, videlicet: scutum erectum, quinque habens areolas seu columnas, aureo et caesio colore distinctas, per obliquum a superiori latere dextro ad inferius sinistrum recto diametro perductas et figura quadrangulari inclusas. In duabus intermediis caesiis areolis superne et inferne terna lilia aurea recto ordine ascendunt, naturalibus suis floribus illuminata. Quibus partim prisca vestra insignia, partim noviter a nobis aucta et concessa pulchre denotantur. Media et ultimae utrinque areolae nudae sunt, solis laciniis aureis tortuosis variegatae. Supra scutum autem posita est galea, aurea corona regia redimita, et ea, quae faciei objicitur, parte, cancellata ac clatrata, quam torneamentalem vocant, teniis aureo et caesio colore distin-

Digitized by Google

ctis, ab ipso con..*) utrinque laciniatim defluentibus. Ex corona prominet crista, similiter duae areolae transversae per...ternis liliis, a prioribus nulla in parte discrepantibus, depictae conspiciuntur. Quemadmodum eadem omnia in capite hujus nostrae paginae docta pictoris manu clarius sunt figurata. Hoc vero monumentum, quia propemodum summarium est originis, vitae et virtutum tuarum, quibus tu antiquum tuae familiae stemma mirifice decorasti et auxisti, nonmodo gloriosum sed etiam utile fore posteris tuis judicavimus, ut in hoc, ceu in domesticum exemplar crebrius intueantur, et virtutis tuae recordatione ad ejus imitationem excitentur. Verum, Antoni, consiliarie noster dilecte, quia hoc imperiale ac regale munus nostrum te prae caeteris petens, in se continere videtur mysterium, ideo hoc tibi non in vanum cognoscas esse collatum. Lilium quippe flos regius appellatur, a regia, qua praestat caeteris floribus, eminenti sua celsitudine, odorisque fragrantia singulari denominatus, rarum quoddam castae et sincerae fidei, augustaeque spei et fructuosae charitatis symbolum in se repraesentans. Color siquidem aureus... tuberantia... doris sui caeteris coloribus praestans, candidae et sincerae fidei tuae formam nobilissime designat. Florum autem sane omnium praerogativa, ut nos bene sperare jubeant, unus tamen praecipuus, nempe lilium hieroglyphici hujus primas tenet. Hinc in antiquorum monumentis et signis clarorum hominum cum inscriptione spei lilii figura exprimebatur. Porro, quia floribus inspectis, usum inde fructuum sperare solemus, nulli dubium, quin flos sit futuri boni praenuncius, et frugem paulo post succrescentem polliceatur, quemad-

*) A papiros széle leszaggatva.

Digitized by Google

modum post fidem et spem charitas abunde suos producit fructus.

Non inepte itaque hoc hieroglyphicon liliorum aureorum tuae nobilitatis insignia refert, virtutumque tuarum specimen clare repraesentat, quas jam olim vigere et florere in se uberrimis fructibus agnovimus; quo sane nomine et tibi laudem immortalem, et familiae tuae amplissimum et perquam illustre decus ornamentumque peperisti. Quamobrem pro authoritate nostra tanquam Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. imperator et rex, statuimus et decernimus, ut haec verae nobilitatis tuae insignia, instar praemissorum regnorum nostrorum verorum nobilium, perpetuo ubivis gentium in omnibus actionibus, expeditionibus, seriisque vel ludicris certaminibus, in praeliis, monomachiis et quibuscunque aliis pugnis, in vexillis, tentoriis, cortinis, scutis, sigillis, annulis, vasis, instrumentis, monumentis, statuis, tabulis, picturis, aedificiis et quibusvis militaribus exercitiis ac aliis rebus ferre et gestare tu, Antoni Veranci, possis et valeas, praefatique tu, fratres et nepotes, tuaque et ipsorum universa posteritas possint et valeant, nemine unquam prohibente, nec obstantibus quibuscunque consuetudinibus, statutis ac privilegiis praedictorum et aliorum regnorum nostrorum, praesentibus et futuris, quae quoquomodo contra hanc nostram concessionem facere possent, quibus omnibus ex certa nostra scientia et animo deliberato per has nostras litteras derogamus et derogatum esse volumus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae gratiae et concessionis paginam infringere, aut ei ausu quovis temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, nostram et Imperii Sacri gravissimam indignationem se noverit

Digitized by Google

ipso facto incursurum. Immo confirmamus, donamus, statuimus et decrevimus harum nostrarum, chirographo nostro et duplici ac authentico sigillo nostro munitarum vigore et testimonio litterarum. Datum etc.

XLVI.

1569. oct. 17. Nos Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae etc. marchio Moraviae, comes Tyrolis, etc. etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis. Quod quum diligenti cogitatione in animo revolveremus inter alia, quae culmini nostro imperiali, dignitatique regiae varia incumbunt munia, praecipuum esse, quod honorem, cultumque concernit divinum, ipsaque Dei Optimi Maximi majestas nonnisi fide et religione, quam sancta profitetur et docet ecclesia, coli venerarique soleat, et possit: cum primis elaborandum nobis judicavimus, ut in regnis et provinciis, adeoque universo nostri imperii circulo, Dei benignitate nostro regimini, jurique tradito, ecclesiae Dei piis et idoneis gubernatoribus atque ministris, tanquam cultus ipsius divini necessariis instrumentis, quovis tempore habeantur rite provisae. Vacante itaque in praesentiarum metropolitana et primaria regni nostri Hungariae ecclesia Strigoniensi, legitimoque pastore orbata, haud differre voluimus, quin illi de idoneo praelato et rectore quamprimum prospiceremus. Et propterea debitum haben-

Digitized by Google

tes respectum ad praeclaram eruditionem et doctrinam, vitaeque et morum integritatem fidelis nostri, nobis dilecti, reverendi Antonii Verancii, episcopi Agriensis et consiliarii nostri, quibus ipsum munere divino ornatum ab annis non paucis propria nostra experientia comperimus; confisi etiam de solerti et attentissima cura atque sollicitudine, quam ipse in administranda hac ecclesia, tuendaque et propaganda vera fide et religione, more boni pastoris et praelati summo conatu adhibiturus sit; non immemores denique haud vulgarium illius meritorum, quibus sese quondam divo genitori nostro et nobis quoque commendatum reddidit, eundem ab episcopatu ecclesiae suae Agriensis ad archiepiscopatum ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, nunc per mortem et decessum revendissimi quondam domini Nicolai Olahi, ejusdem archiepiscopatus ultimi, veri et legitimi possessoris de jure et de facto vacantem, transferendum, nominandum et praesentandum, ac eundem archiepiscopatum Strigoniensem eidem auctoritate juris patronatus nostri regii, quod in omnibus dicti nostri Hungariae regni ecclesiis, et beneficiis ecclesiasticis more divorum quondam Hungariae regum, praedecessorum nostrorum felicis memoriae, optimo jure habemus, simul cum omnibus castris, castellis, civitatibus, oppidis, villis, possessionibus, praediis, ac aliis cunctis pertinentiis et juribus possessionariis, ubivis et in quibuscunque regni nostri Hungariae et partium subjectarum comitatibus existentibus habitis, ad eundem archiepiscopatum Strigoniensem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, pariter cum omnibus ejusdem juribus, libertatibus, praerogativis, proventibus et aliis quibusvis emolumentis, quovis no-

Digitized by Google

minis vocabulo vocitatis, dandum et conferendum,*)immo transferimus, nominamus et praesentamus, damusque et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris honorabilibus praeposito, vicario, lectori, cantori, custodi, caeterisque canonicis et beneficiatis tam dictae ecclesiae Strigoniensis, quam aliarum collegiatarum ecclesiarum ad eandem pertinentium, harum serie committimus et mandamus, quatenus a modo imposterum praefatum Antonium Verancium pro vestro legitimo et indubitato archiepiscopo habere, tenere et recognoscere, eidem debitam reverentiam, honorem et obedientiam praestare, ac in omnibus negotiis et consuetis rebus jurisdictioni ipsius parere et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in arce nostra regia Posoniensi decima septima die mensis Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, regnorum nostrorum Romani et Hungariae septimo, Bohemiae vero vigesimo primo. Maximilianus imperator. Joannes Listhius, episcopus Vesprimiensis.

---

*) Kimaradt, úgy látszik: „duximus".

Digitized by Google

XLVII.

Nos Maximilianus Secundus, Dei gratia electus 1569. oct. 17
Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, etc. marchio Moraviae, comes Tyrolis, etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis. Quod nos debitum habentes respectum ad praeclaram eruditionem et doctrinam, aliasque animi dotes, ac circa ecclesias Dei, et eligendos earum ministros diligentem curam fidelis nostri reverendissimi in Christo patris, domini Antonii Verancii, archiepiscopi ecclesiae Strigoniensis, primatis Hungariae, legati nati, summi et secretarii cancellarii et consiliarii nostri, quibus ipsum divino munere praeditum, non alieno saltem testimonio, verum etiam propria nostra experientia cognovimus: jus patronatus nostrum regium, quod in eadem ecclesia Strigoniensi, aliisque collegiatis ecclesiis ad eamdem pertinentibus, sicut in caeteris regni nostri Hungariae ecclesiis, instar praedecessorum nostrorum, divorum quondam Hungariae regum felicis memoriae, optimo jure habere dinoscimur, ex certa nostra scientia, animoque deliberato, eidem domino Antonio Verancio, archiepiscopo, dandum et conferendum, immo damus et conferimus, ac in illum transferimus praesentium per vigorem: annuentes et concedentes, ut ipse omnia beneficia ecclesiastica, utputa: praeposituras, lectoratum, cantoratum, custodiatum,

Digitized by Google

canonicatus et praebendas, quae a modo deinceps tam in dicta Strigoniensi, quam aliis collegiatis ecclesiis, ad illam pertinentibus, quocunque nomine et titulo legitime vacare contigerit, dicti juris nostri regii auctoritate per nos sibi hic in parte concessa, personis idoneis et benemeritis, ecclesiasticaque functione dignis, fide praeterea, vita, moribus et honesta conversatione, eruditioneque commendatis, Hungaris tamen et non alienigenis, dare et conferre, ipsisque de eisdem disponere, ordinare et providere valeat atque possit; immo damus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in arce nostra regia Posoniensi decima septima die mensis Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, regnorum nostrorum Romani et Hungariae septimo, Bohemiae vero vigesimo primo. Maximilianus imperator. Joannes Listhius, episcopus Vesprienmisis.

XLVIII.

1570. jan. 12. Beatissime in Christo pater, domine reverendissime. Post officiosam commendationem filialis observantiae continuum incrementum. Arbitramur sanctitati vestrae jam antea innotuisse, metropolitanam in regno nostro Hungariae ecclesiam Strigoniensem, sublato e vivis, abhinc fere biennio, ejusdem ultimo archiepiscopo Nicolao Olaho, mansisse hucusque legitimo gubernatore destitutam. Non itaque diutius differendum arbitrati, quin pro ea, qua erga religionem, ipsamque Dei ecclesiam et ejus profectum quovis tempore libenter sumus, cura pariter et observantia, quam-

Digitized by Google

primum de idonea cogitaremus persona, quam ad hoc muneris pastoralis, quod inter alia dicto in regno nostro primum est et praecipuum, digne nominemus: inter alios quidem ejusdem regni nostri praelatos, virosque ecclesiasticos praecipuus sese nobis obtulit Antonius Verancius episcopus Agriensis, de cujus non vulgari eruditione et doctrina, morum item et vitae integritate, magnaque in Deum et religionem pietate sufficienter edocti, ab ecclesia sua Agriensi, cui hactenus praefuit, ad dictam metropolitanam Strigoniensem, solita et vetusta juris patronatus nostri authoritate, quam in conferendis omnibus ejusdem regni nostri praelaturis instar praedecessorum nostrorum, divorum quondam Hungariae regum habemus, transferendum, ipsumque archiepiscopatum Strigoniensem illi pleno jure conferendum duximus. Quod quidem quum a nobis ita factum sit, eum sanctitati vestrae de more praesentamus, ab eadem obsequiose petentes, velit ipsum in dicta ecclesia sua Strigoniensi benigne confirmare, ac etiam pallium, quo sui antecessores semper usi sunt, cum aliis solitis archiepiscopatus insigniis ei, ut moris est, paterne concedere. Et quoniam eadem ecclesia ab annis jam non paucis, prouti sanctitatem vestram non ignorare scimus, in illa universali pene totius regni nostri clade, in bonis et proventibus suis temporalibus, cum ipsa sede archiepiscopali, a jugo et tyrannide Turcica partim occupata, partim vero in residua sui parte indies gravissime habetur afflicta et oppressa: ea sane ipsi archiepiscopo incumbunt onera, sumptus et impensae in illa, quae adhuc ab infidelium Turcarum immanitate reliqua est, ecclesiae suae parte tutanda, militibusque in hunc usum cum arce finitima non parvo numero continue

Digitized by Google

alendis, ut ad sustentandum statum et dignitatem suam archiepiscopalem vix et difficulter quid ei supersit. Unde praeterire non potuimus, quin sanctitatem vestram diligenter rogemus, ut quum archiepiscopus ipse non ignoret, qua solutione annatae, sanctae huic sedi pro accepta confirmatione ipsoque pallio de more debeat, idque haud gravatim, si vires et facultas suppeterent, etiam praestare cuperet: velit sanctitas vestra pro sua pietate, qua oppressarum ab infidelibus paganis ecclesiarum rationem habere, earumque misereri consuevit, petitam confirmationem et pallium gratis et absque alicujus annatae solutione eidem archiepiscopo benigne impertiri et concedere, quo sumptus illos suos graves, hac clementi sanctitatis vestrae relaxatione sentiat sibi aliquanto tolerabiliores, eoque alacrius non minus curandae gubernandaeque, omni quo potest diligentiori studio atque sollicitudine, ecclesiae ipsi suae, quam tutandis pauculis archiepiscopatus reliquiis incumbat. Qua quidem in re sanctitas vestra nobis quoque gratum faciet, omni erga eandem filiali observantia nostra promerendum. Cui nos reverenter offerimus et obsequiose commendamus. Datum in arce nostra regia Pragensi 12. Januarii 1570. regnorum etc.

Ad summum pontificem etc. (Maximilianus etc.)

Digitized by Google

XLIX.

Maximilianus etc. Supplicatum nobis fuit per re- 1570. jan. 24.
verendissimum devotum, fidelem nobis dilectum, noviter electum archiepiscopum Strigoniensem, ut, cum(?) eorum, quae ad apprehendendam dicti archiepiscopatus possessionem et sui pro dignitate intertentionem requirere viderentur, clementer prospectum iri velimus. Habita itaque ratione demissarum precum dicti archiepiscopi, benigne indulsimus, harum nostrarum litterarum vigore, ut traditio possessionis archiepiscopatus, per certos nostros commissarios, per nos deputatos fieret, ita tamen, ut possessio a prima die hujus praesentis anni 1570. tradita esse intelligatur. Ad hanc autem consequendam ipsi litteras has adjectas donationales, item mandata ad capitulum et officiales, necnon praefectos tum arcis, tum militum Wywariensium, et ad omnes subditos, dicto archiepiscopatui subjectos, quo eum in omnibus admittant, pareant et obsequentes sint, expediri curavimus. Porro, ut se pro dignitate intertenere queat, concessimus praedicto archiepiscopo cum reliquos archiepiscopatus proventus, tum vero dictam arcem Wywariensem cum omnibus pertinentiis et emolumentis; hac tamen ratione, ut pensio episcopatus Agriensis sibi deinceps cesset. Ac si pisetum, quod ei liberum erit, servare voluerit, nobis sex millia florenorum hungaricalium annuatim, certo loco deputato,*) unde omni trimestri,

*) A másoló, úgy látszik, kihagyott valamit.

Digitized by Google

quantum pro rata competet, in camera nostra assignet; aut vero pisetum nobis relinquat. Nam etiamsi apud nos humiliter institerit, ut relicto sibi piseto, tria ad summum aut quatuor millia florenorum nobis singulis annis ejus nomine numeraret, tamen in ipsa potissimum persistimus sententia, ut illi liberum sit, utrum velit, eligere. Deinde, ut arcem praedictam Wywariensem munire et praesidium militare ibidem sustentare teneatur et obligetur. Antequam autem traditio litterarum donationalium et mandatorum nostrorum fiat, volumus, ut litterae reversales, quas memoratus archiepiscopus nobis dare tenebitur, isthic per nos, clausulis et articulis supramemoratis insertis conficiantur. Quamobrem vobis firmiter praecipimus, ut primo quoque tempore jam dictas reversales conficiatis, commissar'osque deputetis, instructionemque in eos formetis, omnibus punctis et articulis ita dilucide explicatis, ne quid, quod ex usu nostro fieri queat, praetermittatur, nobisque deinceps ad plenam expeditionem transmitti curetis. Satisfiet hac in re benignae ac certae voluntati nostrae. Datae Pragae die 24. Januarii anno etc. 1570.

Camerae Hungaricae.

Digitized by Google

L.

Maximilianus etc. Etsi vobis 24. die jam ela- 1570. jan. 28
bentis mensis benigne perscripserimus, quemadmodum vos tenere in tradenda possessione reverendissimo devoto, fideli nobis dilecto, archiepiscopo Strigoniensi, archiepiscopatus sui velimus: tamen cum in illo nostro mandato emissum fuerit, nos ei proventus quoque anni praeteriti Wywarienses in sustentationem militum praesidiariorum ibidem existentium benigne concessisse: hoc vobis his litteris nostris significandum esse duximus. Deinde, etiam si traditio archiepiscopatus a calendis Januarii initium sortietur, tamen, ut pensio Agriensis illi usque ad primam diem Februarii cedat. Quum itaque ista nostra gratiosa mens ac voluntas fuerit, nosque ipsius in utrisque rationem habere velimus: ideo vobis firmiter praecipimus mandantes, ut nostram gratiosam concessionem praedicto modo executioni demandari curetis atque efficiatis, satisfacturi hac in re benignae menti ac certae voluntati nostrae. Datae Pragae 28. Januarii anno etc. LXX.

Camerae Hungaricae.

Digitized by Google

LI.

1570. febr. 1. Maximilianus etc. Reddimus vos certiores, cum nobis nomine reverendissimi devoti, fidelis nobis dilecti, archiepiscopi Strigoniensis per suos ablegatos ad nos familiares supplicatum fuisset: ut hero suo principium et diem solvendae pensionis sex millium hungaricalium piseti nomine, qua illi possessio archiepiscopatus traderetur, generose constituere dignaremur. Item, ut omnes proventus a calendis Januarii mensis proxime praeteriti ex ipso archiepiscopatu percepti cedere debeant. Denique ut officiales de proventibus eorundem ex ea die certam ac liquidam rationem reddere teneantur. Nos ad dictorum familiarium archiepiscopi praeattacta humillima postulata benigne annuimus. Quapropter vobis firmiter praecipimus mandantes, ut etiam in praemissis postulatis praelibati archiepiscopi, nostro nomine rationem habeatis et effici curetis. Exequuturi hac in re benignam mentem, ac certam et expressam voluntatem nostram. Datae Pragae 1. Februarii 1570.

Camerae Hungaricae.

Digitized by Google

§ LII.

Reverendissimo in Christo patri, domino Anto- 1570. mart, 31.
nio Verancio, archiepiscopo ecclesiae Strigoniensis, primati Hungariae, legato nato, summo et secretario per Hungariam cancellario nostro etc. fideli nobis dilecto. Posonii. Cito, cito, cito, cito.

Verancsics kézével: Redditae Posonii, 7. Aprilis 1570.

Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex.

Reverendissime in Christo pater, fidelis nobis sincere dilecte. Ea, quae in commendationem cujusdam Georgii Fabii, Dalmatae, nuper ad nos scripsistis, ex litteris vestris cognovimus, et simul etiam illa, quae serenissimus rex Poloniae pro eodem pluribus apud vos per litteras suas egit,)intelleximus. Quamvis autem serenissimo ipsi regi, suisque postulatis quovis tempore propensi simus ad gratificandum, ipsumque hac etiam vice haud libenter intermitteremus: quum tamen hominis illius persona nobis ita sit cognita, ut gratiam nostram minime mereri videatur, certis de causis serenitati suae hac in re complacere non possumus, praesertim quum et alioquin homo ille extra ditionem nostram hucusque vagatus, non satis sciamus, quare nunc demum nostram quaerat gratiam, qua cum pluribus jam annis carere voluit, ca-

*) Zsigmond Ágost lengyel király illető levelét Verancsics munkáinak egyik későbbi kötete fogja hozni.

Digitized by Google

rere etiam imposterum poterit. Quantum itaque ad illum, hoc vobis clementer respondere voluimus.

Caeterum cum his praeteritis diebus praecipua quaedam beneficia in ecclesia vestra Strigoniensi vacare contigerit, et vacatura sint etiam imposterum, admonere vos clementer voluimus, ut conditionis, quam litteris donationis juris patronatus nostri inseruimus, memores sitis, atque in collatione talium beneficiorum ita agatis, ne peregrinos aliquos homines, sive Italos, sive Dalmatas, Venetis subditos, ad illa promoveatis, sed Hungaris, aliisque coronae nostrae, Hungaricae subjectis ea conferatis: ut et regnicolis praecidatur ansa propterea conquerendi, et capitulum ipsum vestrum absque turbis in quiete maneat. Secus non facturi. Datum in arce nostra regia Pragensi, ultima die mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Maximilianus m. p. Joannes Listhius episcopus Vesprimiensis etc. m. p.

Digitized by Google

LIII.

Reverendissimo in Christo patri, domino Anto- 1570. apr. 15.
nio Verancio, electo archiepiscopo ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, locique ejusdem et comitatus Honthensis comiti perpetuo, primati Hungariae, sedis apostolicae legato nato, summo secretario, cancellario et consiliario nostro etc. fideli sincere nobis dilecto.

Verancsics kezével: Redditae Posonii 17. Aprilis 1570.

Maximilianus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus etc.

Reverendissime in Christo pater, fidelis nobis dilecte. Cum ad festum ascensionis Domini proxime venturum desponsationis actum loco et nomine serenissimi principis, domini Philippi Hispaniarum regis catholici, etc. per serenissimum Carolum, archiducem Austriae, fratrem et principem nostrum charissimum, vigore mandati procuratorii a serenitate sua accepti, cum serenissima principissa Anna, filia nostra dilectissima peragendum, celebrare constituerimus, ac desponsationem hujusmodi devotionis tuae, tanquam inclyti nostri regni Hungariae primatis, adeoque primi in regnis ac provinciis nostris haereditariis praelati manu fieri cupiamus et velimus, devotionem tuam benigne hortamur et requirimus, ut, acceptis his nostris litteris, protinus, ac ea quidem celeritate se huc conferat, quo ad minimum biduo ante hic adesse, ac de iis caeremoniis et solennitatibus, quae ad actum hunc pertinebunt, cum devotione

Digitized by Google

tua conferri possit. Sin vero devotio tua adversa forte valetudine (quod sane haud libenter intellecturi essemus) distineatur, ita, ut hanc profectionem suscipere omni nonequeat, tunc nos ejus quam primum, per veredarium, ea de re expresse ad nos ablegandum, certiores reddat. Factura in eo devotio tua rem nobis longe gratissimam, ac regia benignitate nostra quavis occasione compensandam. Datum in arce nostra regia Pragae, die decima quinta mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, regnorum nostrorum, Romani octavo, Hungarici septimo, Bohemici vero vigesimo secundo. Maximilianus m. p. Ad mandatum sacrae caesareae majestatis proprium Bernburger m. p.

Digitized by Google

LIV.

Nos Antonius Verancius, divina miseratione ele- 1570. apr. 24.
ctus archiepiscopus ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, primas regni Hungariae, legatus natus, summus secretarius, cancellarius ac consiliarius sacrae caesareae regiaeque majestatis etc. Fatemur et recognoscimus per praesentes litteras nostras. Quod cum praefata sacra caesarea majestas, dominus noster clementissimus, ex innata ac plane paterna sua pietate et gratia speciali, qua omnes fideles suos amplectitur, nobis praedictum archiepiscopatum Strigoniensem per mortem et decessum quondam reverendissimi domini Nicolai Olahi, ejusdem archiepiscopatus ultimi veri et legitimi possessoris, de jure et de facto vacantem, authoritate juris patronatus sui regii, quod in omnibus dicti regni Hungariae ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis, more divorum olim Hungariae regum, praedecessorum suorum felicis memoriae optimo jure habet, simul cum cunctis caeteris castellis, civitatibus, oppidis, villis, possessionibus, praediis et aliis cunctis pertinentiis et juribus possessionariis, ubivis et in quibuscunque regni Hungariae et partium ei subjectarum existentibus, habitis, ad eundem archiepiscopatum Strigoniensem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, pariter cum omnibus juribus ejusdem, libertatibus, praerogativis, proventibus et aliis quibuscunque emolumentis, vigore litterarum suarum donationalium clementer conferre dignata sit, ejusdemque archiepiscopatus

Digitized by Google

possessionem nobis a prima die praesentis anni septuagesimi traditam esse voluerit, proventus quoque anni praeteriti ad arcem Wywar juxta limitationem et deputationem praefati olim domini Nicolai Olahi, praedecessoris nostri pertinentes in sustentationem militum praesidiariorum ibidem existentium clementer concesserit, tamen ut pensio nostra ratione episcopatus Agriensis nobis saltem usque ad primam Februarii anni praesentis cedat. Quum praeterea cum majestate sua ita convenerimus, ut ejus majestati singulis annis sex millia florenorum hungaricalium pensionem, piseti nomine, omni trimestri spatio, quantum pro rata parte competit, in cameram suae majestatis hungaricam assignemus, initio a prima die Aprilis anni praesentis sumpto.

Promittimus igitur praesentibus litteris nostris, atque nos obligamus, quod praescriptam sex millium florenorum hungaricalium summam ejus majestati praedicto tempore in dictam cameram hungaricam certo et absque ullo defectu persolvemus obedienter et fideliter; quod si facere neglexerimus, liceat majestati suae hanc summam, vel ex piseto nostro vel ex decimis nostris comitatus Posoniensis de facto excipere. Recipimus quoque, nos arcem nostram praedictam Wywar aedificiis, munitionibus, commeatuque necessario et sufficienti instructam esse curaturos, eundemque militum numerum tam equitum quam peditum, qui hactenus in dicta arce interteutus est, videlicet equites ducentos quinquaginta et pedites ducentos, tempore induciarum, pacis, et ab hostium excursionibus quieto intertenturos. Si vero contingeret, ut ipsa arx Wywariensis obsideretur, vel saltem suspicio obsidionis ejus immineret, sacra majestas

Digitized by Google

sua imperatoria, uti clementer sese obtulit, tempestive eidem Wywariensi arci de majori praesidio, tantaeque potentiae hostili pari ad resistendum providere dignabitur, nobis alioqui non deficientibus ad ea suppeditanda auxilia, quae ex facultate nostra ultra ordinarium fieri poterunt. In ejusmodi autem necessitate adminimum ducentis militibus praesidium de nostro augebimus, veteranos vero milites, qui jam in ea arce Wywariensi diu militarunt, omnes quicunque in officio et intra conditionis suae terminos praestiterint, eruntque nobis et praefatae arci nostrae Wywariensi utiles, obedientes et fideles, juxta sua juramenta, quae sunt nobis in assumptione illorum praestaturi, haud quaquam loco atque servitio suo movebimus, qui contrarie sese gezserint, nostrum erit, ut quemadmodum de aliis securitatibus, ita etiam de ista militari eidem arci consulamus. Ita tamen ut veteranos milites, qui nobiles sunt, sine praescitu suae majestatis non exautoremus, non defuturi ullo tempore, ut de stipendiis suis iidem milites reddantur contenti; ii autem omnes et praefecti et milites tam moderni, quam qui in futurum per nos constituendi erunt, volumus, ut nunc et in casu mortis nostrae, sacrae suae imperatoriae et regiae majestati, ejusque legitimis successoribus, Hungariae regibus ejusdem fidelitatis juramento sint obstricti atque obligati. Decimas denique nostras, quas nos arendare voluerimus, ejus majestati juxta conditiones publicas prae aliis solita arenda concedemus. Ad quae quidem praemissa omnia et singula firmiter et inviolabiliter observanda nos ad puritatem conscientiae nostrae obligamus atque obligatos esse volumus, harum nostrarum manus propriae subscriptione et sigilli nostri appressione

Digitized by Google

vigore et testimonio litterarum mediante. Datae in civitate Posoniensi, vigesima quarta die mensis Aprilis anno etc. septuagesimo. Idem electus Strigoniensis manu propria.

Collata cum originalibus.

Digitized by Google

LV.

Reverendissimo in Christo patri, domino Anto- 1570. máj 21.
nio Verancio, archiepiscopo ecclesiae Strigoniensis, primati Hungariae, legato nato, summo et secretario per Hungariam cancellario et consiliario nostro etc. fideli nobis sincere dilecto. Tirnaviae. Cito, cito, citissime, cito, cito, cito.

Maximilianus Secundus, Dei gratia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. rex etc.

Reverendissime in Christo pater, fidelis nobis sincere dilecte. Quum sicuti aliis ex litteris nostris vos cognovisse putamus, serenissimum principem dominum Carolum, archiducem Austriae etc. fratrem nostrum charissimum, in nostra hac absentia, vice et loco nostro, Viennae reliquerimus, ut ibi rebus regni nostri Hungariae fideliumque subditorum nostrorum attendat, nostroque nomine sedulo cum omni sollicitudine eas procuret: necessarium autem sit, ut aliquos ex fidelibus consiliariis nostris Hungaris, quorum consilio et opera in his utatur, continue secum habeat; praeter duos autem praelatos, episcopos Quinqueecclesiensem et Tininiensem, qui residere possit nullus sit, et hi quoque, quod nullis adhuc consiliis interfuerint, rerum tractandarum adhuc imperiti: commisimus Quinqueecclesiensi, ut statim se Viennam conferat, ibique resideat; expleto autem mense, Tininiensis illi succedat. Quare fidelitati vestrae committimus et mandamus, ut ubi has nostras

Digitized by Google

acceperitis, Viennam ad dictum fratrem nostrum vos conferre, ibique per spatium duorum mensium residere debeatis, ut vobis praesentibus, dicti consiliarii novicii modum consilii et rerum agendarum addiscant. Quodsi forte majoris alicujus momenti nostra vel publica negotia cum tempore occurrerent, propter quae omnes simul consiliarii vocandi forent, tunc quoque venire non negligatis. Mandavimus etiam camerae nostrae, ut vobis de expensis diurnis, more antea solito, providere non omittant. Secus non facturi. Datum in arce nostra regia Pragensi, vigesima prima die mensis Maji, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Maximilianus m. p. Joannes Listhius episcopus Vesprimiensis etc. m. p.

Digitized by Google

TARTALOM.

	Lap.
Előszó.	
I. Trautson Jánosnak Musztafa budai pasa. Buda, június 4-én 1567.	1
II. Zay Ferenczneк Verancsics Antal. Bécs, jún. 12. 1567.	2
III. Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián császár. Pozsony, jún. 17-én 1567.	3
IV. Ugyanazoknak ugyanaz. Pozsony, jún. 23-án 1567.	4
V. Maximilián megbizó levele Verancsics, Wyss és Teuffenpach számára. Pozsony, jún. 23-án 1567. . . .	8
VI. Maximilián utasítása ugyanazok számára. Pozsony, jún. 25-én 1567.	11
VII. A Konstantinápolyba menendő ajándékok lajstroma.	49
VIII. Pénz, ezüstkupák és órák lajstroma.	51
IX. A felebbiek más lajstroma. Pozsony, jún. 28-án 1567.	54
X. Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián. Pozsony, júl. 3-án 1567.	60
XI. Ugyanazoknak ugyanaz. Pozsony, július 3-án 1567.	61
XII. Ugyanazoknak ugyanaz. Pozsony, július 5-én 1567.	62
XIII. Maximiliánnak Verancsics és Teuffenpach. Komárom, júl. 5-én 1567.	63
XIV. Ugyanannak ugyanazok. Komárom, júl. 6-án 1567. .	64
XV. Wyss Albertnek Verancsics. Buda, júl. 11-én 1567. .	65
XVI. A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach. Buda, júl. 12-én 1567.	65
XVII. Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián. Pozsony, júl. 17-én 1567.	72
XVIII. Ugyanazoknak ugyanaz. Pozsony, júl. 23-án 1567.	73
XIX. A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach. Sofia, aug. 4-én 1567.	75
XX. Ugyanannak ugyanazok. Tatar-Pazarczit, aug. 8. 1567.	77
XXI. Verancsics és Teuffenpach utazásuk Pozsonytól Konstantinápolyig.	78
XXII. Verancsicsnak, Wyssnek és Teuffenpachnak Maximilián. Bécs, aug. 30-án 1567.	84

Digitized by Google

Lap.

XXIII. Ugyanazoknak ugyanaz. Bécs, sept. 1-én 1567. . . 83
XXIV. A fegyvernyugvás-közben a törökök által elkövetett sérelmek. 1567. 89
XXV. Forgács Simon egri kapitány válasza a törökök panaszaira. 1567. 91
XXVI Folytatása a törökök által elkövetett sérelmeknek. 1567. 92
XXVII. Verancsicsnak, Wyssnek és Teuffenpachnak Maximilián. Bécs, sept. 3.án 1567. 93
XXVIII. A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach. Konstantinápoly, sept. 13-án 1567. 95
XXIX. Singkhmoser Márknak Verancsics. Konstantinápoly, sept. 18-án 1567. 101
XXX. Verancsicsnak, Wyssnek és Teuffenpachnak Maximilián. Bécs, sept. 19-én 1567. 102
XXXI. A császári felségnek Verancsics és társai. Konstantinápoly, sept. 25-én 1567. 105
XXXII. Verancsicsnak és társainak Maximilián. Bécs, sept. 28-án 1567. 110
XXXIII. Ugyanazoknak ugyanaz. Bécs, oct. 4-én 1567. . . . 111
XXXIV. Ugyanazoknak ugyanaz. Bécs, oct. 4-én 1567. . . . 113
XXXV. A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach. Konstantinápoly, oct. 7-én 1567. 115
XXXVI. Bornemisza Pál erdélyi püspöknek Verancsics. . . 138
XXXVII. Mihály testvérének Verancsics. Konstantinápoly, oct. 12-én 1567. 139
XXXVIII. A császári felségnek Verancsics és társai. Konstantinápoly, oct. 24-én 1567. 140
XXXIX. Verancsicsnak és társainak Maximilián. Bécs, nov. 11-én 1567. 147
XL. Ugyanazoknak ugyanaz. Bécs, nov. 22-én 1567. . . 149
XLI. Verancsicsnak és Teuffenpachnak Maximilián. Bécs, nov. 25-én 1567. 166
XLII. Dornberg Vídnek Verancsics és társai. Konstantinápoly, dec. 7-én 1567. 168
XLIII. A felségnek Verancsics és társai. Konstantinápoly, dec. 21-én 1567. 170
XLIV. Ugyanannak ugyanazok. Konstantinápoly, december 21-én 1567. 181
XLV. Verancsicsnak és társainak Maximilián. Bécs, decemb. 24-én 1567. 189
XLVI. A császári felségnek Verancsics és társai Konstantinápoly, dec. 29-én 1567. 191
XLVII. Ugyanannak ugyanazok. Konstantinápoly, december 29-én 1567. 194
XLVIII. Singkhmoser Márknak Verancsics és társai. Konstantinápoly, dec 29-én 1567. 195

Digitized by Google

Lap

XLIX. Verancsicsnak és társainak Maximilián. Bécs, január 5-én 1568. 199
L. Mehmet nagyvezírnek Verancsics és társai. Drinápoly, jan. 28-án 1568. 201
LI. Ugyanannak ugyanazok. Drinápoly, jan. 28-án 1568. 206
LII. Verancsics és társai a békepontokat általadják a nagyvezírnek. Drinápoly, febr. 21-én 1568. 208
LIII. Verancsics Mihálynak Maximilián császár. Bécs, mart. 4-én 1568. 234
LIV. Követségi napló 235
LV. A követség kiadásairól számadás. 239
LVI. Dornberg Vídnek Verancsics és társai. Drinápoly, mart. 19-én 1568. 245
LVII. A császári felségnek Verancsics. Drinápoly, martius 19-én 1568. 246
LVIII. Busbecknek Verancsics. Drinápoly, mart. 19-én 1568. 248
LIX. A békeszerződés végtárgyalása. Drinápoly, mart. 20-án 249
LX A császári felségnek Verancsics és Teuffenpach. Buda, apr. 29-én 1568. 275
LXI. Ugyanannak ugyanazok. Komárom, május 3-án 1568. 276
LXII. Verancsicsnak és Teuffenpachnak a császár. Bécs, május 4-én 1568. 277
LXIII. Ugyanazoknak ugyanaz. Bécs, május 5-én 1568. . . 278
LXIV. A császárnak Verancsics és Teuffenpach. Prellenkirchen, máj. 8-án 1568. 279

ELSŐ TOLDALÉK.

I. Az 1562. s 1564-diki békekötések. 283
II. 1565-diki szatmári pontok. 298
III. Maximiliánnak Musztafa budai pasa. Buda, júl. 28-án 1567. 300
VI. A budai pasának Maximilián. Bécs, aug. 30-án 1567. . . 301
V. Ugyanannak ugyanaz. Bécs, sept. 1-én 1567. 304

MÁSODIK TOLDALEK

(folytatása az I. és II. kötet toldalékának.)

XXVI. 307
XXVII. 308
XXVIII. 309
XXIX. 310
XXX. 310
XXXI. 315
XXXII. 319

Digitized by Google

	Lap.
XXXIII.	320
XXXIV.	321
XXXV.	323
XXXVI.	224
XXXVII.	325
XXXVIII.	332
XXXIX[a].	335
XXXIX[b].	344
XL.	355
XLI.	356
XLII.	357
XLIII.	358
XLIV.	359
XLV.	360
XLVI.	372
XLVII.	375
XLVIII.	376
XLIX.	379
L.	381
LI.	382
LII.	383
LIII.	385
LIV.	387
LV.	391

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google